Printed in Germany

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/libercomicussiv00mori

ANECDOTA MAREDSOLANA

VOL. I

PERMISSV SVPERIORVM

ANECDOTA MAREDSOLANA

VOL. I

LIBER COMICVS

SIVE

LECTIONARIVS MISSAE
Quo Toletana Ecclesia ante annos mille et ducentos utebatur.

EDIDIT

D. GERMANVS MORIN
Presbyter et monachus Ord. S. Benedicti
e Congregatione Beuronensi.

MAREDSOLI
IN MONASTERIO S. BENEDICTI
1893

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

JAN 11 1937
8987

BRVGIS. E TYPOGRAPHEO DESCLÉE, DE BROUWER ET SOC.

PLACIDO

ARCHIABBATI · BEVRONENSI

TV · QVI · CVNABVLA

ET · QVASI · NIDVM

STVDIORVM · MEORVM · FOVERAS

IAM · VOLARE · AVDENTIS

SVSTENTA · RVDIMENTA

BQ
322
.A5
v.1

PRAEFATIO.

Quum ab abbate meo reverendissimo D. Placido Wolter (eodem qui nunc archiabbas Beuronensi Ord. S. Benedicti Congregationi feliciter praeest) mandatum mihi esset, ut S. Caesarii Arelatensis opera perquirerem, inventa colligerem, collecta ederem, coepi iam sex abhinc annis quamplurimas Belgii, Galliae Angliaeque bibliothecas perlustrare. At brevi intellexi cogitatum opus multi sudoris esse, nec prius ad finem adductum iri, quam reliquas Europae regiones ipse peragrassem. Quid interea facerem? Neque enim decet monachum perpetuo extra claustrum versari, nec satis tutum esse didici in huiusmodi rebus aliena opera confidere.

Contigit porro ut praeter opuscula Caesarii multa etiam inedita reperirem Patrum aliorumque scriptorum qui maximam partem saeculo tertio decimo antiquiores sunt. Haec statim ut cognovit reverendissimus D. Hildebrandus de Hemptinne, qui in locum D. Placidi aliquanto ante electus erat, auctor mihi fuit, ut ex eis prius quaedam collectanea proferrem. Quae quidem titulo communi ANECDOTA MAREDSOLANA inscribere placuit, licet singula volumina distincta futura sint, et separatim comparari queant. De quibus

id unum hoc loco lectorem admonitum velim, illud summopere me praecavisse, in quo nostra etiam aetate lapsi sunt viri ceteroquin doctissimi, ut plura studerem quam certiora et utiliora producere. Inde enim omne fere pretium istiusmodi collectaneis detrahi perspicuum est.

Iam vero, quod in hoc primo volumine occurrit, venerandae antiquitatis monumentum omnibus rerum liturgicarum studiosis pergratum fore confido. Repertum a me est in codice saec. XI litteris wisigothicis scripto, qui nuper in Bibliothecam nationalem Parisiensem transiit (nov. acq. lat. 2171), quum multis saeculis in celebri monasterio Silensi apud Hispanos fuisset asservatus. Ex iis libris erat, quos praefati coenobii monachis a Sancio de Tablatiello aera MCV (an. 1067) donatos fuisse discimus ex instrumento infra scripto, quod in ipso codice p. 26 legitur :

" Ego duen sanzo de tablatiello antiquo trado
" atque concedo meos codices ad sancti sabasti-
" ani et comitum eius et tibi abbas munnio et
" sociis tuis pneummato antifunario et orationum
" et manuale ET COMICUM et ordinum et imnorum
" et oralium in meos dies ut teneam illos et
" postea meo subrino duen sango et si postea
" abuerit duen sango de sua radice ut teneat illos
" et si tugaberit sua radice ut ueniant ad sancti
" sabastiani et ego abbas dominico inueni illos
" libros in manus de duen nunno et ego nunno
" confirmo illos et si de mea radice si aliquis

" abuerit ut sedeat monaco teneat illos et si non
" ueniant ad sancti sabastiani., Facta carta in era
" MCV[a] notum die dominico ego nunno hic tes-
" tes., meos frs ionti hic testes., sarraceni hic tes-
" tis., munnio garcia hic testis., annala obecoz
" hic testis., blasco sanzo hic testis., eggauita hic
" testis., De concilio de silos de minimo usque
" ad maximo omnes hic sunt testes., Regnante
" rex santio in castella et rex alfonsus in legione
" et rex garsea in gallicia. "

Exstant etiam hodie plerique codices qui in charta Sancii commemorantur, multi Londinii (1), alii Parisiis (2) : nonnullos vero in monasterio Silensi adhuc retineri audio, ex quibus liber Ordinum a Solesmensibus nostris, qui praefatum locum novis incolis auxerunt, propediem typis mandabitur.

His porro omissis ad codicem Parisiensem nov. acq. lat. 2171 statim devenio. Est igitur amplum volumen, long. 0.360 millim. lat. 0.265 m., et constat foliis ducentis undequadraginta, quae ad paginas quadringentas nonaginta sex serioris annotatoris calculo revocata sunt ratione tali :

folia	1-34	=	1-68	pag.
	35	=	69-90	
	36-232	=	91-484	

1. *Catalogue of additions to the manuscripts in the British Museum in the years 1876-81*, p. 119-122. — (Codd. Addit. 30845-57).
2. Léopold Delisle. *Mélanges de paléographie et de bibliographie.* Manuscrits de l'abbaye de Silos (p. 53-116).

fol. 233 = 485-485
234 = 486-486
235-239 = 487-496

Quaelibet pagina binis est columnis scripta. Primitus vero codex in quaterniones distributus erat : quorum signa in imis marginibus depicta adhuc apparent inde a pag. 50 hoc modo :

I^{50} II^{66} III^{102} IIII^{118} V^{134} VI^{150} (VII non signatus) VIII^{182} VIIII^{198} X^{214} XI^{230} XII^{246} XIII^{262} XIIII^{278} XV^{294} XVI^{310} XVII^{326} XVIII^{342} XVIIII^{358} XX^{374} XXI^{390} XXII^{406} XXIII^{422} XXIIII^{438} XXV^{454} XXVI^{470} XXVII^{485}

Ex quo intelligitur cum paginas 1-34 ad codicem, qualis is erat initio, minime pertinere, tum postero tempore accessisse additamenta, quae in ipsis paginis habentur. Sunt autem ea huiuscemodi : Evangelium Nicodemi (p. 1-12), Interrogationes de fide catholica (p. 12-18), " Antifanas " (p. 18, col. 2), de ratione numerorum (p. 20-21), fragmentum chronicorum (p. 21-22), " Orelegium " (p. 23), " Adnuntiationes festibitatum " (p. 24-25), Charta Sancii (p. 26), " Martirum-Legium " (p. 28-33), postremo formula qua bene optabatur diacono, antequam ab eo evangelium cantaretur (p. 34). Haec omnia arbitratur cl. L. Delisle eodem fere tempore conscripta, quo charta Sancii exarata fuit : cui libentissime assentior.

Nunc ea, si placet, videamus, quae ad ipsum " Librum Comicum " attinent.

In primis cave putes, lector, ex antiquis comoedorum fabulis me tibi mercem exhibiturum esse. De rebus divinis agitur, minime vero de scenicis. Quod ergo audis Librum Comicum, ex aliis chartis hispanicis [1], ac si diceretur Comes seu Liber Comitis, accipe : quo nomine venit Lectionarius continens prophetias,epistolas et evangelia quae per annum in missa recitantur.

Qui quidem alius atque alius olim erat, pro consuetudine Ecclesiae quae eo utebatur. Nam, ut de liturgiis orientalibus taceam, habetur Comes seu lectionarius Romanus, de quo multa apud Thomasium Opp. omn. t. v, plurima etiam apud E. Ranke, De ecclesiastico pericoparum systemate [2], etc. ; Mediolanensis, quem doctissimus vir Ceriani Bibliothecae Ambrosianae praefectus ex vetustissimis codicibus proxime editurus est. [3] ; Bobiensis, Sacramentario Gallicano, quod Mabillonius noster vulgavit [4], immixtus ; Capuanus, cuius lectiones ex epistolis Paulinis excerptas exhibet Codex Fuldensis [5];

---

1. Conf. Du Cange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, nov. edit. t. 2, p. 450.

2. *Das Kirchliche Pericopensystem aus den aeltesten Urkunden der Roemischen Liturgie*, Berlin, 1847.

3. Conf. etiam Thomasii Opp. edit. Vezzosi, t. V, 424.

4. *Mus. Italic.*, t. I, part. 2, pag. 278 sqq.

5. M. Gerbert, *Monumenta vet. liturg. alemannicae*, t. I, 409 sqq. — Ern. Ranke, *Codex Fuldensis*, p. 165.

Neapolitanus, quem partim repraesentat Capitulare Evangeliorum celeberrimo Codici, qui S. Cuthberti dicitur, praefixum ; Gallicanus itidem a Mabillonio in Codice Luxoviensi repertus [1]; denique Mozarabicus, qui Missali mixto Ximenii continetur [2].

Procedit nunc alius, qui licet ad usum hispanicum aeque pertineat, uti ex ipsius codicis origine intelligitur, a vulgato tamen Mozarabico diversus omnino est, immo aliam prorsus liturgiam, eamque hucusque fere incognitam denotat. Quaedam argumenti loco ponam, quo res citius perspecta habeatur. In Missali igitur Mozarabico sex Dominicae numerantur ante Christi Natale, in nostro quinque. Hic, praeter missas dominicales, singula officia pro singulis diebus Quadragesimae assignantur, exceptis feriis tertiis et quintis primae, secundae ac tertiae hebdomadae ; ibi pro feriis quartis solummodo, et sextis. Apud Mozarabes Dominicae octo post Epiphaniam notantur, totidem post Pentecosten : in Lectionario Silensi nihil post Epiphaniam, sed in extrema parte libri " de dominicis quotidianis " exstant viginti quatuor officia, quae forte plura essent, si codex integer haberetur. Adde quod pericopae admodum raro consonant, nec constanter eadem Scripturae versio

1. *Liturgia Gallicana*, p. 97 sqq. — Migne, Patr. Lat., 72.
2. Migne, P. L., t. 85.

adhibetur. Sed neque eadem Sanctorum festa utrubique notantur : nam in Lectionario nostro multo pauciora assignantur, quam in Mozarabico, in tantum ut nullius Confessoris natale inter ea annumeretur, ne Martini quidem, quod in omnibus fere liturgiis occidentalibus celebre est. Aliquando vero eadem festa non iisdem diebus ascribuntur: verbi gratia, natale Innocentium, quod in Mozarabico post festum Ioannis Evangelistae ponitur, Epiphaniae in nostro subicitur ; hic decollatio sancti Ioannis Baptistae post festum sancti Cypriani mense Septembri, ibi die xxix Augusti Graecorum more commemoratur.

Quae quum ita sint, quaeritur undenam potissimum Lectionarii Silensis origo repetenda sit.

Quod ad tempus quidem attinet, quo is primum confectus fuit, ipsum longe antiquius statui oportere, quam aetas codicis prae se ferat, haud uno probatur indicio : ut puta, quod in eo cuncta comparent, quae ad disciplinam neophytorum instituendorum spectabant apud priscos christianos ; quod in Quadragesima sabbatum a ieiunio etiam tum erat immune ; quod nondum quidquam de Iacobo apostolo deprehenditur, etc.

Verum longius nobis progrediendum, et ad cuius Ecclesiae usum pertinuerit Liber Comicus dicendum est. Ut igitur Missale Mozarabicum videtur eum, qui in Baetica maxime provincia vigebat, morem referre : ita non solum hunc Lectionarium, sed et plerosque libros liturgicos

Silensis monasterii Carthaginensi, hoc est, Toletanae provinciae peculiares primitus fuisse, persuasissimum habeo [1]. Certe codices Toletanos bene multos monachorum praefati coenobii olim fuisse ostendit catalogus saec. XIII conscriptus, qui in codice Parisiensi nov. acq. lat. 2169 (Sil. xxv) fol. 16v legitur. Haec enim in eo inter cetera describuntur :

16. Las homelias toledanas.
19. El psalterio glosado toledano.
22. Missal toledano.
32. Tres reglas toledanas.
37. Los evangelios toledanos.
43. Missal toledano.
84. XI psalterios toledanos.

Haud scio an liber numero 37 notatus idem sit atque Comicus noster : fortasse ita, licet contendere non ausim. Ipsum tamen ad usum Toletanum revera referendum esse testis habetur locupletissimus S. Hildefonsus, qui Ecclesiae Toletanae praefuit ab anno Christi 657 ad an. 667. Is enim in opere suo, quod inscribitur *De cognitione Baptismi*, post exposita cap. 27 et

1. His adde *Orationale Gothicum*, quod e Veronensi ms. edidit Bianchinius, Opp. Thomasii tom. I. Romae 1741. Idem Orationale plenius exhibet codex Silensis, nunc Musaei Britann. Addit. 30852, descriptus ab E. M. Thompson, *Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum*. Part. II, latin. in-fol. London, 1884, p. 58-60.

catechumenis aptata quae apud Marcum (VII, 31-37) leguntur de surdo a IESU sanato, ita pergit cap. 28 :

" Hinc eodem exorcizationis tempore bene
" in conventu ecclesiae, ante quam exorcismi
" dicantur, profertur lectio Isaiae prophetae in
" qua dicitur: *Numquid tolletur a forte praeda,*
" *aut quod captum fuerit a robusto, salvum esse*
" *poterit? Quia haec dicit Dominus : Equidem*
" *et captivitas a forte tolletur, et quod ablatum*
" *fuerit a robusto, salvabitur.* Item Petri ad
" gentes : *Vos autem genus electum, gens sancta,*
" *populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis*
" *eius, qui de tenebris vocavit vos in admirabile*
" *lumen suum.* Marci quoque evangelistae,quae
" huius ephphetationis revelat sacramentum,
" quae superius prolata est,et disserta ([1]). "

Viden' ab Hildefonso commemorari CONVENTUM ECCLESIAE in quo haec legi consueverant : Is. XLIX 24-25, I Petr. II 9, Marc. VII 32-33 ? Porro de istiusmodi conventu in libris Mozarabum quidquam frustra quaesieris. Quod si deinde Lectionarium nostrum adieris, nullo negotio deprehendes, quae ab Hildefonso laudantur Scripturae loca, ipsissima in eo legenda assignari IN RAMOS PALMARUM AD MATUTINUM : qua die ex eodem Hildefonso ([2]) catechumeni

1. Migne, P. L. 96, 123-4.
2. Ibid. c. 31 et 34. Videsis etiam L. Duchesne, *Origines du culte chrétien*, p. 306, 308.

oleo ungebantur, et symbolum seu fidei regulam accipiebant.

Neque tamen id satis est, cur ab ipso Hildefonso Lectionarium profectum esse dicas. Quin immo credere potius libet, illum in eo pericoparum ordinem contineri, qui antiquitus apud Hispanos sit institutus, quo quidem etiam medio saeculo septimo Toletana Ecclesia usa fuerit. Certe superiori saeculo in decreto 2 concilii Bracarensis primi (an. 561) cautum iam fuerat " ut " per solemnium dierum vigilias vel missas om- " nes easdem et non diversas lectiones in Eccle- " sia legerent (1) ". Hoc quidem pro Gallaecia : verum reliquos Hispaniae episcopos haud minori constat cura invigilasse, ut " unus ordo orandi " atque psallendi per omnem Hispaniam atque " Galliam conservaretur, unus modus in missa- " rum solemnitatibus, unus in vespertinis ma- " tutinisque officiis, nec diversa esset ultra in eis " ecclesiastica consuetudo, qui una fide contine- " bantur et regno (2) ". Quae concordia maxime floruit, ex quo Toletani antistites inter totius Wisigothorum regni ecclesias primatum gesserunt. Sicut enim ecclesiasticae disciplinae, ita et sacrae liturgiae codices Toletanos tota fere paeninsula receptos fuisse, doctissimis viris passim probatur (3). Postquam autem occupata a Sar-

1. Migne, P. L. 84, 566.
2. Concil. Tolet. IV, c. 2. Patr. Lat. 84, 365. — Conf. Concil. Tolet. XI, c. 3.
3. L. Duchesne, *Origines*, p. 97.

racenis Hispania Christiani in montana se receperunt, principes eorum, ut scribit Lucas Tudensis, " omnem Gothorum ordinem, sicut Toleto fuerat, tam in Ecclesia, quam in palatio... fieri ordinaverunt [1] ". Unde non mirum est, si tot codices Toletani monasterio in remotissimis Castellae partibus sito etiam exeunte saec. XI traditi fuere.

Qui quidem et si digni sunt, qui ad unum omnes in lucem edantur, nullum tamen eos inter reperiri existimo, qui ad eruditorum virorum delectationem aptior sit, quam Liber iste Comicus. Sincerior in eo, nisi quid me fallit, atque integrior antiquitatis nota servata est: nihil de industria mutilum, nihil quod certo probetur additicium, " nihil in illo (uti de Lectionario Gallicano scribit Mabillonius) non dignum observatione ", sed multa adhuc minime praesensa, et quae ad liturgiae occidentalis primordia enucleanda haud parum conducant.

Atque utinam is ne paginula quidem avulsa ad nos pervenisset! Ex eo enim quaedam suspicio oritur, quod Liber evangelio Dominicae XXIV abrupte concluditur. Nihil tamen ullius momenti quod desideretur excogitare possim, praeter lectiones in obitu vel depositione sacerdotum atque fidelium recitandas, quas sicut in Gallicano, ita et in hoc nostro Lectionario exstitisse haud du-

1. Patr. Lat. t. 85, col. 85, not. c.

bium est. Sed minora sunt haec, quam ut de auctoritate voluminis notabiliter detrahant.

Iam paucis explicabo quae mea fuerit in illo edendo ratio viaque. Primum quidem visum est lectionum non solum initium ac finem, sed textum ex integro referre. Etenim multum utilitatis voluptatisque operi accedit, dum peritus quisque ex iis, quae in cuiusque diei sacro conventu legenda erant, confestim auguratur, quo potissimum conventus ille spectaverit.

Ceterum, ut Lectionarium integrum proferrem, illud maxime me movit, quod Scripturae versio in eo adhibita, quum a Vulgata nostra discrepet in multis, in multis etiam convenit cum celeberrimo Codice Toletano, cuius lectiones variae traduntur ad calcem Opp. S. Hieronymi ap. Migne, Patr. Lat. XXIX, 879 sq. Saepius vero, in festis praesertim antiquioribus, ab utroque dissonat, et in centonem vertitur ex cognatis Evangeliorum aliorumve librorum locis sartum: quae res doctorum virorum animos in Lectionarium nostrum non semel convertit [1].

Neque solum textum, sed et si quae sunt in vetusto exemplari singularia, omnia, ut potui, diligenter expressi: v. g. litteras ex Hispanorum pronuntiandi modo commutatas, versuum et sen-

1. Conf. J. P. P. Martin, *La Vulgate latine au XIII[e] siècle*, p. 60. — *S. Etienne Harding et les premiers recenseurs de la Vulgate latine*, p. 128-131. — *Le Διὰ τεσσάρων de Tatien*, in ephemer. quæ inscribuntur, *Questions Historiques*, an. 1888, t. XLII, p. 48.

tentiarum distinctiones, quas posituras vocant, atque ipsa menda scripturae: ut veluti codicem ipsum inspicere tibi videaris. Glossulas solummodo in margine identidem interpositas, quod nullius momenti sunt, negligendas censui. Quia vero Liber bis correctus fuit, primum a librario ipso, deinde paulo post ab alio scriptore, qui minio utebatur; litteras seu voces sic correctas charactere signavi italico, et in imis marginibus ea, quae prius scripta erant, indicavi.

Insuper adnotationes breves, ubi ad legentium utilitatem expedire videbatur, passim apposui. Id sane commodius visum est, quam longo ducta circuitu, et rerum copia distenta praefatio. Neque enim eo pertinent haecce Anecdota, ut de antiquis litterarum monumentis prolixae disputationes instituantur, sed ut varia aevi antiqui scripta proferantur in lucem, quae peritioribus copiam in ulteriora inquirendi suppeditent.

Postremo in appendicem retuli quum Annuntiationes festivitatum et Martyrologium quae leguntur in foliis libro Comico praefixis, tum indicem Homiliarum quae in missa Toletana post evangelium recitari solebant: denique Capitula Evangeliorum Neapolitana, quae eodem saeculo ac Lectionarius noster, id est, septimo fere medio in usu inveniuntur, et Pericopas ex Paulinis epistolis in Capuana Ecclesia an. 546 receptas. Esse quidem et alia multa iam dixi, quibuscum eas lectiones, quae in Ecclesia To-

letana olim legebantur,non sine multiplici voluptate contuleris; sed vulgatioris haec sunt notitiae, adituque facillima.

Hunc igitur primum, qualiscumque is est, laboris mei fructum benigne, lector, excipe : et caeleste Numen mecum precare, quo deinceps maioris tibi operae et eruditionis alia exhibeam.

G. MORIN.

LIBER COMICVS.



CODEX PARIS. N. A. L. 2171, PAG. 36.

IN NOMINE PATRIS
ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.
INCIPIT LIBER COMICUM
DE TOTO CIRCULO ANNI.
AMEN. DEO GRATIAS.,

ITEM LECTIONES IN PRIMO DOMINICO DE ADUENTUM DOMINI AD MISSAM. DEO GRATIAS SEMPER AMEN., | p. 36 |

LEGENDUM IN I° DOMINICO DE ADUENTUM DOMINI AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI´ ESAYE. PROPHETE., (II 1-5, IV 2-3)

IN DIEBUS ILLIS´ uerbum quod uidit. esayas filius amôs super iudeam et iherusalem.,

Et erit in nobissimis diebus praeparatus mons domus domini in uertice montiûm. et elebatus super colles.,

Et fluent ad eum omnes gentes´ et ibunt populi multî. et dicent.,

Uenite et ascendamus ad montem domini et ad domum dei iacob´ et docebit nos uiis suis et ambulabimus in semitis eius.,

Quia de syon exiet lêx. et uerbum domini de iherusalem.,

Et iudicabit gentes´ et arguet populos multos., ||

7 auentum *corr.*

12 *illis*´] Ad distinguendos sensus in codice nostro adponuntur tres priores figurae accentuum, de quibus agit Isidorus, *Etymologiarum* lib. I, c. 19 : 'Οξεῖα, id est, acutus ´ ; βαρεῖα, id est gravis `, et περισπωμένη, id est, circumflexus ^. Quae quidem signa, quantum per typographorum sollertiam licuit, ubique servavi.

Et conflabunt gladios suos in uomerês. et lanceas suas in falces., Non lebabit gens contra gentem gladiûm. neque exercebuntur ultra ad praelium., Domus iacob‹ uenite et ambulemus. in lumine domini., In die illa erit germen domini in magnificentia et in gloriâ. et fructus terrae *nostre* erit sublimis‹ et exultatio his qui salbati fuerint de srahel., Et erit omnis qui relictus fuerit in syon et residuus in iherusalem‹ sanctus uocauitur omnis qui scriptus est. in uita in iherusalem ayt dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XI 25-31)

FRATRES‹ nolo ignorare uos misterium *hoc* ut non sitis uosmet ipsis sapientes. quia cecitas ex parte contingit in srahel‹ donec plenitudo gentium | 37 | intraret et sic omnis srahel salbus fieret‹ sicut scriptum est.,

Beniet exyon‹ qui eripi*at* et auertat inpietates ab iacob‹ et hoc illis a me testamen*tum* cum abstulero peccata eorum.

Secundum euangelium quidem. inimici propter uos.,

Secundum electionem autem karissimi‹ propter patres.,

Sine penitentia enim sunt donaˆ et uocatio dei.,

Sicut enim aliquando uos non credidistis deo. nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem‹ ita et isti *non* crediderunt in uestram misericordiam‹ ut et ipsi misericordiam consequantur‹

Per ihesum xpm dominum nostrum. Amen. ||

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (III 1-11) GLORIA TIUI DOMINE.,

IN ILLO TEMPORE. uenit iohanes babtista predicans in

5 nostre *add. sup. lin.* 10 hoc *add. sup. lin.* 14 eripiet *corr.* 15 testamen]tum *add. s. l.* 21 isti nunc *corr.* 23 amen] per fidem que est in xpo ihu dno nso *add. marg. infer.*

25. *Gloria tiui Domine*] Ritum decantandi Evangelii ita describunt Etherius et Beatus in Epistola ad Elipandum, c. 66 (Patr. Lat. 96, 935) : « Cum Evangelium a levita super altare « levatur, a levita primum dicitur, *Laus tibi*, « *Domine Jesu Christe, Rex aeternae gloriae*, « praecedente Evangelium cereorum lumine « in signo gaudii et laetitiæ, eo quod tale nun- « tium diaconus, id est, Evangelium Domini « nostri Jesu Christi, clara voce populo habet « intonare. Tunc silentium omnibus imperat, « et dicit : *Lectio sancti Evangelii secundum*

deserto iudeae dicens., Penitentiam agite‹ adpropinquauit enim regnum caelorum.,

Hic est enim de quo dictum est‹ per esayam profetam dicentem., Uox clamantis in deserto‹ parate uiam domini:̂ rectas facite semitas eius.,

Ipsè autem iohannes abebat uestimentum de pilis camelorum‹ et zonam pelliciam circa lumbos eius.,

Esca autem eius erat locusta:̂ et mel siluestre.,

Tunc exiebant ad eum ex iherosolimis‹ et omnis iudea et omnis regio circa iordanem‹ ut baptizarentur ab illo in iordane confitentes peccata sua., | 38 |

Uidens autem multos fariseorum et sad*d*uces eorum‹ uenientes ad baptismum suum dixit eis., Progenies uiperarum› quis demonstrauit uobis fugire a futura irâ.

Facite érgo fructum dignum penitentie‹ et *ne uelitis* dicere intra uos patrem abemus abraam., Dico enim uobis quoniam potens est deus de lapidibus histis‹ suscitare filios abrae.,

Iam énim securis ad radices arborum‹ posita est.,

Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum‹ excidetûr. et in igne mittetur.,

Ego quidem uos baptizo in aqua‹ in penitentia., ||

Qui autem post me uenturus est fortior me est‹ cuius non sum dignus calciamenta portare:̂ ipse uos baptizauit in spiritu sancto et igni., Amen.,

ITEM LEGENDUM : IN II° DOMINICO : AD MISSAM : | 39 |

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XXVIII 16-17, XXIX 17-24)

HEC DICIT DOMINUS.,

Ecce ego mitam in fundamentis syon lapidem probatum.,

10 iordane] fluminê. *add.* 2 *manu* 12 saduces *1 m.* 15 et nolite *corr.*

« *Matthaeum*, aut quemlibet ex tribus. Respondetur ab omni populo, *Gloria tibi Domine.* — *In illo tempore Dominus noster Jesus Christus* ambulavit, aut dixit, aut fecit illud et illud quod sequitur. »

Angularem \ pretiosum \ in fundamentum fundatum / et omnis qui crediderit in eo non festinet.,

Et ponam iudicium in pondere / et iustitiam in mensuram.,

Nonne adhuc modicum et in brebi / conuertetur liuanus in cermel \ et cermel in saltum reputabitur / et audient in die illa surdi uerba libri. et de tenebris et caligine oculi caecorum uidebunt., ‖

Et addent mites letitiam / et pauperes homines in sancto srahel exultabunt., Quoniam defecit qui prebalebat.,

Consumatus est inlusor / et suscitati sunt omnes qui uigilabant super iniquitatem.,

Qui peccare faciebant homines in uerbo et arguentem in porta supplantabant / et declinaberunt frustra a iusto.,

Propter hoc / hec dicit dominus ad domum iacob qui redemit abraham:,

Non modo confundetur iacob / nec modo uultus eius erubescet.,

Sed quum uiderint filios suos opera manum mearum in medio sui. sanctificantes nomen meum / | 40 | sanctificabunt sanctum iacob et deum srahel predicabunt. et scient errantes spiritum intellectum et musitatores discent legem ayt dominus omnipotens., Amen

AEPISTOLA PAULI. APOSTOLI AD CORINTIOS. SECUNDA., (I Cor. IV 1-5) DEO GRATIAS.,

FRATRES sic nos extimet homo ut ministros xpi / et dispensatores ministrorum dei.,

Hic iam queritur inter dispensatores / ut fideles quis inueniatur.,

Mici autem pro minimo est ut a bobis iudicer / aut ab humano diae. Sed neque me ipsum iudico.,

Nicil enim mici conscius sum / set non in hoc iustificatus sum.,

Qui autem iustifica*t* me dominus est., ‖

Itaque nolite ante tempus iudicare quo adusque ueniet dominus qui et inluminauit abscondita tenebrarum. et manifestabit consilia

2 non] confundetur *2 manu* 30 iustificat t *add. sup. lin.*

cordium: et tunc la*us* erit unicuique a deo., Cui est honor et gloria in secula seculorum amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM. (XI 2-15) GLORIA.

IN ILLO TEMPORE iohannes quum audisset in uinculis opera xpi‹ mittens duos de discipul*i*s suis ayt illis.,

Tu es qui uenturus es‹ an alium expectamus.,

Et respondens ihesus ayt illis., Euntes renuntiate iohanni quae audistis et uidistis.,

Caeci uidentˎ claudi ambulantˎ leprosi | 41 | mundanturˎ surdi audiuntˎ mortui resurguntˎ pauperes euangelizantur. et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.,

Illis autem abeuntibus‹ caepit ihesus ad turbas dicere de io*h*anne.,

Quid existis in deserto uiderê..,

Arundinem uento. agitatam ? Sed quid existis uidere., Hominem mollibus uestitum ?

Ecce qui mollibus uestiuntur‹ in domibus regum sunt.,

Sed quid existis uidere., Propheta‹ etiam dico uobis et plus quam propheta.,

Hic enim est‹ de quo scriptum est.,

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam‹ || qui preparabit uiam tuam ante te.,

Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum‹ maior iohanne babtista.,

Qui autem minor est in regno caelorum maior est illo., A diebus autem iohanis babtiste usque nunc‹ regnum caelorum uim patitur: et ui*o*lenti diripiunt illut.,

Omnes enim prophete et lex‹ usque ad iohannem prophetaberunt.,

Et si uultis recipere‹ ipse est elias qui uenturus est., Qui habet aures audiendi audiat.,

1 la erit *corr.* 6 de discipulos *corr.* 14 ioanne *corr.* 28 uiolenti o *add. post. manu*

LEGENDUM IN. III° DOMINICO

LECTIO LIBRI⁄ ZEZIELIS. PROPHETE., (Ezech. XXXVI 6-11)

HAEC DICIT DOMINUS., ecce ego in *z*elo meo et in | 42| furore loquutus sum⁄ eo quod confusionem gentium sustinueritis., Idcirco⁄ haec dicit dominus deus., ecce ego lebabi manum meam⁄ ut gentes que in circuitu uestro sunt ipsi confusionem suam portent.,

Uos autem montes srahel⁄ ramos uestros extendite ut germinetis⁄ et fructum uestrum afferatis⁄ populo meo srahel.,

Prope est enim⁄ ut ueniat.,

Quia ecce ego ad uos. et conuertar ad uos⁄ et arabi*mi*ni et accipietis sementem.,

Et multiplicabo in uobis homines et omnemque domum srahel⁄ et habitabuntur cibitates et ru*i*nosa instaurabuntur⁄ et replebo || uos hominibus et iumentis⁄ et multiplicabuntur et crescent.,

Et habitare uos faciam confidenter sicut a principio⁄ bonisque donabo maioribus quam habuistis ab initio. et scietis quia ego sum dominus deus uester., Amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD COLOSENSES., (III 4-11)

FRATRES⁄ quum xps apparuerit uita uestra⁄ tunc et uos apparebitis quum ipso in gloria.,

Mortificate ergo membra uestra⁄ que sunt super terram.,

Fornicationem\ inmunditiam\ liuidinem\ concupiscentiam malam et abaritiam quae est simulacrorum serbitus.,

Propter quae uenit ira dei | 43 | in filios infidelitatis. in quibus et uos ambulastis aliquando⁄ quum uiueritis in illis.,

Nunc autem⁄ deponite et uos omnia.,

Ira\ indignationem\ malitiam\ blasfemiam⁄ turpem sermonem de hore uestro non procedat., Nolite mentiri inuicem., Expoliantes uos ueterem hominem cum hactibus suis⁄ et induentes nobum

3 zelo z *ex* c   11 arabimini mi *add. sup. lin.*   14 runosa *corr. 2 manu*

eum qui renobatur in agnitionemˆ secundum ymaginem eius qui creabit eum.,

Ubi non est gentilis et indaeus\ circumcisio. et preputium\ barbarus et scita\ serbus et liber\ sed in omnia et in omnibus xps‹ cui est gloria in secula seculorum., Amen ||

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXI 1-9)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps misit duos de discipulis suis dicens eis.,

Ite in castellum quod contra uos est‹ et statim inuenietis asinam alligatam‹ et pullum cum ea., Solbiteˆ et adducite mici.,

Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dominus his opus habet‹ et confestim dimittet uos., Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophaetam dicentem., dicite filie syon‹ ecce rex tuus ueniet tibi mansuetus. sedens super asinam et pullum filium subiugalem., | 44 |

Euntes autem discipuli‹ fecerunt sicut praecepit illis ihesus.,

Et adduxerunt asinam‹ et pullum eius cum eam.,

Et inposuerunt super eos uestimenta sua‹ et eum desuper sedere fecerunt.

Plurima autem turba‹ straberunt uestimenta sua in uia.,

Alii autem cedebant ramos de harboribus‹ et sternebant in uia.,

Turba autem que precedebant et quae sequebantur‹ clamabant dicentes.,

Osyanna fillii dabid‹ benedictus qui uenit in nomine domini., Amen.,

LEGENDUM IN. IIII° DOMINICO.,

LECTIO LIBRI‹ MALAZIE PROPHETE., (III 1-4)

Haec dicit dominus., Ecce ego mittam || angelum meum et praeparabit uiam ante faciem meam.,

Et statim ueniet ad templum suum dominator quem uos queritis‹ et angelus testamenti quem uos uultis.,

Ecce ueniet dicit dominus exercituum‹ et quis poterit cogitare diem aduentus eiusˎ et quis stabit ad uidendum eum.,

Ipse enim quasi ignis conflans‹ et quasi herba fullonum.,

Et sede**bit conflans‹ et mundans argentum.,

Et purgabit filios lebi‹ et conflabit eos quasi aurum et quasi argentum.,

Et erunt domino. offerentes sacrificium iustitie‹ et placebit | 45 | deo sacrificium iuda et iherusalem‹ sicut dies seculi et sicut anni antiqui. ait dominus omnipotens., Amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TESALONICENSES. I^a.,

(I THESS. V 14-23)

FRATRES‹ rogo uos corripite inquietos‹ consolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes homines., Et uidete ne quis malum pro malo alicui reddat‹ sed semper quod bonum est sectamini in inuicem et in omnibus.,

Semper gaudeteˎ sine intermissione orate‹ et in omnibus gratias agite.,

Haec est enim uolumtas dei in xpo ihesu‹ in omnibus uobis.,

Spiritum‹ nolite extinguere., ‖

Prophetas‹ nolite spernere., Omnia autem probate. quod bonum est tenete.,

Ab omni specie mala abstinete uos.,

Ipse autem deus pacis sanctificet uos ad perfectum per omnia‹ et integer spiritus uester anima et corpus sine querella in aduentum domini nostri ihesu xpi serbetur., Amen

LECTIO SANCTI EUANGELI‹ SECUNDUM MARCUM., (I 1-8)

Initium euangelii ihesu xpi filii dei‹ sicut scriptum est in esaya propheta., Ecce mitto angelum meum‹ ante faciem tuam.,

Uox clamantis in deserto parate uiam domino‹ rectas facite semitas eius.,

Fuit ioan*n*es in deserto. baptizans. | 46 | et predicans babtismum penitentiae‹ in remissione peccatorum.,

Et egrediebantur ad illum omnis iudeae regio et iherosolimite uniuersi‹ et babtizabantur ab illo in iordane flumine‸ confitentes peccata sua.,

Et erat iohannes uestitus pilis cameli‹ et zona pellicia circa lumbos eius.,

Et locusta et mel silbestre hedebat‹ et predicabat dicens.,

Ueniet fortior me post me‹ cuius non sum dignus procumbens solbere corrigiam calciamentorum eius.,

Ego babtizo uos in aqua‹ ille uero baptiz*a*bit uos in spiritu sancto., amen ||

LEGENDUM IN U° DOMINICO.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE (XXXV 1-2)

HEC DICIT DOMINUS., Letabitur deserta et inuia‹ exultabit solitudo et floreuit.,

Quasi lilium germinans germinabit‹ et exultabit letabunda et laudans.,

Gloria liuani data est ei‹ decor carm*e*li et saron.,

Ipsi uiderunt gloriam domini‹ et decorem dei nostri. amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD FILIPENSES., (IV 4-7)

FRATRES GAUDETE in domino semper‹ et iterum dico gaudete., Modestia uestra‹ nota sit omnibus hominibus.,

Dominus prope est nicil solliciti sitis‹ sed in omni oratione et obsecratione | 47 | cum gratiarum actione petiti*o*nes uestre innotescant aput deum‹ et pax xpi que exuperat omnem sensum‹

1 ioanes *corr.* 4 ad illo *2 m.* 11 babtizabit a *add. sup. lin.* 12 sancto] et igni *add. marg. inf.* 19 carmeli e *2 m. in rasura* 25 petitiones o *add. sup. lin.*

13. *in U° dominico*] Quinque pariter dominicas ante natale Domini adsignant cum sacramentarium Gelasianum, tum antiquissimi Romanae ecclesiae lectionarii. Capitulare evangeliorum Neapolitanum item meminit lectionis cuiusdam *Post V dominicas de aduentum* recitandae.

custodiat corda et corpora uestra et intellegentias uestras per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., Amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELIIʼ SECUNDUM LUCAN.,
(III 1-18)

ANNO QUINTO decimo imperii tiberii cesarisʼ procurante pontio pilato iudeamʼ tetarca autem galilee erode philippo autem fratre eius tetarcaʼ iture et draconitudis regionibus et lisanie abiliane tetarcaʼ sub principibus sacerdotum anna et cayfaʼ factum est uerbum domini|| super iohanem zaccarie filium in deserto., Et uenit in omnem regionem iordanis praedicans babtismum penitentiae in remissione peccatorum sicut scriptum est in libro sermonum esaye prophete., Uox clamantis in deserto parate uiam dominoʼ rectas facite semitas eius., Omnis uallis impleuiturʼ et omnis mons et colles humiliabitur., Et erunt praba in directaʼ et aspera in uias planas et u*i*debit omnis caro salutare dei nostri. Dicebat ergo ad turbasʼ qui exiebant ut babtizarentur ab ipso., Genimina uiperarumʼ quis hostendit uobis fugire a futura ira.

Facite ergo fructos | 48 | dignos penitentie et ne ceperitis dicere patrem abemus abraham.,

Dico enim uobis quia potens est deus de lapidibus histîs., suscitare filios abrahe.,

Iam enim securis ad radicem arboris posita est.

Omnis enim arbor qui non faciens fructum bonumʼ excidetur et in igne mittetur., Et interrogabant eum turbe dicentes.,

Quid ergo faciemus.,

Respondens autemʼ dicebat illis., Qui habet duas tunicasʼ det unam non abentiʼ et qui abet escas similiter faciat.,

Uenerunt autem et publicani ut babtizarenturʼ et dixerunt ad illum.,

Magisterʼ quid faciêmus.,

At ille dixit ad eos.,

Nicil ampliusʼ quam quod || consti*tu*tum est uobis faciatis.,

15 uedebit *corr.* 32 constitutum tu *suppletum sup. lin.*

Interrogabant eum et milites⸓ dicentes., Quid faciemus et nôs., et ayt illis.,

Neminem concutiatis⸓ neque calumniam faciatis⸓ et contemti estote stipendiis uestris.,

Extimante autem omni populo. et cogitantibus in cordibus suis de iohanne⸓ ne forte ipse esset xps⸓ respondens iohannes dicens omnibus.,

Ego quidem aqua babtizo uos⸓ ueniet autem fortior me post me⸓ cuius non sum dignus procumbens solbere corrigiam calciamentorum eius⸓ ipse uos babtizabit in spiritu sancto et igni.,

Cuius uentilabrum in manum eius et purgabit | 49 | aream suam⸓ et congregabit triticum in orreum suum⸓ paleas autem conuuret igni inextinguiuili.,

Multa quidem et alia exortans euangelizabat populo., Amen.

ITEM LEGENDUM· IN SCI· ANDRE APOSTOLI AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI⸓ SAPIENTIAE SALOMONIS., (SAP. IX 17, X 4-6, XIV 5-7, XVI 8)

In diebus illis ayt salomon., Sensum tuum domine quis scibit. nisi tu dederis sapientiam⸓ et miseris sanctum spiritum tuum de altissimis., Quum enim aqua quae delet terra iterum sanabit sapientia⸓ per contemtibilem lignum iustum gubernans., Hec et in consensum nequitie || quum se nationes contulissent⸓ sciui*t iustum et serbauit sine querella deo⸓ et in filiis misericordiam fortem custodiuit.,

Haec iustum a pereuntibus impiis liuerauit⸓ et ut non esset uacua sapientiae tuae opera.,

Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas suas⸓ et transeuntes mare per ratem liuerati sunt.,

Benedictum est lignum⸓ per quod fit iustitiam.,

In hoc autem hostendisti inimicis nostris⸓ quia tu es qui liberas ab omni malo., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD GALATAS. (II 19-20, VI 14, 17-18)

Fratres ego per legem legi mortuus sum ut deo uibam‹ xpo confixus sum cruci., | 50 |

Uibo autem iam non ego‹ uiuit uero in me xps.,

Quod autem uiuo in carne in fide uiuo filii dei qui dilexit me‹ et tradidit semetipsum pro me., Mici autem absit gloriari. nisi in cruce domini mei ihesu xpi‹ per quem mici mundus crucifixus est et ego mundo.,

De cetero autem‹ nemo mici molestus sit.

Ego enim sticmata ihesu in corpore meo porto‹ gratia domini nostri ihesu xpi cum spiritu sancto., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XVI 24-25)

In illo tempore‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis dicens., Si quis uult post me uenire‹ abneget semet ipsum || sibi et tollat crucem suam et sequatur me.

Qui enim uoluerit animam suam salbam facere ‹ perdet eam.

Et qui perdiderit animam suam propter me‹ inueniet eam., amen.,

LEGENDUM IN SANCTE EULALIAE

LECTIO LIBRI‹ ESAYE. PROPHETE (LIV 1-3)

Lauda sterelis que non paris decanta laudem et inni que non pariebas‹ quoniam multe filiae deserte‹ magis quam eius que habet uirum dicit dominus., Dilata locum tentorii tui‹ et pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas.,

Longos fac funiculos tuos‹ et clauos tuos consolida.,

Ad dexteram enim | 51 | et ad lebam penetrabis et semen tuum gentes hereditauit‹ et ciuitates desertas inhabitauit ayt dominus omnipotens.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI/ AD CORINTIOS . I[a].,
(VII 37-40)

Fratres quis stabit in corde suo firmus non habens necessitatem potestatem autem habens suae uolumtatis.,

Et hoc iudicauit in corde suo serbare uirginem suam. benefacit.,

Igitur et qui matrimonio iungit uirginem suam benefacit\ et qui non iungit/ melius facit.,

Mulier aligata est/ quanto tempore uir eius uiuit., Quod si dormierit uir eius/ liuerata est a lege uiri., ||

Cui uult nubat tantum in domino., Beatior enim erit/ si sic permanserit secundum meum consilium.,

Puto autem quod *et* ego spiritum dei habeam/ Cui est honor et gloria in secula seculorum., amen.,

LAECTIO SCI EUANGELII/ SECUNDUM LUCAN., (X 38-42)

In illo tempore dominus noster ihesus xps intrabit in quoddam castellum/ et mulier quedam marta nomine excepit illum in domum suam/ et huic erat soror nomine maria., Quae etiam sedens secus pedes domini audiebat uerba illius.,

Marta autem satagebat/ circa frequens ministerium.,

Quae stetit/ et ayt.,

Domine non est tibi *cu*re\ quod soror mea reliquid me sola ministrare ? | 52 |

Dic ergo illi/ ut me adiubet.,

Et respondens dixit illi dominus., Marta marta sollicita es et turbaris erga plurima ?

Porro unum est necessarium., Maria obtimam partem elegit que non auferetur ab ea.

12 quod] et *add. sup. lin.* 21 cure cu *sup. lin.*

15-27. Adverte evangelium illud, quod in Assumptione Deiparae nunc legitur, hic prius uni ex virginibus aptatum fuisse.

LEGENDUM IN SANCTE MARIE AD MISSA

LECTIO LIBRI MI**CE PROPHETAE., (IV 1-3, 5-8, V 2-5)

Hec dicit dominus.,

In nobissimis dierum erit mons domus domini praeparatus in uertice montium‹ et elebauitur super colles‹ et fluent ad eum populi et properabunt gentes multe et dicent.,

Uenite et ascendamus || ad montem domini et ad domum dei iacob‹ et docebit nos de uiis suis et ambulauimus in semitis eius., Quia de syon egredietur lex‹ et uerbum domini de iherusalem.,

Et iudicauit inter populos multos^ et corripiet gentes fortes usque in longinquum., Quia omnis populus ambulabunt unusquisque in nomine domini dei sui nos a*ute*m ambulauimus in nomine domini dei nostri‹ in eternum et ultra.,

In illa die dicit dominus congregauo claudicantem‹ et eam quam eieceram colligam et quam afflixeram.,

Et ponam claudicantem in reliquias‹ et eam | 53 | que lab ora-beram in gentem robustam.,

Et regnabit dominus super eos in montem syon‹ ex hoc nunc et usque in aeternum.,

Et tu turris gregis nebulosa filia syon usque ad te ueniet‹ et ueniet potestas prima regnum filie iherusalem.,

Et tu bethlem domus eufrata‹ numquid parbula es in milibus iuda? Ex te mici egredietur· qui sit dominator in srahel., et egressus eius ab initio‹ a diebus aeternitatis.,

Propter hoc dauit eos usque ad tempus‹ in quod parturiens pariet., Reliquiae fratrum eius conuertentur || ad filios srahel et stauit et pascet in fortitudine domini·^ in su*b*limitate nominis domini dei sui.

12 nos amambulauimus *corr. inter lin.* 27 sublimitate b *om. in actu scriptionis*

1 *in sancte Marie*] Haec una omnino est in codice nostro B. Mariae Virgini dicata festivitas. Quae cum in variis Hispaniae partibus non uno die celebrata prius fuisset, anno tandem 656, ut die XV kalendarum januariarum solemnis ab omnibus haberetur, in concilio Toletano X, c 1 statutum est.

Et conuertetur quia nunc magnificabitur usque ad terminos terre‹ et erit iste pax., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD GALATAS., (III 27-IV 7)

FRATRES‹ quicumque in xpo babtizati estis‹ xpm induistis., Non est iudeus‹ neque grecus. Non est serbus‹ neque liber., Non est masculus neque femina.

Omnes enim uos‹ unum estis in xpo ihesu.,

Si autem uos xpi ergo abrahe semen estis‹ secundum promissionem et haeredes. Dico autem uobis quia quanto tempore parbulus est. | 54 | nicil differt a seruo‹ quum sit dominus omnium sed sub tutoribus est et auctoribus^ usque ad prefinitum tempus a patre., Ita et nos quum essemus paruuli sub elementis huius mundi‹ eramus seruientes., At ubi uenit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere‹ natum sub lege‹ ut eos qui sub lege erant redimeret‹ ut adobtionem filiorum reciperemus., Quoniam autem estis filii dei‹ misit spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater.,

Itaque‹ iam non est serbus sed filius.,

Quod si filius‹ et haeredes. ‖ per deum., Cui est honor et gloria uirtus et potestas in saecula saeculorum., amen.,

LECTIO SCI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (I 26-38, 46-55)

IN ILLO TEMPORE‹

missus est angelus gabrihel. a domino in ciuitatem galileae cui nomen nazaret‹ ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid‹ et nmne uirginis maria.,

Et ingressus angelus ad eam‹ dixit.,

Abe maria gratia plena^ dominus tecum.,

Benedicta tu‹ inter mulieribus., Quae quum audisset‹ turbata est in sermone eius‹ et cogitabat qualis esset ista salutatio.,

Et ayt angelus ei., | 55 |

Ne timeas maria‹ inuenisti gratiam aput deum.,

Ecce concipies in utero et paries filium‹ et uocabis nomen eius ihesum.,

Hic erit magnus‹ et filius altissimi uocauitur.,

Et dauit illi dominus deus sedem dauit patris eius‹ et regnabit in domo iacob in aeternum‹ et regni eius non erit finis.,

Dixit autem maria‹ ad angelum., Quomodo fiet istut› quoniam uirum *non* cognosco.,

Et respondens angelus‹ dixit ei.,Spiritus sanctus superueniet in te‹ et uirtus altissimi obumbrauit tibi.,Ideoque et quod nascetur ex te sanctum‹ uocauitur filius dei., Et ecce helisabet cognata || tua‹ et ipsa concepit filium in senectute sua‹ et hic mensis sextus est illi que uocatur sterelis‹ quia non est inpossiuile aput deum omne uerbum., Dixit autem maria ad angelum.,

Ecce ancilla domini‹ fiat mici secundum uerbum tuum.,

Et discessit ab illa angelus‹ et ayt maria.,

MAGNIFICAT. anima mea dominum‹ et exultabit spiritus meus in deo salutari meo.,

Quia respexit humilitatem ancille sue‹ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.,

Quia fecit mici magna qui potens est‹ et sanctum nomen eius‹ et misericordias eius in progenies et progenies | 56 | timentibus eum.,

Fecit potentias in bracio suo‹ dispersit superuos mente et *in*tellectum cordis sui.,

Deposuit potentes de sede‹ et exaltauit humiles. Esurientes repleuit bonis^ et diuites dimisit inanes.,

Suscepit srahel puerum suum memorare misericordiae suae quae locutus est patribus nostris abraham et semini eius usque in seculum amen

7 non *add. sup. lin.* 22 et tellectum *corr.*

LEGENDUM IN NATIUITAS DOMINI AD MISSAM.

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE., (VII 10-16, IX 1-7)

In diebus illis‹ adiecit dominus loqui ad acaz dicens., Pete tibi signum a domino deo tuo in proføndum ‖ inferni‹ sibe in exelsum supra., Et dixit acaz.,

Non petam∸ et non temtabo dominum., Et dixit.,

Audite ergo domus dau*id* numquid parum uobis est molesti esse hominibus∖ quia molesti estis et deo meo ?

Propter hoc‹ dauit uobis dominus deus ipse signum.,

Ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium∸ et uocabitis nomen eius emanuel., Butirum et mel comedet. ut sciat reprobare malum‹ et eligere bonum.,

Derelinquetur terra quem tu detestaris‹ affacie duorum regnum suorum.,

PRIMO tempore alleuiata est terra zabulon et terra | 57 | nep*talim‹ et in nobissimo adgrabata est uia maris‹ trans iordanem galileae gentium.,

Populus qui sedebat in tenebris uidit lucem magnam‹ habitantibus in regione umbre mortis‹ lux orta est eis.,

Multiplicasti gentem‹ non magnificasti., *L*aetitia* laetabuntur coram te sicut laetantur in messe‹ sicut exultant uictores quando diuidunt spolia.,

Iugum enim oneris eius et uirgam. humeris eius‹ et sceptrum exactoris eius superasti‹ sicut in die madian.,

Quia omnis uiolenta predatio cum tumultum uestimentum mixtum sanguine‹ ‖ erit in conbustione et cibus ignis., Parbulus

7 dauit *corr.* 20 non magnificasti laetitiam *I manu.*

1. *in natiuitas domini ad missam*] Unica missa in Natiuitate Domini adsignatur, sicut in reliquis liturgiis occidentalibus, sola excepta Romana. Nam quae in Missali Ambrosiano vetere indicatur « Missa in nocte », recentioris esse videtur instituti ; neque de ea quidquam reperitur in Antiphonario Ambrosiano vetere, in quo sane non tam multa quam in Missali mutata sunt.

enim natus est nobis⸌ filius datus est nobisˆ et factus est principatus eius‹ super humeros eius.,

Et uocauitur nomen eius admirabilis⸌ consiliarius⸌ fortis⸌ pater futuri seculi‹ princeps pacis.,

Multiplicabitur eius imperium‹ et pacis eius non erit finis.,

Sedebit super solium dauit et super regnum eius‹ ut confirmet illut et corroboret in iudicio et iustitia‹ amodo et usque in sempiternum.,

Zelus domini exercituum faciet hoc., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EBREOS., (I 1-12) DEO GRATIAS., | 58 |

Fratres‹ multifarie multisque modis olim deus loqu*u*tus est patribus nostris in prophetis.,

Nobissimis autem diebus loquutus est nobis in filio quem posuit heredem hominum‹ per quem aetiam fecit secula qui est splendor glorie‹ et imago substantiae eius., Portansque omnia uerbo uirtutis suae‹ purificationem peccatorum facta.,

Sedet in dextera magnitudinis‹ in excelsis.,

Tanto melior angelis factus est‹ quanto praecellentius his possidet nomen.,

Cui enim aliquando angelorum dixit filius meus es tu⸌ ego odie genui te⸌ et iterum., ||

Ego ero ei in patrem‹ et ipse erit mici in filium.,

Deinde iterum‹ quum introduceret primogenitum in orbem terrarum dixit., Adorent illum omnes angeli dei.,

Et ad angelos quidem dicit., Qui facit angelos suos spiritus‹ et ministros suos ignem urentem.,

Ad filium autem.,

Tronus tuus deus in eternum‹ uirga rectaˆ uirga regni tui., Dilexisti iustitiam et *o*disti iniquitatem‹ ideo huncxit te deus deus tuus oleo letitiae preparticipibus tuis. Et tu domine in initio fundasti terram‹ et opera manuum tuarum sunt celi.,

12 loqutus *corr.* 30 odisti o *ex* au.

‖ Ipsi peribunt tu autem permanes‹ et omnia | 59 | tamquam uestimentum ueterescent‹ et uelut amictum mutabis ea‹ et mutabuntur., Tu autem idem ipse es‹ et anni tui non deficient., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (II 1-20)

IN ILLO TEMPORE‹ exiit edictum a caesare augusto‹ ut discreberetur uniuersus orbis.,

Hec discribtio prima‹ facta est a praeside syrie chyrino‹ et ibant omnes‹ ut profiterentur singuli in suam ciuitatem.,

Ascendit autem et ioseph a galilea de cibitate nazaret*h* *in* iudeam ciuitatem dauit que uocatur bethlem‹ eo quod esset de domo ‖ et familia dauid ut profiteretur cum maria disponsata‹ siu*i* uxore pregnante.

Factum est autem quum esset ibi‹ impleti sunt dies ut pareret‹ et peperit filium suum primogenitum et pannis eum inuoluit et reclinabit eum in praesepio‹ quia non erat ei locus in diuersorio., Et pastores erant in regione eadem‹ uigilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum.,

Et ecce angelus domini stetit iusta illos‹ et claritas dei circumfulsit illos‹ et timuerunt timore magno.,

Et dixit illis angelus.,

Nolite timerê.,

Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum | 60 | quod erit omni populo.,

Quia natus est uobis hodie salbator‹ qui est xps dominus‹ in ciuitatem dauit‹ et hoc uobis signum.,

Inuenietis infantem pannis ob*o*lutum‹ et positum in praesepio.,

Et subito facta est quum angelo multitudo militiae celaestis‹ laudantium deum et dicentium.,

GLORIA in altissimis deo‹ et in terra pax hominibus bone uolumtatis.,

10 nazaret iudeam *corr. 2 m.* 13 siui i *ex* e. 27 obulutum *corr.*

Et factum *est* ut discesserunt ab eis angeli in caelum‹ pastores loquebantur‹ ad inuicem.,

Transeamus usque in bethlem et uideamus hoc uerbum quod factum est‹ quod dominus hostendit || nobis., Et uenerunt festinantes‹ et inuenerunt mariam et ioseph‹ et infantem positum in praesepio., Uidentes autem‹ cognoberunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc.,

Et omnes qui audierunt mirati sunt^ et de his que dicta erant a pastoribus ab ipsos.,

Maria autem conserbabat omnia uerba haec‹ conferens in corde suo.,

Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes dominum‹ in omnibus quae audierant sicut dictum est ad illos., amen | 61 |

LECTIO ECLESIASTICA DE MIRABILIBUS SANCTI STEPHANI MARTIRIS XPI EX LIBRIS DE CIBITATE DEI BEATI AGUSTINI EPISCOPI‹ (XXII, VIII 10-22) DYE . UII° . KALENDAS IANUARIAS . DEO GRATIAS. ||

In diebus illis‹ ad aquas stabilitanas episcopo adferenteˎ preiecto reliquias martyris gloriosissimi stefani‹ ad eius memoriam ueniebat magne multitudinis concursus et occursus.,

Ibique caeca mulierˎ dum ad episcopum portantem duceretur‹ orauit.,

Flores quos ferebat‹ dedit., Recepit oculosˎ admonuit‹ protinus uidit., Stupentibus qui aderant‹ praeibat exultansˎ uiam carpens‹ et uiae ducem ulterius non requirens | 62 |

II. – DE LUCILLO EPISCOPO A FISTULA LIUERATO., Memorati memoria martirisˎ que posita est in castello sinitensiˎ quod

1 factum] est *add. sup lin.*

14. *Lectio eclesiastica*] Recepta erat in Ecclesia Gallicana et in Mediolanensi consuetudo recitandi in missa passiones seu vitas sanctorum, quorum festa agebantur. Cuius rei exemplum habes in Lectionario Gallicano, ubi passio apostolorum Petri et Pauli die eorum natali Epistolae praemittitur. Ecce nunc tibi alterum, ex quo intelligas eundem morem in Toletana quoque provincia olim viguisse.

ipponensi coloniae uicinum est‹ eiusdem loci lucillus episcopus populo praecedente atque sequente‹ portabat.,

Fistula cuius molestia iam diu laboraberat\ et familiarissimi sui medici qui eam secarent operiebantur\ manus illius pie sarcinae uectatione\ repente sanata est.,

Nam deinceps‹ eum in suo corpore non inuenit.,

III. – DE EUCARIO PRESBITERO PRIMUM A CALCULO SANATO ET POSTEA A MORTE SUSCITATO., Eucharius presbiter ex spania calame habitabat‹ ueteri morbo calculi laborabat., Per memoriam supra dicti martyris\ quam possidius illo aduexit episcopus‹ salbus factus est.,

IIII. – DE MORTUO SUSCITATO., Idem ipse postea ‖ morbo alio re*ba*lescente‹ mortuus sic iacebat^ ut ei iam pollices ligarentur.,

Opitulatione memorati martyris\ quum de memoria eius reportata esset\ et super iacentis corpus missa ipsius presbiteri tunica‹ suscitatus est.,

U. – DE MARTIALEM QUI AD FIDEM GENERIS SUI ORATIONE CONUERSUS EST., Fuit ibi uir in ordine suo primarius nomine martialis.,

Euo iam grabis‹ et multum aborrens a religione xpistiana., Habebat sane fidelem filiam‹ et generum eodem anno babtizatum., Qui cum eum egrotantem multis et magnis lacrimis rogaret ut fieret xpistianus‹ prorsus abnuit^ eosque a se turbida indignatione submobit., Uisum est genero eius. ut iret ad memoriam sancti stephani‹ | 63 | et illic pro eo quantum posset oraret ut deus illi daret mentem bonam^ quam credere non diferret in xpm., Fecit hoc ingenti gemitu et fletu‹ et sinceriter ardente pietatis affectu.,

Deinde abscidens aliquid de altari florum‹ quod occurrit tulit., Ecce quum iam nox esset‹ ad caput posuit., Tunc dormi*ta*tu*m* est.,

Et ecce ante diluculum clamat ut ad aepiscopum curreretur‹ qui mecum forte tunc erat apud ipponem.,

13 rebalescente ba *om. in actu scriptionis* 30 dormitus est *corr.*

Quum ergo eum audisset absentem‹ uenire presbiteros postulauit.,

Uenerunt› credere se dixit.

Admirantibus atque ga*u*dentibus omnibus‹ babtizatus est.,

Hoc quamdiu uixit‹ in ore habebat xpe accipe spiritum meum., ||

Quum haec uerba beatissimi stephani quando lapidatus est a iudaeis ultima fuisse nesciret‹ que huic quoque ultima fuerunt.,

Nam non multo post‹ etiam ipse defunctus est.,

UI. — DE DUOBUS PODAGRI. Sanati sunt illic per eundem martirem‹ etiam podagri duo., Unus ciues› peregrinus‹ unus.,

Sed ciues‹ omnimodo.,

Peregrinus autem‹ per reuelationem quid adiueret audiuit., Et quum hoc fecerit‹ dolor continuo conquiescit., Auturor nomen est fundi‹ ubi aecclesia constituerat˄ et in ea memoria martyris stefani fieret.,

UII. — DE PARBULO SUSCITATO., Puerum quidam parbulum quum in area luderet‹ exorbitantes bobes qui ueiculum traebant˄ rota obtriberunt., | 64 |

Et confestim palpitauit expirans., Hunc ma*ter arreptum‹ ad eandem memoriam posuit.,

Et non solum reuixit‹ uerum aetiam inlesus apparuit.,

UIII. — DE DEO UOTA SUSCITATA Sanctimonialis quedam in uicina possessione quae aspaliana dicitur› quum egritudine laboraret, ac despiraretur‹ ad eandem memoriam tunica eius adlata est.,

Que› ante quam reuocaretur‹ illa defuncta est.,

Hactamen‹ tunica operierunt cadaber eius parentes.,

Et recepto spiritu‹ salua facta est.,

UIIII. — DE BASSI FILIA SUSCITATA.. Aput ipponem bassus quidam sirus ad memoriam eiusdem martyris‹ orabat pro egrotante et per*e*clitante filia.,

Eoque secum‹ uestem eius *ad*tulerat., ||

4 gaudentibus u *add. sup. lin.* 31 preclitante *corr.* 32 adtulerat ad *add. sup. lin.*

Quum ecce pueri de domo occurrerunt‹ qui ei etiam mortuam nuntiarent.,

Sed quum orante illo‹ ab amicis eius exciperentur‹ proibuerunt eos illi dicere ne per publicum plangeret.,

Qui cum domum redisset‹ iam suorum eiulantibus personantem‹ et uestem filie quam ferebat super eam proiecisset‹ reddita est uite.,

X. – DE PARBULO PERHUNCTO ET SUSCITATO., Rursus ibidem aput nos‹ yrenei cuiusdam collectarii filius‹ egritudine extinctus est.

Quumque corpus iaceret exanime‹ atque a lugentibus et lamentantibus‹ exequie pararentur‹ amicorum eius quidam inter aliorum consolantium uerba sugessit‹ ut eiusdem martyris holeo perungueretur., Factum est‹ et reuixit.,

XI. | 65 | DE ALIO PARUULO SUSCITATO., Itemque aput nos uir tribunicius nomine eleusinus super memoria martyris que in suburbano eius est‹ egritudine exanimatum posuit infantulum filium.,

Et post orationem‹ quam multis cum lacrimis fudit‹ uiuentem lebabit.,

Quid faciam., Urguet huius operis implenda promissio‹ ut non hic possim omnia comemorare que scio.,

Et proculdubio plerumque nostrorum quum hec legerint‹ dolebunt me pretermisse tam multa que utique mecum sciunt., Quos iam nunc ut ignoscant rogo‹ et cogitent quam prolixi laboris sit facere. quod me hic non facere suscepti operis necessitas cogit.,

Si enim miracula sanitatum‹ ut alia taceam. ea tantum || modo uelim scribere que per hunc martyrem id est gloriosissimum stephanum facta sunt in colonia calamensi‹ et in nostra plurimi confic*i*endi sunt libri., Nec tamen omnia colligi poterunt‹ sed tantum de quibus libelli dati sunt qui recitarentur in populis.,

31 conficendi *corr.*

Id namque fieri uoluimus‹ quum uideremus antiqui. similia diuinarum signa uirtutum etiam nostris temporibus frequentari‹ et ea non debere multorum notitia deperire.

Nondum autem est biennium ex quo aput ipponem regium‹ cepit esse ista memoria.,

Et multis quod a nobis notissimum est‹ non datis libellis de his quae mirabiliter facta sunt.,

Illi ipsi qui dati sunt‹ ad septuaginta ferme numerum | 66 | peruenerunt quando ista conscripsi.,

Calama uero\ ubi et ipsa memoria prius esse caepit\ et crebrius dantur‹ inconparauili multitudine superant., Uzali etiam que colonia· betice uicina est‹ multa preclara per eundem martyrem˸ facta c gnouimus., Cuius ibi memoria‹ longe prius quam apu*d* nos ad ιepiscopo euodio constituta est.,

Sed libellorum dandorum ibi consuetudo non est‹ uel potius non fuit. nam fortasse nunc esse iam caepit.

XII. – DE PETRONIA A LANGORE SANATA., Quum enim nuper illic essemus‹ petronia mater familias\ que ibi mirabiliter ex magno atque diuturno in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant langore sanata est., Ortati sumus || uolente supra dicto aepiscopo lucillo‹ ut libellum daret qui recitaretur in populo˸ , et obedientissime paruit.,

In quo posuit etiam quod hic reticere non possum quamuis ad ea que hoc opus urguet festinare conpellar.,

XIII. – DE LAPIDE IN UENTRE BOBIS INUENTO., A quodam iudeo dixit. sibi fuisse persuasum\ ut anolum capillaci*o* uinculo insereret‹ quo sub omni ueste ad nuda corporis cingeretur.,

Qui anolus‹ haberet sub gema lapidem in renibus inuentu bobis.,

Hoc al*l*igata quasi remedio‹ ad sancti martyris limina ueniebat., Sed profecta a cartagine\ quum in confinio fluminis bagrade in sua possessione mansisset‹ surgens ut iter ageret\ ante pedes

13 apud d *ex* t. 26 capillacio o *ex* u. 30 aligata *corr.*

suos illum iacentem anulum uidit‹ | 67 | et capillaciam zonam qua fuerat alligatus mirata temtauit., Quam quum omnino suis nodis firmissimis sicut fuerat adstrictam comperisset‹ crepuisse atque exiluisse anulum suspicata est., Qui etiam ipse quum integerrimus fuisset inuentus‹ future salutis quodamodo pignus de tanto miraculo se accepisse presumsit., Atque illum uinculum soluens‹ simul cum eodem anulo proiecit in flumine., N*unc* credunt hoc‹ qui etiam dominum ihesum per integra uirginalia matris enixum‹ et ad discipulis ostiis clausis ingressum fuisse‹ non credunt., Sed hoc certe querant., Et si uerum inuenerint‹ illa credant.,

Clarissima femina est || nobiliter nata‹ nobiliter nubta‹ cartagine habitat.,

Ampla ciuitas‹ ampla persona.,

Rem querentes‹ latere non sinit., Martyr certe ipse quod inpetrante illa sanata est‹ in filium permanentis uirginis credidit.,

In eum qui ostiis clausis ad discipuli*s* ingressus est‹ credidit., Postremo. propter quod *ista omnia dicuntur a nobis‹ in eum qui ascendit in celum. cum carne in qua resurrex*erat credidit.,

Et ideo per eum tanta fiunt‹ quia pro ista fide animam posuit.,

Fiunt ergo etiam nunc multa miracula‹ eodem deo faciente‹ per quos uult‹ et quem ad modum uult.,

Qui et illa que legimus fecit.,

Sed ista nec similiter innotescunt‹ neque ut non | 68 | excidant animo quasi clarea memoriae crebra lectione utuntur.,

Nam et ubi diligentia est que nunc apud nos esse caepit ut libelli eorum quae beneficia percipiunt‹ recitentur in populo‹ semel hoc audiunt⁊ qui adsunt., Pluresque qui non adsunt.,

Ut nec illi qui adfuerunt‹ post aliquos dies quod audierunt‹ mente retineant., Et uix quisque repperiatur. illorum qui ei quem non adfuisse cognouerit indicet quod audiuit.,

XIII. — DE DECEM GERMANIS IN TREMORE MORTIS CONSTITUTOS‹ ET SALUTI PRISTINE CUM DEI GRATIA RESTITUTOS.,

7 Non credunt *corr.*   17 discipulis s *add. sup. lin.*

Unum est aput nos factum‹ non maius quam illa. que dixi.,

Sed tam clarum atque inlustre miraculum‹ ut nullum arbiter esse ipponensium‹ qui hoc non uel uiderint uel didicerit^ nullum || qui oblibisci ulla ratione potuerit.,

Decem quidem fratres\ quorum septem sunt mares\ tres faeminae‹ de caesarea cappadociae. suorum ciuium non ignobiles\ maledicto matris recente patris obitu destitute\ quae iniuriam sibi ab eis factam aceruissime tulit‹ tali paena sunt diuinitus coerciti ut orribiliter quaterentur omnes tremore membrorum., In qua fedissima speciae occulos suorum ciuium non ferentes‹ qua uersum cuique ire uisum est tota pene uagabantur orbe romano., Ex *h*is etiam ad nos uenerunt duo., Frater‹ et soror., Paulus‹ et palladia.,

Multis aliis locis miseria diffamante‹ iam cogniti.,

Uenerunt autem ante pascha‹ ferme dies quindecim., | 69 |

AEcclesiam quotidie et in eam memoriam glosissimi stephani frequentabant orantes‹ ut iam sibi placeretur deus. et salutem pristinam redderet., et illic et quocumque ibant conuertebant in se‹ ciuitatis aspectum.,

Nonnulli qui eos alibi uiderant\ causamque tremoris eorum noberant‹ aliis ut quisque poterant indicabant.,

Uenit et pascha., Atque in ipso die dominico mane\ quum iam frequens populus praesens esset\ et loci sancti cancellos ubi martyrium memoria erat\ idem iubenis orans teneretur‹ repente prostratus est., Et dormienti simillimus iacuit., Non tamen tremens‹ sicut etiam antea per somnum solebat., Stupentibus qui aderant\ atque alliis || pabentibus aliis dolentibus quum eum quidam uellent erigere nonnulli proibuerunt.,

Sed potius exitum expectandum esse dixerunt., Et ecce surrexit‹ et non tremebat quoniam sanatus erat..

Et stabat incolomis intuens intuentes.,

Utquis ergo se tenuit\ a laudibus dei., Clamantium\ gra-

12 exis *corr*

tulantiumque uocibus‹ aecclesia usquequaque conpleta est., Inde ad me cum gaudio curritur ubi sedebam‹ iam processurus.,

Inruit alter.quisque post alterum., Omnis posterior quasi nobum quod alius prior dixerat‹ nuntiantes.,

Meque gaudente‹ et aput me gratias agente⁚ ingreditur etiam ipse cum pluribus.,

Inclinatur ad genua mea.,

Erigitur ad osculum meum., | 90 |

Procedimus ad populum.,

Plena erat ecclesia.,

Personabat uocibus gaudiorum Deo gratias., Deo laudes.,

Nemine tacente‹ hinc atque inde clamantium⁚ salutabi populum.,

Et rursus eadem ferbentiori voce clamabant.,

Facto tandem silentio‹ scribturarum diuinarum sunt lecta sollemnia.,

Ubi autem uentum est ad mei sermonis locum dixi pauca pro tempore⁚ et pro illius iucunditate laetitiae.,

Magis enim eos in opere divino‹ quandam dei eloquentiam non audire‹ sed considerare permisi.,

Nobiscum homo prandit‹ et diligenter nobis omnem suae fraterneque ac maternae calamitatis indicauit storiam., Sequenti || itaque diae‹ post sermonem redditum narrationis eius‹ libellum in crastino. populo recitandum promisi.,

Quod quum ex dominico paschae die tertio fieret in gradibus excedere‹ in qua de superiori loquebar loco‹ feci stare ambos fratres.,

Quum eorum legeretur libellus‹ intuebatur populus uniuersus sexus utriusque‹ unum stantem sine deformi motu⁚ altera membris omnibus contrementem.,

9. Vides a seriori adnotatore transitum oscitanter factum esse a pag. 69 ad p. 90 : ceterum in textu nihil deest.

Et qui ipsum non uiderant qui in eo diuinae misericordiae factum esset⁄ in eius sorore cernebant., Uidebant enim quid in illo gratulandum⁄ quid pro illa esset orandum., Inter haec recitato eorum libello⸜ de conspectu populi⁝ eos abire precepi⸜ et de tota ipsa | 91 | causa⁄ aliquanto diligentius caeperam disputare.,

Quum. ecce me disputante⁄ uoces aliae de memoria martyris⁝ nobe gratulationis audiuntur.,

Conuersi sunt eo qui audiebant⁄ ceperuntque currere., Illa enim de gradibus descendit in quibus steterat⁄ et ad sanctum martyrem orare perrexerat., Quae mox ut cancellos adtigit⁄ conlabsa similiter uelut in somnum sana. surrexit., Dum ergo requireremus quid factum fuerit⸜ unde illu*d* strepitus letus extiterit⁄ ingressi sunt cum illa in baselica ubi eramus⁝ adducentes eam sanam de martyris loco.,

Tum uero tantus ab utroque || sexu admirationis clamor exortus est⁄ ut uox continuata cum lacrymis non uideretur posse finiri.,

Perducta est ad eum locum⁄ ubi paulo ante steterat tremens.,

Exultabant eam similem fratri⁄ cui doluerant remansisse dissimilem., Et nondum fusas preces suas pro illa⁄ iam tamen preuiam dei uolumtatem⁝ tam cito exauditam esse cernebant.,

Exultabant in dei laudem⁄ uoces in uerbis., Tanto sonitu⁝ quantum nostrae aures ferre uix possent.,

Quid erat in cordibus exultantium⸜ nisi fides xpi pro quo stephani sanguis effusus est.,

Cui est honor et gloria⁄ uirtus et potestas in secula seculorum amen :, | 92 |

LEGENDUM IN DIEM SANCTI. STEFANI LEUITE.,

LECTIO LIBRI⁄ REGUM., (III Reg. xxi 1-29)

IN DIEBUS ILLIS uinea erat naboht ihezraelite qui erat in ihezrahel⁄ iuxta palatium acab regis samarie.,

Loquutus est ergo acab ad naboht dicens.,

12 illud d *c.r* t

Da mici uineam tuam ut faciam mici ortum olerum‹ quia uicina est‹ et prope domum meam., Daboque tibi pro eam uineam meliorem‹ aut si tibi comodius putas‹ argenti pretium quantum digna est.,

Cui respondit naboht.,

Propitius mci sit dominus: ne dem hereditatem patrum meorum tibi.,

Uenit ergo acab in domum suam indignans et frendens || super uerbo quod loquutus fuerat ad eum naboht ihezraelite dicens. non do tibi hereditatem patrum meorum.

Et proiciens se super lectulum suum‹ abertit faciem suam ad parietem et non comedit panem.,

Ingressa est autem ad eum zezabel huxor sua‹ dixitque ei., Quid est hoc unde anima tua contristata est: et quare non comedis panem.,

Qui respondit ei.,

Loquutus sum ad naboht iezraelite‹ et dixi ei., Da mici uineam tuam accepta pecunia.,

Aut si tibi placet‹ dabo tibi uineam pro ea.,

Et ille ayt., Non do tibi uineam meam.,

Dixit ergo ad eum . uxor . eius zezabel., | 93 |

Grandis auctoritatis es‹ et bene regis regnum srael?

Surge et comede panem et equo esto animo.,

Ego dabo tibi uineam naboth ihezraelite.,

Scripsit itaque litteras ex nomine acab‹ et signauit eas anulo eius‹ et misit ad maiores natum et ad obtimates qui erant in ciuitate eius‹ et habitabant cum naboth.,

Litterarum autem erant ista sententia.,

Predicate ieiunium: et sedere facite naboth inter primos populi.,

Et submitite duos uiros filios belial contra eum‹ ut falsum testimonium dicant., Benedixit naboth‹ deo et regi.,

Et educite eum || et lapidate‹ sicque moriatur.,

Fecerunt ergo ciues eius et maiores natu et obtimates qui

habitant cum eo in urbe‹ sicut preceperat eis zezabel. et sicut scriptum erat in l*i*tteris quas miserat ad eos.,

Praedicaberunt ieiunium et sedere fecerunt eum inter primos populi‹ et adductis duobus uiris filiis belial‹ fecerunt eos sedere contra eum.,

At illi scilicet ut uiri diabolici‹ dixerunt contra eum testimonium coram multitudine., Benedixit naboth‹ deo et regi.,

Quamobrem‹ eduxerunt extra cibitatem‹ et lapidibus interfecerunt eum., || 94 |

Miseruntque ad zezabel dicentes‹ lapidatus naboth et mortuus est.,

Factum est quum audisset zezabel lapidatum naboth et mortuum‹ loquuta est ad acab dicens.,

Surge *et* posside uineam naboth iezraelite‹ qui noluit tibi adquiescere et dare eam accepta pecunia., Non enim uiuit naboth‹ sed mortuus est., Quod quum audisset acab mortuum uidelicet nabot‹ surrexit et descendebat in uineam naboth‹ ihezraelite ut possideret eam., Factum est sermo domini‹ad heliam thesbitendicens.,

Surge· et descende in occursum acab regis srahel‹ ||qui est in samaria.,

Ecce ad uineam naboth descendet‹ ut possideat eam., Et loquens ad eum dicens., Hec dicit dominus.,

Occidisti‹ insuper et possedisti.,

Et post hec addes.,

Haec dicit dominus., In hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth‹ lambent quoque tuum sanguinem et ayt acab ad heliam., Num inuenisti me inimici meae ?

Qui dixit., Inueni. eo quod uenundatus sis‹ ut faceres malum ante conspectum domini.,

Ecce ego inducam super te malum‹ et dimentiam posteriora tua‹ et interficiam de acab mingentem ad parietem et clausum et ultimum in israhel., | 95 |

2 letteris *corr.* 14 Surge] et *add. seriori manu*

Et dabo domum tuam sicut domum ieroboam filii naba*h*t et sicut domum baasa . filii aia . quia egisti ut me ad iracundiam prouocares‹ et peccare fecisti srahel.,

Sed et de zezabel loquutus est dominus dicens.,

Canes comedent zezabel‹ in agro iezrahel.,

Si mortuus fuerit achab in ciuitate comedent eum canes.,

Si autem mortuus fuerit in agro‹ comedent eum uolucres caeli.,

Igitur non fuit alter . talis ut achab qui uenundatus est‹ ut faceret malum in conspectum domini.,

Concitabit enim eum zezabel huxor sua || et abominabiles effectus est in tantum ut·sequeretur idola quae fecerunt amorrei‹ quos consumsit dominus a facifiliorum srahel.,

Itaque quum audisset achab sermones istos scidit uestimenta sua˙ et operuit cili*ci*o carnem suam., Ieiunabitque et obdormiuit in sacco et ambulauat dimisso capite., Factus est autem sermo domini ad heliam thesbiten dicens.,

Nonne uidisti achab umiliatum corame? quia igitur umiliatus est mei causa‹ non inducam malum in diebus eius.,

LECTIO LIBRI HACTUUM‹ APOSTOLORUM., (VI 1-VII 2, VII 51-VIII 4) DEO GRATIAS., | 96 |

IN DIEBUS ILLIS‹ crescente numero discipulorum‹ factus est murmur grecorum aduersus iudaeos eo quod despicerentur uidue eorum‹ in ministerio cotidiano.,

Conuocantes autem duodecim apostoli‹ multitudinem discipulorum dixerunt :,

Non est aequum nos derelinquere uerbum dei˙ et ministrare mensis.,

Prospicite ergo fratres ex bobis ipsis bonum testimonium habentes septem uiros plenos spiritu sancto et sapientia‹ quos constituamus in hoc min*i*sterio.,

Nos autem‹ erimus orationi et uerbo deseruientes.,

1 nabaht h *add. sup. lin.* 14 cilio *corr.* 30 ministerio i *ex* e

Et placuerunt hec uerba‹ coram omni || plebe., Et elegegrunt stefanum uirum plenum fide et sapientia et spiritu sancto et philipum‹ et procorum‹ et nicanorem‹ et timonem‹ et parmenam et niculaum‹ prosilitum anziozensem.,

Quostatuerunt‹ ante conspectu apostolorum.,

Et orantes manus eis inposuerunt‹ et sermo domini crescebat et amplificabatur numerus dicentium iherosolimys ualde.,

Nam multa turba aetiam sacerdotum‹ ob*e*dieba*t* fidei Stefanus autem plenus gratia et uirtute faciebat signa magna et prodigia in plebe∴ per nomen domini nostri ihesu xpi.,

Aduersus quem‹ insurrexerunt quidam | 97 | de sinagoga que apellatur liuertinorum‹ et chirinensium‹ et alaxandrinorum‹ et a cilicia‹ et ab asia disputantes cum stefano.,

Qui non poterant resistere sapientiae. et spiritui sancto qui loquebatur in eo‹ propter quod redarguerentur ab eo‹ cum omni fiducia.,

Quum ergo non possent resistere ueritati tunc submiserunt uiros qui dicerent. se eum audisse dicentem uerba blasfemie in moysen et deum.,

Commoberunt itaque plebem . et maiores natu et scribas‹ et concurrentes rapuerunt stefanum et perduxerunt eum || in concili*um* et statuerunt testes mendaces qui dicerent.,

Homo iste∴ non cessat loqui uerba bla*s*femiae aduersus legem *et* locum hunc sanctum.,

Audibimus enim ipsum dicentem‹ quoniam ihesus nazarenus hic dissolbet hunc locum‹ et mutauit tradictiones quas tradidit nobis moyses.,

Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio uiderunt faciem eius tamquam faciem angeli dei‹ stantis in medio ipsorum.,

Dixit autem princeps sacerdotum stephano.,

An ista. se∴ sic haberent ?

Qui respondit.,

8 obaudieba *1 manu* 22 concilium u *ex* o 23 blasfemiae s *sup. lin.* 24 et *add. 2 manu*

Dure ceruice‹ et non circumciso corde et auribus., | 98 |

Uos semper spiritui sancto resistitis sicut et patres uestri.,

Quem prophetarum illi non sunt persequuti et occiderunt‹ qui pronuntiaberunt de aduentu iustiˆ cuius uos‹ tunc proditores et omicide fuistis.,

Qui accepistis legem in ordinatione angelorum‹ et non custodistis.,

Haec quum dixisset‹ fremebant in cordibus suisˆ et stridebant dentibus in eum., Ipse autem cum esset plenus spiritu sancto respiciens in caelum uidit gloriam dei‹ et ihesum stantem addextris dei et dixit., Ecce uideo celos apertos‹ et filium hominis stantem ad dexteram dei.,

Quo audito illi‹ exclama ‖ berunt uoce magna continuerunt aures suas‹ et impetum fecerunt uniuersi in eum et eicientes eum extra ciuitatem‹ lapidabant eum.,

Et falsi testes . posuerunt uestimenta sua‹ iuxta pedes cuiusdam nomen sauli.

Et lapidabant stefanum inuocantem et dicentem‹ domine ihesu recipe spiritum meum.,

Quique iam deficiens‹ positis genibus uoce magna exclamabit.,

Domine ne statuas illis hoc ad peccatum.,

Et hoc quum dixisset dorm*i*bit., Saulus autem erat consentiens neci eius.

Facta est autem in illa die persecutio magna aduersus aeclesiam que est | 99 | iherosolimis . omnes qui dispersi sunt in regionibus iudeae et samarieˆ exceptis apostolis qui remanserunt in iherusalem.,

Conportaberunt autem stephanum uiri religiosi‹ et fecerunt planctum magnum super eum.,

Saulus uero debastabat eclesias‹ intrans in domos et traens uiros hac mulieres tradebat in carcerem.,

At illi qui dispersi erant‹ibant euangelizantes uerbum dei.,amen.,

22 dormibit i *sup. lin.*

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM MATHEUM., (XXIII 34-39)

IN ILLO TEMPORE congregatis ihesus phariseis loquutus est eis dicens., Ecce ego mitto ad uos prophetas‹ et sapientes‹ et scribas‹ et ex illis occidetis‹ et crucifigetis., ‖ et flagellabitis‹ in synagogiis uestris., Et persequimini de cibitate in ciuitate‹ ut ueniat super uos omnis sanguis iustusˆ qui effusus est super terram.,

A sanguine abel . iusti usque ad sanguinem zaccarie filium baracie‹ quem occidistis inter templum et altare., amen dico uobis ueniet hec omnia super generationem istam.,

Iherusalem iherusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt . quotiens uolui congregare filios tuos‹ quem admodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti.,

Ecce derelinquetur uobis domus uestra deserta., Dico enim uobis.,

Non me uidebitis amodo‹ donec dicatis., | 100 |

Benedictus qui uenit in nomine domini., amen.

LEGENDUM IN DIEM . SANCTI . IOHANNIS . APOSTOLI .

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS., (Sap. X 10-14) DEO GRATIAS., ‖

IUSTUM DEDUXIT DOMINUS per uiam rectam et hostendit illi regnum dei‹ et dedit illis scientiam sanctorum., Honestabit illum in laboribus‹ et conplebit labores illius.,

In fraude circumuenientium illum adfuit‹ et honestum illum fecit., Custodiuit illum ab inimicis‹ et a seductoribus tutabit eum et certamen fortem dedit illi ut uinceretˆ ut sciret quoniam omnium potentior est sapientiam.,

Haec uenditum iustum non dereliquid deus‹ sed a peccatoribus liberabit illum.,

Descendit cum illo in fobeam‹ et in uinculis non dereliquit

illum‹ donec afferret illi sceptrum regni et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant., | 101 |

Et mendaces hostendit qui maculaberunt illum‹ et dedit illi claritatem eternam.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . PRIMA., (II Cor. V 1-5) DEO

FRATRES SCIMUS quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolbantur⸌ quod hedificationem ex deo habemus domum non manufactam eternam in caelis., Nam et qui sumus in *tabernaculo* in hoc ingemescimus habitationem nostram quae de caelo est⸌ superindui cupientes⸌ si tamen uestiti non nudi inueniamur., Nam et qui sumus in hoc corpore‹ ingemescimus grabati eo quod nolumus expoliari || sed superuestiri‹ ut absorbeatur quod mortale est a bita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spiritus‹ ipsi gloria in secula seculorum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOANNEM., (XXI 20-24) GLORIA.,

IN ILLO tempore‹ uidit petrus illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem qui recubuit in cena super pectus eius‹ et dixit.,

Domine‹ hic autem quid: dicit ei ihesus., Sic eum uolo manere‹ donec ueniam quid ad te., Tu me sequere.,

Exibit ergo sermo iste in fratres quia discipulus iste non moreretur., Et non dixit ei ihesus non moreretur‹ sed sic eum uolo manere‹ donec ueniam quid ad te., Hic est discipulus qui testimonium peribet de his‹ et qui scripsit hec., | 102 |

Et scimus quia uerum est‹ testimonium eius., amen.

10 tabernaculo *in rasura*

ITEM LEGENDUM . IN DIEM CIRCUMCISIONIS DOMINI AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (XXI 1-8)

IN DIEBUS ILLIS‹ Uisitauit dominus sarram sicut promiserat‹ et impleuit que loquutus est.,

Concepitque et peperit filium in senectute sua‹ tempore quod predixerat ei deus., Uocabitque abraham nomen filii sui quem genuit ei sarram isaac‹ et circumcidit eum octabo die‹ sicut preceperat ei deus.,

Qui quum centum ‖ esset annorum‹ hac quippe etate patris natus est ysaac., Dixitque sarra.,

Risum mici fecit deus.,

Quiquumque audierit‹ conridebit mici., Rursumque ayt.,

Quis auditorum crederet abraham quod sarram lactaret filium.,

Crebit igitur puer‹ et ablactatus est., Fecitque abraham grande conuibium‹ in die ablactationis eius., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD ROMANOS., (XV 8-13)

FRATRES DICO xpm ihesum ministrum factum fuisset circumcisionis‹ propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum., Gentes autem per misericordiam glorificare deum‹ sicut scriptum est., Propterea confitebor tibi | 103 | in gentibus domine‹ et nomini tuo cantabo., Et iterum dicit., Letamini gentes‹ cum plebe eius., Et iterum., Laudate dominum omnes gentes‹ et conlaudate eum omnes populi., Et iterum esayas dicit., Erit radix gesse et qui exurget regere gentes‹ in eo gentes

1 *in diem circumcisionis domini*] Exstat lex Wisigothorum anno circiter 650 regnante Reccesvintho lata, qua festum Circumcisionis inter praecipuas festivitates, quibus etiam forum vacabat, connumeratur (Lib. II, tit. 1, leg. 11). Negant quidem multi vetustius aliquid de ipso festo usquam haberi : at certo habetur in decreto 17 Concilii II Turonensis (an. 567), quo « missa Circumcisionis » commemoratur. Similiter in codice Fuldensi ante an. 546 scripto duae lectiones ex Apostolo recitandae notantur « De circumcisione in octabas domini » : quarum priore continetur ea quae in Lectionario nostro Silensi adsignatur, *Dico enim Christum Ihesum ministrum fuisse.*

sperabunt., Deus autem spei repleat uos ut omni gaudio et pace in credendo⁏ ut abundetis in spe et uirtute spiritus sancti., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM LUCAM.,
(II 21-40)

IN ILLO TEMPORE postquam consumati sunt dies octo ut circumcideretur dominus⁏ uocatum est nomen eius ihesum quod uocatum erat ab angelo⁏ prius quam in utero conciperetur., ||

Et post quam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi . tulerunt illum in iherusalem⁏ ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini., Quia omne masculinum adaperiens uulbam⁏ sanctum domino uocabitur., Et ut darent hostiam secundum quod scribtum est in lege domini⁏ par turturum aut duos pullos columbarum.,

Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen simeon⁏ et homo iste iustus et timoratus expectans consolationem srahel⁏ et spiritus sanctus erat in eo.,

Et responsum acceperat ab spiritu sancto⁏ non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm dominum.,

Et uenit in spiritu in templum˄ | 104 |

E cum inducerent puerum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo⁏ et ipse accepit eum in ulnas suas˄ et benedixit deum et dixit.,

NUNC dimittis serbum tuum domine secundum uerbum tuum in pace⁏ quia uiderunt oculi mei salutare tuum⁏ quod praeparasti ante faciem omnium populorum.,

Lumen ad reuelationem gentium⁏ et gloriam plebis tue srael., et era*nt* pater eius et mater⁏ mirantes super his quae dicebantur de illo., Et benedixit illos simeon⁏ et dixit ad mariam matre eius.,

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectione multorum in srahel⁏ || et in signum cui contradicetur., Et tuam ipsius animam pertransiet gladius⁏ ut rebelentur ex multis cordibus cogitationes˄ et erat ana prophetissa filia fanuel de tribu asser⁏ hec

27 erat *corr.*

processerat in diebus multis et uixerat cum uiro suo annis septem‹ a uirginitate sua et haec uidua usque ad annos octuaginta quattuor que non discedebat de templo dei‹ ieiuniis et obsecrationibus serbiens nocte hac die.,

Et haec ipsa hora superueniens confitebatur domino‹ et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem iherusalem., Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini‹ | 105 | reuersi sunt in galileam in ciuitatem suam nazaret., Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia et gratia dei *erat* in illo.,

LEGENDUM IN CAPUT ANNI

LECTIO LIBRI‹ YEREMIE PROFETE., (X 1-10).

Audite uerbûm quod loquutus est dominus super uos domum srahel‹ hec dicit dominus., Iusta uias gentium nolite disceret‹ et a signis caeli nolite pabere *que timent gentes* quia leges populorum uanescunt., Quia lignum de saltum precidit‹ opus manus artificis in ascia., Argentum et auro decorabit illut‹ clabis et malleis conpegit illut‹ ‖ ut non dissolbantur.,

In similitudine plas*me fabricate sunt‹ et non loquentur.,

Porta tollentur‹ quia incedere non ualent., Nolite ergo timere eam‹ quia nec male possûnt facere nec bene.,

Non est similis tui domine magnus es tu‹ et magnum nomen tuum in fortitudine.,

Quis non timebit te‹ o rex gentium tuum est enim decus inter cunctos sapientes gentium‹ et in uniuersis regnis eorum nullus est similis tui.,

Pariter inspientes et fatui probantur‹ doctrina uanitatis eorum | 106 | lignum est., Argentum inuolutum de tarsis adfertur‹ et

9 erat *suppletum sup. lin.* 14 que t. gentes *add. marg.*

10 *In caput anni.*] Huic officio respondet altera missa quae hac die in Ordine Capuano, Gelasiano aliisque praescribitur *Contra idola*, seu *Prohibendum ab idolis*. De jejunio Kalendis Januarii apud Hispanos olim servato lege sis can. 10 concilii Toletani IV, et S. Isidorum, *De offic.* lib. I, c. 40.

aurum de ofaz., Opus artificis manus erariiˋ iacinctus et purpuraˊ indumentum eorum., Opus artificumˊ uniuersa hec.,

Deus autem uester deus uibens est., Ipse deus uibensˊ et rex sempiternus.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLIˊ AD CORINTIOS PRIMA., (X 14-XI 2)

FRATRES FUGITE ab idolorum cultura., Ut prudentibus loquorˊ uos iudicate quod dico., Calicem benedictionis cui benedicimusˋ nonne comunicatio sanguinis xpi est., Et panis quem frangimurˋ nonne participatio dei est ? Quoniam unus panis ‖ unum corpus multi sumusˊ nam omnes qui de uno pane et de uno calice participamur.,

Uidete srahel secundum carnem.,

Nonne qui edunt hostiasˋ participes sunt altaris ?

Quid ergo dico quod idolis ymolatum sit aliquidˋ aut quod idolum sit aliquid., Sed que ymolant gentesˊ demoniis ymolant et non deo.,

Nolo autem uos socios fieriˊ daemoniorum., Non potestis calicem domini uibereˊ et calicem demoniorum.,

Non potestis mense domini participes esseˊ et mense demoniorum.,

An emulamur dominum ?

Numquid fortiores illo sumus ? Omnia mici licentˊ sed non omnia expediunt., Omnia mici licentˊ | 107 | sed non omnia hedificant.,

Nemo quod suum est queratˊ sed quod alterius.,

Omne quod in macello uenit manducateˊ nicil interrogantes propter conscientia., Domini est terraˊ et plenitudo eius.,

Si quis uocat uos aliquis infidelium et uultis ireˊ omne quod uobis adponuntur manducateˊ nicil interrogantes propter conscientiam.,

Si quis autem dixerit hoc ymolatum est idolisˊ nolite manducare˄ propter illum qui indicabit et propter conscientiam.,

Conscientiam autem dico/ non tuam sed alterius., Ut quid enim iudicatur liuertas mea\ ab alia conscientia

Si ergo cum gratia || participo/ quid blasfemo\ pro eo quod gratias agô., Siue ergo manducatis\ sibi bibitis . uel aliut quod facitis/ omnia in gloria dei facite.,

Sine offensione estote iudaeis et gentibus et aeglesię dei/ sicut et ego per omnia omnibus placeo.,

Non quaerens quod mici utile est/ set quod multis ut salbi fiant.,

Imitatores mei estote/ sicut et ego xpo., Laudo autem uos fratres/ quod in omnia mei . memores *es*tis/ et sicut tradidit uobis precepta mea tenetis., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII/ SECUNDUM MATTHEUM., (X 5-8)

IN ILLO TEMPORE/ dominus noster ihesus xps/ loquebatur discipulis suis dicens.,

In uias gentium ne abieritis et in ciuitates | 108 | samaritanorum ne intraberitis/ se*d* potius ite ad obes que perierunt domus srael.,

Euntes autem predicate dicentes/ quia adpropinquabit regnum caelorum.,

Infirmos curate\ mortuos suscitate\ leprosos mundate\ demonia eicite., Gratis accepistis/ gratis date.,

ITEM LEGENDUM IN APPARITIONE DOMINI AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI/ NUMERI., (XXIV 3-9, 15-18)

IN DIEBUS ILLIS/ adsumta parab*o*la sua/ dixit balaam filius beor., Dixit homo/ cuius obturatus erat oculus.,

Dixit auditor || sermonum domini/ qui uisionem omnipotentis intuitus est.,

Qui cadet/ et sic aperientur oculi eius.,

11 estis es *2 manu in rasura* 18 sed d *in ras.* 25 numeri *in ras.* 26 parabola o *e.r* u *2 manu*

Quam pulcra tabernacula tua iacob‹ et temtoria tua srahel‹ ut ualles nemorose.,

Ut ortus iusta flubius inrigui‹ ut tabernacula que fixit deus‹ quasi cedri prope aquas.,

Fluit aqua de situla eius‹ et semen illius erit in aquis multis., Tolletur propter agag rex eius‹ et aufferetur regnum illius.,

Deus eduxit illum de egyptum‹ cuius fortitudo similis est rinocerotis.,

Deborabunt gentes hostes illius‹ ossaque eorum confringent‹ et perforabunt sagittis., | 109 |

Accubans dormibit ut leo‹ et quasi leena quem suscitare nullus audeuit., Qui benedixerit tibi‹ erit ipse benedictus.,

Qui maledixerit‹ in maledictione reputabitur.,

Dixit balaam filius beor‹ dixit homo cuius obturatus erat oculus., Dixit auditor sermonum domini‹ qui nobit doctrinam altissimi‹ et uisionem omnipotentis uidet.,

Qui cadens‹ apertos abet occulos.,

Uidebo eum sed non modo‹ intuebor illum sed non prope.,

Orietur stella ex iacob‹ et consurget uirga de srahel.,

Et percutiet duces || moab‹ uastabitque omnes filios seth.,

Et erit idumea possessio eius‹ hereditas seir cedet inimicis suis., Srahel uero fortiter aget.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TITUM., (II 11-III 7)

KARISSIME‹ apparuit gratia dei saluatoris omnibus hominibus‹ erudiēns nos.,

Ut abnegantes inpietates et secularia desideria‹ sobrie\ et pie\ et iuste uibamus in hoc seculo., Expectantes beata spem et aduentum glorie magni dei‹ et salbatoris nostri iesu xpi‹ qui dedit semet ipsum pro nobis | 110 | ut nos redimeret ab omni iniquitate^ et emundaret sibi populum acceptauilem sectatorem bonorum operum., Haec loquere et exortare‹ et argue cum omni imperio.,

Nemo te contemnat.,

Ammone illos potestatibus et principibus⸵ subditos esse.,

Dicto obedireˆ ad omne opus bonum paratus esse., Neminem blasfemare.,

Non letigiosus esse . sed modestu*s*

Omnes ostendentes mansuetudinem⸵ ad omnes homines.,

Eramus enim et nos aliquando insipientes et increduli errantes⸵ serbientes desideriis ‖ *et* uoluptatibus uariis.,

In malitia et inuidia agentes odiuiles odientes inuicem., Quum autem benignitas et humanitas apparuit salbatoris nostri dei⸵ nonne ex operibus iustitiae que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salbos fecit nos per labacrum regenerationis et renobationis spiritus sancti⸵ quem effudit in nos abundet⸵ per ihesum xpm salbatorem nostrum.,

Ut iustificati per gratiam ipsius⸵ eredes simus secundum promissionem spem uite eterne., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM MATTHEUM.,
(II 1-15)

In illo tempore⸵ quum natus esset ihesus in bethlem iudee in diebus herodis regis ecce magi ab oriente uenerunt iherosolimam dicentes., | 111 |

Ubi est qui natus est⸵ rex iudeorum., Uidimus enim stellam eius in orientem⸵ et uenimus adorare eum.,

Audiens autem erodes rex turbatus est⸵ et omnis iherosolima cum eo.,

Et congregati omnes principes sacerdot*es* et scribas populi⸵ sciscitabatur ab eisˆ ubi xps nasceretur., At illi dixerunt ei⸵ in bethlem iudeae.,

Sic enim scriptum est per prophetam.,

Et tu bethlem terra iudaˆ numquid minima es . in principibus iuda ?

Ex te enim exiet dux⸵ qui regat populum meum srael.,

5 modestus s *2 manu in ras.* 8 et *add. 2 manu* 26 sacerdotes es *in ras.*

Tunc *h*erodes clam uocatis magis‹ diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuerat eis., ‖

Et mittens illos in bethlem dixit., Ite et interrogate diligenter de puero‹ et cum inueneritis nuntiate mici‹ ut *et* ego ueniens adorem eum.,

Qui quum audissent regem‹ abierunt., Et ecce stella quam uiderant in orientem antecedebat eos usque dum ueniens staret supra ubi erat puer.,

Uidentes autem stellam‹ gauisi sunt gaudio magno ualde., Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius‹ et procidentes adora*ber*unt eum., Et apertis tesauris suis‹ obtulerunt ei munera: AURUM\ TUS\ ET MIRRA., Et responsum acceptum in somnis ne redirent ad herodem per aliam uiam reuersi sunt | 112 | in regionem suam.,

Qui quum recessissent‹ ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens., Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in egyptum‹ et esto ibi usque dum dicam tibi.,

Futurum est enim ut erodes querat puerum‹ad perdendum eum.,

Qui consurgens‹ accepit puerum et matrem eius nocte: et recessit in egyptum‹ et erat ibi‹ usque ad obitum herodis., Ut adimpleretur quo dictum est a domino per prophetam dicentem., Ex egypto uocabi filium meum., amen.,

LEGENDUM YN ALLISIONE INFANTUM.,

LECTIO LIBRI IHEREMIE PROPHETE., (XXXI 15-20)

HAEC DICIT DOMINUS., UOX IN EXCELSO‹ ‖ audita est lamentationis fletus et ululatus.,

1 herodes h *add. sup. lin.* 4 ut ego *corr. 2 manu* 11 adoraberunt ber *2 manu in rasura*

23. *Yn allisione infantum.*] « In Orationali « Gothico, inquit Lesleus in not. ad pag. 48 « Missalis Mozarabici, per oscitantiam quam- « dam orationes *de allisione Infantum* post « festum sancti Juliani (7 jan.) collocantur. » Cur autem per oscitantiam quamdam id factum fuisse adserat, haud satis video. Certe in Kalendario Toletano, quod in appendicem referam, festum *sanctorum Juliani et Basilissae* VII idus ianuarii, sequenti vero die *Allisio infantum bethlemeticorum* recensetur : et iste quidem ordo cum serie historiæ evangelicæ optime concordat, etsi eum alibi servatum fuisse nondum inveni.

Racel plorans filios suos∠ et noluit consolari super eis quia non sunt., Hec dicit dominus., Quiescat uox tua a ploratu . et oculi tui a lacrimis∠ quia est merces operi tuo ayt dominus.,

Et reuertentur de terra inimici∠ et est spes in nobissimis tuis ayt dominus.,

Et reuertentur filii ad terminos suos∠ audiens audiui ephraym transmigrantem.,

Castigasti me et eruditus sum∠ quasi iubenculus indomitus., Conuerte me et reuertar∠ quia tu es deus meus., Post quam enim conuertisti me egi penitentiam∠ et post quam hostendisti mici percussi* femur meum., | 113 |

Confusus sum et erubui∠ quoniam sustinui obprobrium adulescentie mee.,

Si filius honorabilis mici ephraym∠ si puer delicatus quia ex quo loquutus sum de eo∠ aduc recordabor eius.,

Idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum∠ miserans miserebor eius ayt dominus omnipotens., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI∠ AD EBREOS.,

(II 9-18)

FRATRES UIDEMUS ihesum xpm propter passionem mortis gloria et honorem coronatum∠ ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem.,

Decebat enim eum propter quem omnia∠ et per quem omnia., Qui multos filios adduxerat in gloriam || auctorem salutis eorum per passionem consumari.,

Qui enim sanctificat∠ et sanctificantur ex uno omnes.,

Propter quam causam∠ non confunditur fratres eos uocare dicens.,

Nuntiabo nomen tuum fratribus meis∠ in medio aeclesie laudabo te.,

Et iterum in esaya dicit.,

Ego ero⁄ fidens in eum.,

Et iterum.,

Ecce ego et pueri *mei*⁄ *quos* mici dedit deus⁄ quia e*r*go pueri communicaberunt carni et sanguin*i*⁄ et ipse similiter participabit eisdem.,

Ut per mortem dextrueret hunc qui habebat mortis imperium⁚ id est diabolum.,

Et liberaret eos⁄ qui timore mortis obnoxii erant per totam uitam seruitutis., | 114 |

Nusquam enim angelos adpreendit⁄ sed semen abrahe adpreendit.,

Unde debuit per omnia fratribus similari ut misericors et fidelis pontifex fieret ad deum⁄ ut repropitiaret delicta populi.,

In eo enim in quo passus est . ipse temtatus⁄ potens est eis qui temtatúr ausiliari., amen.,

LECTIO . SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM (II 16-23)

IN ILLO TEMPORE⁄ uidens herodes quoniam inlusus esset *a* magis⁄ iratus est ualde., Et mittens⁄ occidit omnes pueros qui erant in bethlem et in omnibus finibus eius⁄ ab ymatu et infra⁄ secundum tempus quod exquisierat a magis.,

Tunc adimpletum est⁚ quod dictum est per ‖ iheremiam prophetam dicentem.,

Uox IN RAMA audita est⁄ ploratus et ululatus.,

Racel plorans filios suos⁄ et noluit consolari super eis quia non sunt., Defuncto autem herode⁄ ecce apparuit angelus domini in somnis yoseph in egipto dicens.,

4 mei quos *add. marg.* ergo *corr. ex* ego 5 sanguini *ex* sanguine 19 esset] a *add. 2 manu*

1. *in esaya dicit.*] Hae voces nec in Vulgata nec in Graeco leguntur: non tamen incommode factum est, quod in Lectionarium nostrum inrepsere. Quamquam enim notis in margine Bibliorum adpositis remittimur ad v. 3 psalmi XVII, multo probabilius est auctorem Epistolae ad Hebraeos respexisse ad verba Isaiae XII, 2: πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, quae antiquissimus Irenaei interpres latine ita reddidit (*Contra Haereses*, lib. III, c. 10, n. 3): *Fidens ero in eum.*

Surge et accipe puerum et matrem eius‹ et uade in terram srahel.,

Defuncti sunt enim‹ qui querebant animam pueri., Qui consurgens accepit puerum et matrem eius‹ et uenit in terram srahel., Audiens autem quod arcelaus regnaret in iudeam pro herode patre suo‹ timuit illuc ire et admonitus in somnis‹ secessit in partes galileae.,

Et ueniens habitabit | 115 | in ciuitatem quae uocatur nazaret., Ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem.,

Quoniam nazareus uocauitur.,

LEGENDUM IN DIEM SANCTI FRUCTUOSI EPISCOPI.,

LECTIO LIBRI‹ DANIELIS PROPHETE., DEO GRATIAS.,

(III 91-100)

IN DIEBUS ILLIS‹ Surrexit nabuquodonosor rex‹ et ait obtimatibus suis.,

Nonne tres uiros misimus in medio ignis conpeditos?

Qui respondentes‹ dixerunt regi., Uere rex., Respondit rex‹ et ayt., Ecce ego uideo uiros quattuor solutos ambulantes in medio ignis‹ et nicil corruptionis in eis est . et species quarti‹ similis filio dei.,

Tunc nabuquodonosor accessit ad ostium fornacis ignis ardentis‹ et ayt., ‖

Sedrac misac et abdinago serui dei excelsi‹ egredimini et uenite., Statimque egressi sunt . sedrac misac et abdinago‹ de medio ignis.,

Et congregati satrapes⸜ magistratus⸜ et iudices⸜ et potentes regis‹ contemplabantur uiros illos˙ quoniam nicil potestatis

11. *danielis prophete.*] Quomodo lectio haec sancto martyri aptari possit, pulchre innuit Inlatio missalis mozarabici in festo sanctorum Fructuosi, Augurii et Eulogii, p. 311 : « Dignum ammodum quo Hebreis pueris Azarie « et comitibus eius similis vox divina signaret : « qui in camino Babylonii Regis illesi atque « securi : novo laudes tuas carmine decantantes : Angelico atque celesti officio clamave- « runt : atque dixerunt : Sanctus . Sanctus . « Sanctus. » In lectione evangelica ad numerum martyrum item alluditur.

abuisset ignis in corporibus eorum., Et capillis capitis eorum non esset adustus/ et saraba eorum non fuisset inmutata/ et odor ignis non transisset super eos.,

Et erupens nabuquodonosor ayt.,

BENEDICTUS deus eorum sedrac uidelicet misac et abdinago/ qui misit angelum suum et eruit serbos suos/ qui crediderunt in eum.,

Uerbum regis inmutaberunt et tradiderunt corpora sua | 116 | ne serbirent idolis/ et ne adorarent omnem deum excepto deo suo., A me ergo positum est hoc decretum ut omnis populus tribus et lingua/ quequumque loquutus fuerit blasfemiam contra deum sedrac misac et abdinago/ dispereat et domus eius uastetur., Neque enim est deus alius: qui possit ausiliari.,

TUNC REX/ promobit sedrac misac et abdinago/ in prouincia babilonis.,

Nabuquodonosor rex/ omnibus populis tribus et linguis qui habitant in uniuersa terra/ pax uobis multiplicetur.,

Signa et mirabilia/ que fecit aput me deus excelsus.,

Placuit ergo mici predicare signa eius/ quia || magna sunt.,

Et mirabilia eius/ quia fortia., Et regnum eius regnum sempiternum/ et potestas eius in generatione et generatione., amen.,

EPISTOLA PAULI . APOSTOLI/ AD EBREOS., (XI 33-34)

FRATRES/ SANCTI OMNES PER FIDEM/ uicerunt regna.,

Operati sunt iustitiam/ adepti sunt repromissiones.,

Obturaberunt ora leonum: extinxerunt inpetum ignis., Effugierunt aciem gladii/ conbaluerunt de infirmitate., Fortes facti sunt in bello per ihesum xpm dominum nostrum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII/ SECUNDUM MATHEUM., (XVIII 18-20)

IN ILLO TEMPORE dominus noster ihesus xps/ loquebatur discipulis suis dicens., amen dico uobis.,

Quia quequumque | 117 | alligaberitis super terram erunt ligata et in caelo.,

Et quequumque solberitis super terram: erunt soluta et in celo., Iterum dico uobis: quia si duo ex uobis consenserint super terram de omni re qua petierint‹ fiat illis a patre meo qui in celis est.,

Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum., amen

LEGENDUM IN DIEM SANCTI UINCENTI.

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE (XLIII 1-7)

HEC DICIT DOMINUS.,

Creans te iacob et formans te srahel‹ noli timere quia redemi te et uocabi te nomini tuo meus es tu., ||

Quum transieris per ignem et aquas tecum ero‹ et flumina non operiente.,

Quum ambulaberis in igne non conbureris‹ et flama non ardeuit in te.,

Quia ego dominus deus tuus sanctus srahel salbator tuus‹ dedi propitiationem tuam egyptum eziopia et sabaa pro te.,

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis‹ et gloriosus ego dilexi te.,

Et dabo homines pro te‹ et populos pro anima tua.,

Noli timere quoniam ego tecum sum‹ ab oriente adducam semen tuum‹ et ab occidente congregabo te.,

Dicam aquiloni da‹ et austro noli proibere.,

Affer filios meos de longinquo‹ et filias meas ab extremis terre., | 118 | Et omnis qui inbocaberit nomen meum‹ in gloria mea creabi eum formabi eum et feci eum ayt dominus omnipotens., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . IIa., (XI 16-31)

Fratres‹ ne quis me putet insipientem alioquin‹ uelut insipientem accipite me . ut *et* ego modicum quid glorier.,

Quod loquor‹ non loquor secundum deum‹ sed quasi insipientia in hanc substantiam glorie. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem‹ et ego gloriabor., Libenter enim suffertis insipientes˄ quum sitis ipsi sapientes.,

Sustinetis enim si quis uos in serbitutem redigit si quis deuorat‹ si quis accipit‹ si quis extollitur si quis in faciem uos cedit ‖

Secundum ignobilitatem dico quasi nos infirmi fuerimus‹ uos autem fortes.,

In quo autem quis audet in insipientiam dico‹ audeo et ego., Ebrei sunt et ego., Srahelite sunt et ego.

Semen abrahe sunt‹ et ego.,

Ministri xpi sunt‹ et ego.,

Ut minus sapiens dico‹ plus ego.,

In laboribus‹ plurimis.,

In carceribus‹ abundantius.,

In plagiis‹ supra modum.,

In mortibus‹ frequenter.,

A iudeis quinquies quadragenas‹ unam minus accepi.,

Ter uirgis‹ cesus sum., *Semel lapidatus sum*

Ter naufragium‹ feci.,

Nocte et die‹ in profundum maris fui.,

In itineribus‹ sepe., Periculis‹ fluminum.,

Periculis‹ latronum.,

Periculis‹ ex genere.,

Periculis‹ ex gentibus.,

| 119 | Periculis‹ in ciuitate

Periculis‹ in solitudine

Periculis‹ in mari.,

4 et *add. 2 manu* 23 semel lapid. sum *om. in prima scriptione*

Periculis∕ in falsis fratribus.,

In labore∕ et erumna

In uigiliis∕ multis

In fame∕ et siti

In ieiuniis∕ multis

In frigore∕ et nuditate.,

Preter illam quae extrinsecus sunt instantia mea cotidiana∕ sollicitudo omnium eclesiarum.,

Quis infirmatur∖ et ego non infirmor., Quis scandalizatur∖ et ego non uror., Si gloriari oportet∕ que infirmitates mee sunt gloriabor.,

Deus et pater domini nostri ihesu xpi scit qui est benedictus in secula quia non mentior., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII∕ SECUNDUM IOHANNEM
(XII 24-26) ||

IN ILLO TEMPORE dominus noster ihesus xps∕ loquebatur discipulis suis dicens.,

Amen amen dico uobis.,

Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum non fuerit∕ ipsum solum manet.,

Si autem mortuum fuerit∕ multum fructum adfert.,

Qui amat animam . suam perdet eam., Et qui odit animam suam in hoc mundo∕ in uitam eternam custodit eam.,

Si quis mici ministrat∕ me sequatur., Et ubi sum ego∕ illic et minister meus erit., Si quis mici ministraberit∕ honorificabit eum pater meus.

24 ministraberit s *add. sup. lin.*

LEGENDUM IN CATE | 120 | DRA SANCTI PETRI APOSTOLI.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XXXII 1, 3-9, 15-18)

HEC DICIT‹ DOMINUS.,

Ecce in iustitia regnabit rex‹ et principes eius in iudicio preerunt.,

Non caligabunt oculi uidentium‹ et aures audientium‹ diligenter auscultabunt.,

Et cor stultorum intelleget scientiam‹ et lingua balborum uelociter loquetur et plane.,

Non uocabitur ultra his qui insipiens est princeps‹ neque fraudulentus appellabitur maior.,

Stultus autem fatua loquetur‹ et cor eius faciet iniquitatem‹ ut perficiat simulationem‹ et loquatur ad dominum || fraudulenter.,

Et uacuam faciet animam esurientis‹ et potum sitienti aufferat.,

Fraudulenti‹ uasa pessima sunt., Ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mendacii‹ quum loqueretur pauperi iudicium., Princeps uero ea que digna sunt cogitabit principe‹ et ipse super duces stabit.,

Mulieres opulente‹ surgite et audite uocem meam.,

Filie confitentes‹ percipite auribus eloquium meum‹ Donec effundatur super uos spiritus de aexcaelso., Et erit desertum in cermel‹ et cermel in saltum reputabitur.,

Et habitabit in solitudine iudicium‹ et iustitia in cermel sedebit., | 121 | Et erit populus iustitiae pax‹ et cultus iustitiae silentium‹ et securitas usque in sempiternum.,

Et sedebit populus meus in pulcritudine pacis‹ et in tabernaculis fiduciae et in requiem opulenta ayt dominus omnipotens., amen.,

EPISTOLA PETRI APOSTOLI AD GENTES., (I Petr. V 1-5)

FRATRES‹ seniores qui in uobis sunt obsecro consenior‹ et testis xpi passionum., Hii qui et eius quae in futuro est‹

reuelanda est gloriae conmunicator., Pascite qui est in uobis⁄ gregem dei.,

Prouidentes non quoacte⁄ sed spontaneae secundum deum ‖

Neque turpis lucri gratia⁄ sed uolumtariae.,

Neque ut dominantes in cleros⁄ sed forma facti gregis ex animo.,

Ut quum apparuerit princeps pastorum⁄ recipiatis inmarcescibilem gloriae choronam.,

Similiter adulescentes⁄ subditi estote senioribus., Omnes autem inuicem⁄ humilitatem insinuate., Quia deus superuis resistit⁄ humilibus autem dat gratiam., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM.,
(XVI 13-19)

IN ILLO TEMPORE . dominus noster ihesus xps⁄ uenit in partes cesaree filippi⁄ et interrogabat discipulos suos dicens.,

Que me dicunt homines esse filium hominis.,

At illi dixerunt., | 122 |

Alii iohannem babtistam∖ alii autem heliam∖ alli uero ihere-miam⁄ aut unum ex prophetis., Dicit illis ihesus.,

Uos autem⁄ quaem me esse dicitis., Respondens simon petrus⁄ dixit.,

Tu es xps filius dei uiui.,

Respondens autem ihesus⁄ dixit ei., Beatus es simon bar iona⁄ quia caro et sanguis non rebelabit tibi⁄ sed pater meus qui in celis est., Et ego dico tibi.,

Quia tu es petrus⁄ et super hanc petram haedificabo aeclesiam mea⁄ et porte inferni non prebalebunt aduersus eam⁄ et tibi dabo clabes regni caelorum.,

Et quodquumque ligaberis super terram⁄ ‖ erunt ligata et in celo.,

Et quodquumque solberis super terram⁄ erit solutum et in caelis., amen.,

LEGENDUM . IN DOMINICO . ANTE .˙. CARNES TOLLENDAS.,

LECTIO LIBRI‹ IHAEREMIE PROPHETE., (VII 1-7)

IN DIEBUS ILLIS‹ uerbum domini quod factum est ad ihaeremiam dicens.,

Sta in porta domus domini‹ et predica uerbum ibi istut et dic.,

Audite uerbum domini domus iuda qui ingredimini *per* portas has‹ ut adoretis dominum.,

Hec dicit dominus exercituum deus srael.,

Bonas facite uias uestras et studia uestra‹ et habitabo uobiscum in loco isto.,

Nolite confidere in uerbis mendacii dicentes‹ | 123 | templum domini . templum domini est., Quod si benedixeritis uias uestras et studia uestra‹ si feceritis iudicium inter uirum et proximum eius‹ aduene et pupillo et uidue non feceritis calumniam‹ nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc‹ et post deos alienos non ambulaberitis in malum uobis metipsis‹ habitabo uobiscum in loco isto‹ in terra quam dedi* patribus uestris ayt dominus omnipotens., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (I Cor. I 3-9)

FRATRES‹ gratia uobis et pax a deo patre nostro‹ et domino ihesu xpo., Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei‹ || que data est uobis in xpo ihesu.,

Quia in omnibus diuites facti estis in illo‹ in omni uerbo et in omni scientia.,

Sicut testimonium xpi confirmatum est in uobis‹ ita ut nicil uobis desit . in nulla gratia.,

Expectantibus reuelationem domini nostri ihesu xpi‹ qui et

6 per *add. 2 manu* 15 effunderitis *2 manu* 17 dedit *corr.*

1 *in dominico ante carnes tollendas.*] Haec dominica ea est, quae ritu Romano *Dominica quinquagesimae*, in missali autem Mozarabum *Dominica ante diem Cineris* appellatur. In ea jam praeparatur ac veluti inchoatur liturgia quadragesimalis.

confirmabit uos usque ad finem sine crimine‹ in die aduentus domini nostri ihesu xpi.,

Fideli*s* deus‹ per quem uocati estis in societatem filii eius ihesu xpi domini nostri., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(XVII 1-20)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps adsumsit petrum . et iacobum et iohanem fratrem eius‹ et duxit illos in montem excelsum seorsum‹ et transfiguratus est ante eos‹ et resplenduit facies eius sicut sol., | 124 |

Uestimenta autem eius‹ facta sunt alba sicut nix.,

Et ecce apparuit illis moyses et helias‹ cum eo loquentes.,

Respondens autem petrus‹ dixit ad ihesum., Domine‹ bonum est nos hic esse., Si uis‹ faciamus hic tria tabernacula.,

Tibi unum moysi unum‹ et haelie unum., Adhuc eo loquente‹ ecce nubs lucida obumbrauit eos.,

Et ecce uox de nube‹ dicens.,

Hic est filius meus dilectus in quo mici bene conplacuit‹ ipsum audite.,

Et audientes discipuli ceciderunt in facies suas‹ et timuerunt ualde.,

Et accessit ihesus‹ tetigit eos dixitque eis.,

Surgite^ nolite timere.,

Leuantes autem oculos neminem u*i*derunt‹ ‖ nisi solum ihesum.,

Et descendentibus illis de monte‹ precepit eis ihesus dicens.,

Neminem dixeritis uisionem hanc‹ donec filius hominis a mortuis resurgat.,

3 fidelis s *add. sup. lin.* 24 uderunt *corr.* 2 *manu*

8. *secundum matheum.*] Observatione dignum est, in aliis quoque liturgiis evangelium Transfigurationis Domini instante vel incipiente Quadragesima recitatum fuisse : v. g. in lectionario Gallicano Dominica post cathedram sancti Petri, in ordine Romano sabbato Quatuor Temporum Quadragesimae. Cujus rei causam hanc utique esse existimo, quod Christus, Moyses et Elias, quorum praefata lectio meminit, quadraginta quisque dies jejunasse referuntur. Vide serm. 144 in append. Opp. S. Augustini, tom. V.

Et interrogaberunt eum discipuli‹ dicentes.,

Quid ergo scribe dicunt‹ quod haeliam oportet primum uenire˙ ,*At illi‹ respondens ayt illis.*,

Helias quidem uenturus est‹ et restituet omnia.,

Dico autem uobis‹ quia helias iam uenit et non cognoberunt eum‹ sed fecerunt in eo quequumque uoluerunt.,

Sic et filius hominis‹ passurus est ab eis.,

Tunc intellexerunt discipuli‹ quia de iohanne babtista dixisset eis.,

Et quum uenisset ad turbas‹ | 125 | accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens.,

Domine‹ miserere filio meo quia lunaticus est‹ et male patitur.,

Nam saepe cecidit in igne et crebro in aquam‹ et obtuli* eum discipulis tuis‹ et non potuerunt curare eum.,

Respondens ihesus‹ ayt.,

O generatio praba et peruersa˙ quousque ero uobiscum‹ usque quo patiar a bobis.; Adfferte huc illum ad me.,

Et increpabit illi ihesus et exibit ab eo demonium‹ et curatus est puer ex illa *ora.*,

Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto‹ et dixerunt ei.,

Quare nos‹ non potuimus eicere illum˙ , Dicit illis.,

Propter incredulitatem‹ uestram.,

Amen dico uobis., Si abueritis fidem sicut granum senapis‹ dicetis monte huic transi hinc et transibit‹ et nicil inpossibile erit uobis.,

Hoc autem genus non eicitur‹ nisi per orationem et ieiunium., amen.,

3 At i. r. a. illis *minutioribus litteris suppletum* 14 obtulit *corr.* 20 ora *om. in prima scriptione*

LEGENDUM . DE CARNES TOLLENDAS.,

LECTIO LIBRI‹ REGUM., (III Reg. XIX 3-15)

IN DIEBUS ILLIS‹ quum uenisset helias in uersabe iudee‹ dimisit ibi puerum suum et perrexit in desertum uiam unius diei., Quumque uenisset et sederet subter unum iuniperum‹ petibit anime suae ut moreretur et ayt.,

Sufficit mici domine‹ tolle animam meam neque enim | 126 | melior sum quam patres mei., Proiecitque se‹ et obdormibit in umbra iuniperi., Et ecce angelus domini‹ tetigit eum . et dixit., Surge‹ et comede.,

Respexit‹ et ecce ad caput suum subcinericius panis‹ et uas aque.,

Comedit ergo et uiuit‹ et rursu*m* obdormibit., Reuersusque est angelus domini secundo‹ et tetigit eum dixitque illi., Surge et comedê grandis enim tibi restat uia., Qui quum surrexisset‹ et comedit et uibit et ambulabit in fortitudine cibi illius‹ quadraginta diebus et quadraginta noctibusˆ usque ad montem domini dei oreph., Quumque uenisset illuc‹ mansit in spelunca., ‖

Et ecce sermo domini ad eum‹ dixitque illi., Quid hic agis helia ? At ille respondit.,

Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum‹ quia dereliquerunt pactum domini filii srahel.,

Altaria tua destruxerunt‹ prophetas tuas occiderunt gladio‹ et derelictus sum ego solus‹ et querunt animam meam‹ ut aufferant eam.,

Et ayt ei., Egredere‹ et sta in monte coram domino.,

Et ecce dominus transit et spiritus eius grandis et fortis‹ subuertens montes et conterens petras ante dominum., Non in spiritu dominus‹ et post spiritum comotio.,

13 rursum m *2 manu in s craso*

1. *de carnes tollendas*] hoc est, dominica quae nunc dicitur prima Quadragesimae. Haec proxime antecedebat ieiunium quadragesimale secunda feria inchoandum.

Non in comotione dominus⁄ et post comotionem ignis.,

Non *in* igne dominus⁄ et post ignem sibilis aure tenuis., | 127 |

Quod quum audisset helias⁄ operuit uultum suum pallio\ et egressus stetit in ost*i*um spelunce.,

Et ecce *uox* ad eum dicens., Quid hic agis helia ? Et ille respondit.,

Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum⁄ quia dereliquerunt pactum domini filii srahel., Altaria tua dextruxerunt\ et prophetas tuas occiderunt gladio\ et derelictus sum ego solus⁄ et querunt animam meam⁄ ut aufferant eam., Et ayt dominus ad eum., Uade et reuertere per uiam tuam per desertum in damascum⁄ quia tecum ero., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD CORINTIOS SECUNDA., (VI 2-10) DEO GRATIAS., ||

FRATRES⁄ ecce nunc tempus acceptabile⁄ ecce nunc dies salutis.,

Nemini dantes ullam offensionem⁄ ut non uituperetur ministerium nostrum.,

Sed in omnibus exibeamus nosmetipsos⁄ ut dei ministros.,

In multa patientia.,

In tribulationibus.,

In necessitatibus.,

Yn augustiis., Yn plagiis.,

Yn carceribus., Yn lacerationibus.,

Yn uigiliis., Yn ieiuniis.,

Yn castitate., Yn scientiam

Yn longanimitate.,

Yn uenignitate⁄ in spiritu sancto., In karitate non ficta\ in berbo ueritatis⁄ in uirtute dei.,

Per arma iustitiae⁄ a dextris. et sinistris., | 128 |

Per gloriam⁄ et ignouilitatem.

2 in *add. sup. lin.* 4 osteum *corr.* 5 Et ecce uenit ad *corr. in marg. 2 manu*

Per infamiam‹ et uonam famam.,

Ut seductores‹ et ueraces.,

Ut qui igno**ti‹ et cogniti ,

Tamquam morientes‹ et ecce uiuimus., Ut temtati‹ et non mortificati., Quasi tristes‹ semper autem gaudentes.,

Sicut egentes‹ sed multos locupletantes., Tamquam nicil habentes‹ et omnia possidentes‹ in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(IV 1-11)

IN ILLO TEMPORE‹
dominus noster ihesus xps ductus est in deserto ab spiritu‹ ut temtaretur a diabolo.,

Et quum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus‹ postea esuriit., Et accedens temtator‹ dixit ei.,

Si filii deus es‹ dic. ut ‖ lapides isti panes fiant.,

Qui respondens dixit.,

Scriptum est., Non *in* pane solo uiuit homo‹ sed in omni berbo quod procedit de ore dei.,

Tunc adsumsit eum diabolus in sanctam ciuitatem‹ et statuit eum supra pinnaculum templi‹ et dixit ei.,

Si filii deus es‹ mitte te deorsum., Scriptum est enim., Quia angelis suis mandabit de te‹ ut in manibus tollant te‹ ne forte offendas a lapidem pedem tuum.,

Ait illi ihesus rursum.,

Scriptum est., Non temtabis dominum deum tuum.,

Iterum adsumsit eum diabolus in montem aexcaelsum ualde‹ et ostendit illi omnia regna mundi | 129 | et gloriam eorum‹ et dixit illi., Haecti*bi* omnia dabo˙ si cadens adoraberis me., Tunc dixit ei ihesus., Uade retro satanas? Scriptum est enim

Dominum deum tuum adorabis‹ et illi soli seruies.,

18 ipane *corr. 2 manu* 29 tibi bi *2 manu add. sup. lin.*

Tunc reliquit eum diabolus‹ et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei., amen., ||

ITEM LECTIONES DE QUADRAGESIME IN PRIMA . EBDOMADA.

SECUNDA FERIA . AD NONA.˙,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (I 16-19)

HEC DICIT dominus., Labamini‹ mundi estote., | 130 | Aufferte malum cogitationum uestrarum‹ ab oculis meis., Quiescite agere peruerse‹ discite benefacere., Querite iudicium‹ subuenite oppresso‹ judicate pupillo‹ defendite uiduam‹ et uenite et arguite me dicit dominus., Et si fuerint pecca*ta* uestra ut cocinum‹ quasi nix dealbabuntur., Et si fuerint rubra quasi uermiculus‹ uelut lana munda erunt., Si uolueritis et audieritis me‹ bona terre comedetis ayt dominus omnipotens. amen

PRINCIPIUM EPISTOLE IACOBI APOSTOLI‹ AD DUODECIM TRIBUS., (I 2-12)

Karissimi‹ omne gaudium existimate‹ quum in temtationes || uarias incederitis., Scientes tribulatio fidei uestre‹ patientiam operatur., Patientia autem opus perfectum habet‹ ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes., Si quis autem uestrum indiget sapientiam‹ postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non inproperat‹ et dabitur ei., Postulet autem‹ in fide* nicil esitans., Qui enim esitat‹ similis est fluctui maris‹ qui a bento mobetur et circumfertur., Non ergo extimet ille homo‹ quod non accipiat aliquid a domino., Uir duplex animo inconstans est in omnibus uiis suis., Non

11 peccata ta *suppletum sup. lin.* 25 infidel *corr.*

glorietur autem frater humilis in exultatione sua⸓ quoniam sicut flos | 131 | feni transibit., Exortus est autem sol cum ardore⸓ et arefecit fenum., Et flos eius decidit⸓ et decor uultus eius deperiit⸓ ita et diues in itineribus suis marcescit., Beatus uir qui suffert temtationem quia dum probatus fuerit⸓ accipiet choronam uite quam repromisit deus diligentibus se.,

LECTIO SANCTI EUANGELII⸓ SECUNDUM IOHANNEM.,
(I 1-14)

IN PRINCIPIO . erat uerbum et uerbum erat aput deum⸓ et deus erat uerbum⸓ hoc erat in principio aput deum.,

Omnia per ipsum facta sunt⸓ et sine ipso factum est nicil., Quod factum est in ipso uita est⸓ et uita erat lux hominum et lux in tenebris lucet⸓ et tenebre eam non conpreenderunt., ||

Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes⸓ hic uenit in testimonium ut testimonium periberet de lumine et omnes crederent per illum.,

Non erat ille lux sed ut testimonium periberet de lumine., Erat lux bera⸓ que inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

In mundo erat et mundus per ipsum factus est⸓ et mundus eum non cognobit.,

In propria uenit⸓ et sui eum non receperunt., Quoqquod autem receperunt eum⸓ dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt . in nomine eius.,

Qui non ex sanguinibus neque ex uolumptate uiri⸓ sed ex deo natus est., Et uerbum caro factum est . et habitauit . in nobis | 132 | et uidimus gloriam eius gloriam quasi hunigeniti a patre⸓ plenum gratia et ueritate., amen.,

9. *In principio erat uerbum.*] Vides hac die poni initium evangelii secundum Joannem, quod cum aliis duabus lectionibus legere pergebant per singulos dies Quadragesimae, exceptis feriis tertiis et quintis primae, secundae et tertiae hebdomadae, quae sicuti Neapoli, ita Toleti aliturgicae, ut aiunt, olim erant. Alia prorsus consuetudo Mozarabum : ii enim diebus Dominicis et qualibet feria quarta et sexta tempore Quadragesimae missas agebant, in quibus quatuor lectiones more in Constitutionibus Apostolicis (II, 57) descripto recitabantur.

LEGENDUM DIE IIII^{a} FERIA AD UIIII^{a} . IN . I^{a} EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI∠ ESAYE PROPHETE., (XXX 15-18)

Hec dicit dominus deus sanctus srael.,

Si reuertamini et quiescatis in silentio∠ et spe erit fortitudo uestra., Propterea expectat dominus deus ut misereatur uestri∠ et ideo exaltabitur parcens uobis quia deus iudicii dominus beati omnes qui expectant eum.,

EPISTOLA YACOBI APOSTOLI∠ AD DUODECIM TRIBUS., (I 13-21)

KARISSIMI nemo quum temtator dicat∠ quoniam a deo temtatur., Deus enim intemtator malorum est., Ipse en*i*m neminem temtat.,

Unusquisque uero temtatur a concupiscentia sua∠ abstractus et inlectus., ||

Dein∠ concupiscentia quum conceperit∠ parit peccatum.,

Peccatum uero quum consummatum fuerit∠ generat mortem.,

Nolite itaque errare fratres mei dilecti., Omne datum obti*m*um et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum∠ aput quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio.,

Uolumtarie genuit nos uerbo ueritatis∠ ut simus initium aliquod creature eius., Scitis fratres mei dilecti∠ sit autem omnis homo uelox ad audiendum∠ tardus autem ad loquendum∠ et tardus ad iracundiam., Ira enim uiri∠ iustitiam dei non operatur., Propter quod abicientes omnem inmunditiam | 133 | et habundantia malitiae in mansuetudine∠ suscipite insinitum uerbum∠ quod potest salbare animas uestras., amen.,

11 enim i *add. 2 manu sup. lin.* 17 obtimum m *in rasura*

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM (I 15-29)

IN ILLO TEMPORE‹ iohannes testimonium peribuit de ihesu et clamabat dicens.,

Hic erat quem dixi qui post me uenturus est‹ ante me factus est . quia prior me erat.,

Et de plenitudine eius . nos omnes accepimus gratiam pro gratia‹ quia lex per moysen data est.,

Gratia et ueritas‹ per ihesum xpm facta est.,

Deum nemo uidit umquam‹ nisi unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrabit‹ et hoc est testimonium iohann*i*s quando miserunt iudei ‖ ad iherosolimis sacerdotes et leuitas ad eum ut interrogarent eum tu qui es., Et confessus est et non negabit‹ et confessus est quia non sum ego xps., Et interrogaberunt eum‹ quid ergo‹ helias es tu?

Et dixit., Non sum.,

Propheta . es tu? et respondit.,

Non., Dixerunt ergo ei.,

Quis es tu ut responsum demus his qui miserunt nôs.,

Qui dicis tu de te . ipso., ayt.,

Ego sum uox clamantis in deserto‹ dirigite uias domino sicut dixit esayas propheta.,

Et his qui missi fuerant ex fariseis‹ interrogaberunt eum et dixerunt ei., Quid ergo babtizas . si tu non es xps‹ neque helias‹ neque propheta˄,

Respond*i*t eis iohannes‹ | 134 | dicens., Ego babtizo in aqua‹ medius autem uestrum stat quem uos nescitis˄ Ipse est qui post me uenturus est ante me factus est., Cuius ego non sum dignus ut solbam corrigiam calciamenti eius., Haec in bethania facta sunt trans iordanem‹ ubi erat iohannes babtizans., Altera die uidit iohannes xpm uenientem ad se et ayt.,

Ecce agnus dei‹ ecce qui tollit peccata mundi., amen

11 iohannis i *ex* e   26 respondet *corr.*

LEGENDUM . UI FERIA . AD UIIIIª IN Iª EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LV 6-7)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est esayas dicens.,

Querite dominum du*m inuenire potest inuocate eum dum prope est.,

Derelinquat impius uias suas‹ et uir iniquus || cogitationes suas‹ et reuertatur ad dominum et miserebitur eius.,

Et ad dominum deum nostrum quoniam multus *est* ad ignoscendum., amen.,

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI AD XII . TRIBUS., (I 22-25)

KARISSIMI‹ estote factores uerbi‹ et non auditores tantum fallentes uosmetipsos.,

Quia si quis auditor est uerbi et non factor‹ hic conparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis . sue in speculo., Considerabit enim se et abiit‹ et statim oblitus est qualis fuerit.,

Qui autem prespexerit in legem perfectam liuertatis et permanserit‹ non auditor oblibiosus factus sed factor operis | 135 | . hic beatus in facto suo erit., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (I 29-34) GLORIA

IN ILLO TEMPORE‹ uidit iohannes xpm uenientem ad se et ayt.,

Ecce agnus dei‹ ecce qui tollit peccatum mundi., Hic est de quo dixi*‹ post me uenit uir qui ante me factus est quia prior me erat‹ et ego nesciebam eum.,

Set ut manifestaretur srahel‹ propterea ueni ego in aqua babtizans.,

Et testimonium peribuit iohannes dicens.,

8 quoniam] mitis *marg.* est *suppletum seriori manu* 24 dixit *corr.*

Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo et mansit super eum‹ et ego nesciebam eum., Sed qui misit me babtizare in aqua‹ || ille mici dixit.,

Super quem uideris spiritum descendentem et manentem super eum‹ hic est qui babtizat in spiritu sancto., Et ego uidi et testimonium peribui‹ quia hic est filius dei., amen

LEGENDUM DIE SABBATO AD . IIIa IN . Ia EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE (III 12-14)

HEC DICIT DOMINUS., Reuertere aduersatrix srael et non auertam faciem meam a bobis‹ quia sanctus ego sum dicit dominus‹ et non irascar in perpetuum., Tamen scito iniquitatem tuam quia in dominum deum tuum prebaricata es et dispersisti uias tuas alienis sub omni ligno frondoso⁘ et uocem meam non audisti‹ ayt dominus., | 136 |

Conuertimini filii reuertentes‹ et sanabo aduersiones uestras quia ego uir uester ayt dominus omnipotens., amen

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI‹ AD DUODECIM TRIBUS., (I 26-27)

Karissimi‹ si quis putat se religiosum esse‹ et non refrenans linguam suam sed seducens cor suum‹ huius uana est religio.,

Religio munda et inmaculata‹ aput deum et patrem hec est., Uisitare pusillos et uiduas in tribulatione eorum‹ et inmaculatum se custodire ab hoc seculo.

7 die *suppletum sup. lin.* 15 aduerscones *corr.*

7. *ad IIIa.*] Reliquis diebus ad nonam, sabbato ad tertiam liturgia peragenda indicitur. Eo igitur tempore lectionarius noster confectus fuerit necesse est, quo nondum obsoleta erat consuetudo sabbatum perinde ac dominicum diem in ipsa etiam Quadragesima feriandi. Prohibuit quidem decretum 48 Concilii II Bracarensis (an. 572) « in Quadragesima natales « martyrum celebrare, sed *tantum sabbato et « dominico* pro commemoratione eorum oblationes offerri. » Ex eo autem tempore pauca admodum vestigia moris huius antiquissimi in Hispania reperies. — Inter sermones S. Augustino ab A. Mai adscriptos, unum invenio, eumque, uti videtur, genuinum, (*Nov. PP. Bibl.* t. I, n. 125), in quo haec leguntur : « Saepius « enim ista lectio repetitur in auribus vestris, « quam noster de illa tractatus. Nam *si legatur « quando sabbatum non est, aut quando dies dominicus non est*, sermo de illa non redditur. »

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (I 35-51)

IN ILLO TEMPORE

Stabat ihoannes et discipuli eius duo‹ et respiciens ihesum ambulantem dicit ecce agnus dei., ||

Et audierunt eum *duo* discipuli loquentem‹ et sequuti sunt ihesum., Conuersus autem ihesus uidens eos sequentes se‹ dixit eis., Quid queritis., qui dixerunt ei.,

Rabbi‹ quod interpretatur magister‹ ubi abita*s.,

Dicit eis› Ueni*te* et uidete.,

Uenerunt et uiderunt ubi maneret‹ et aput eum manserunt die illo‹ hora autem erat quasi decima.,

Erat autem andreas frater simonis petri unus ex duobus qui audierant ab iohanne‹ et sequuti fuerant eum.,

Inuenit hic primum fratrem suum symonem‹ et dicit ei., Inuenimus messiam‹ quod *est* interpretatu*m* xps‹ et adduxit eum ad ihesum.,

Intuitus autem eum ihesus dixit., | 137 |

Tu es symon filius iona› tu uocaris cephas› quod interpretatur petrus?

In crastinum autem uoluit exire in galileam‹ et inuenit philip*p*um.,

Et dicit ei ihesus., Sequere me.,

Erat enim filippus a betsaida ciuitate.‹. andre et petri.,

Inuenit filippus natanael‹ et dicit ei.,

Quem scripsit moyses in lege et prophetis‹ inuenimus ihesum filium iosep a nazaret., Et dixit ei natanael.,

A nazaret‹ potest aliquid boni esse? Dicit ei filippus.,

Ueni et uide., Uidit ihesus natanael uenientem ad se‹ et ayt de eo.,

Ecce uere sraelita‹ in quo dolus non est.,

6 duo *2 manu add.* 9 abitans n *eras.* 10 uenite te *add. sup. lin.* 16 quod interpretatur *corr.* 22 philipum *1 manu*

Dicit ei natanael.,

Unde me nôsti., Respondit || ihesus et dixit ei.,

Priusquam te filippus uocaret quum esses sub fico‹ uidi te., Respondit natanael et dixit ei.,

Rabbi‹ tu eṣ filius dei‹ tu es rex srahel? Respondit ihesus et dixit ei.,

Quia dixi tibi uidi te sub ficu‹ credis: magis his uidebis., Amen amen dico uobis‹ uideuitis celum apertum et angel*os* dei ascendentes et descendentes super filium hominis., amen.,

LEGENDUM IN . I° . DOMINICO AD MATUTINUM

LECTIO LIBRI‹ HOSE PROPHETE., (XIV 2-10)

HEC DICIT DOMINUS.,

Conuertere srael ad dominum | 138 | deum tuum‹ quoniam corruisti in iniquitate tua.,

Tolli*te* uobiscum uerba mea‹ et conuertimini ad dominum.,

Dicite ei omnem aufer iniquitatem et accip*e* bonum‹ et reddemus uitulos labiorum nostrorum., Assur non salbabit nos super equum non ascendemus‹ nec dicemus ultra dii nostri opera manuum nostrarum.,

Quia eius qui in te est misereberis populo‹ sanabo contritiones eorum.,

Dirigam eos spontanee‹ quia aduersus est furor meus ab eis., Ero quasi ros srahel germinabit quasi lilium: et erumpet radix eius ut libani.,

Ibunt rami eius et erit quasi oliba gloria eius‹ et odor illius sicut odor libani., ||

8 angelos os *ex* s   10 matudinum *corr. 2 m.*   15 tollite te *sup. lin.*   16 accipe *ex* accipite

10. *ad matutinum.*] Ex hoc apparet etiam tum frequentatos fuisse, Quadragesimae saltem tempore, coetus istos matutinos, quos vergente ad finem quarto saeculo singulis Dominicis in Hierosolymitana Ecclesia actos fuisse Peregrina Gamurrinii testatur (*S. Silviae Peregrinatio ad loca sancta*, 2ª edit. p. 48).

Conuertentur sedentes in umbra eius‹ uibent triticum et germinabunt quasi uinea‹ memoriale eius sicut odor libani.,

Efraymˎ quid mici ultra ydolaˋ, ego exaudiam et dirigam eum‹ ego ut abietem uirentem ex me fructus tuus inuentus est., Qui sapiens est et intelleget ista‹ intelleget et sciet hec., Quia recte uie domini‹ et iusti ambulabunt *in* eis., amen

EPISTOLA PETRI APOSTOLI AD GENTES., (I Petr. III 5-9)
DEO GRATIAS.,

Karissimi‹ aliquando sancte mulieres sperantes in deo ornabant se subiecte propriis uiris‹ sicut sarra obediebat abrahe‹ dominum *eum uocans.,

Cuius estote filie benefacientes‹ et non timentes | 139 | ullam perturbationem.,

Uiri similiter quo*a*b*i*tantes secundum scientiam‹ quasi infirmior uasa muliebri inpertientes honorem‹ tamquam quoheredibus gratiam uite utî . ne inpediantur orationes uestre.,

In summa autem rei . omnes unanimes conpatientes fraternitate*ma*mantesˎ misericordesˎ modestiˎ humiles., Non reddentes malum pro malo‹ uel maledictum pro maledicto‹ sed *e*contrario benedicentes‹ quia in hoc uocati estis‹ ut benedictionem hereditatem possideatis in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANEM ||
(VI 28-35)

IN ILLO TEMPORE‹ dixerunt turbe ad dominum ihesum.,

Quid faciemusˎ ut operemur opera dei.,

Respondit ihesus‹ et dixit eis., Hoc est opus dei‹ ut credatis in eum que misit ille

Dixerunt ergo ei.,

Quod ergo tu facis signumˎ ut uideamus et credamus tibi

6 in *ex* per *2 manu* 11 dominum meum *corr.* 14 quo-btantes 18 fraternitatemantes *corr.*
19 econtrario e *add. 2 manu*

quod operaris., Patres nostri manna manducaberunt in deserto sicut scriptum est∕ panem de celo dedit eis manducare.,

Dixit ergo eis ihesus., amen amen dico uobis∕ non moyses . dedit uobis panem de caelo uerum∕ sed pater meus dat uobis panem de celo uibum.,

Panis enim dei est . | 140 | qui descendit de caelo∕ et dat uitam mundo.,

Dixerunt ergo ad eum.,

Domine∕ semper da nobis panem hunc., Dixit autem eis ihesus., Ego sum panis uite . qui uenit ad me non esuriet∕ et qui credit in me non sitiet umquam., amen

ITEM LEGENDUM IN PRIMO : DOMINICO . AD MISSAM

LECTIO LIBRI∕ DANIELLIS PROPFETE (Cap. II)

IN DIEBUS ILLIS∕ in anno secundo regni nabuquodonosor∕ uidit nabuquodonosor somnium et conterritus est spiritus eius . et somnium eius fu*g*it ab eo.,

Precepit ergo rex . ut conuocarentur arioli∖ || et magi∖ et maleficii∖ et caldei∕ et indicarent regi somnia sua.,

Qui quum uenissent∕ steterunt coram rege∕ et dixit ad eos rex..,

Uidi somniumˆ et mente confusus∕ ignoro quid uiderim., Responderuntque regi∕ caldei syriace.,

Rex in sempiternum uibe dic somnium serbis *t*uis∕ et interpretationem eius indicauimus.,

Et respondens rex∕ ayt caldeis., Sermo∕ recessit a me., Nisi indicaberitis mici somnium et coni*e*cturam eius∕ peribitis uos∕ et domus uestre publicabuntur.,

Si autem somnium et coniecturam eius narraberitis mici∕ premia et donaˆ et honorem | 141 | multum accipietis a me.,

16 fugit g *2 manu* 23 tuis t *in ras.* 26 coniuncturam *corr.*

Somnium igitur et interpretationem eius/ indicate mici., Responderunt secundo/ atque dixerunt.,

Rex somnium dicat seruis suis/ et interpretationem eius/ indicauimus.,

Respondit rex et ayt.,

Certo nobi quia tempus redimitis/ scientes quod recess*er*it a me sermo.,

Si ergo somnium non indicaberitis mici/ una est de uobis sententiaˆ quod interpretationem quoque fallacem et deceptionem plenam conposueritis ut* loquamini mici\ donec tempus pertranseat ?

Somnium itaque dicite mici/ ut sciam quod interpretationem quoque eius ueram loquamini., ||

Respondentes ergo caldei coram rege/ dixerunt.,

Non est homo super terramˆ qui sermonem tuum rex possit implere.,

Sed neque regum quisquam magnus et potens/ uerbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo\ et mago\ et caldeo.,

Sermo quem tu rex queris/ grabis est.,

Nec repperietur quisquam qui indicet illut in conspectu regis/ excebtis diis quorum non est cum hominibus conuersatio.,

Quo audito rex/ in furore et in ira magna/ precepit ut perirent omnes sapientes babilonis.,

Et egressa sententia/ sapientes interficiebantur., Querebanturque daniel et socii eius/ | 142 | ut perirent.,

TUNC daniel/ requisibit de lege atque sententia . ab arioc principem militie regis/ qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babilonis.,

Et interrogabat eum qui a rege acceperat potestatem/ quam hoc . causam tam crudelis sententia affacie regis esset egressa., Quum ergo rem indicasset . arioc danieli/ daniel ingressus rogauit

6 recesserit er *add. sup. lin.*

regem‹ ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi., Et ingressus est domum suam.,

Ananie quoque et misaeli et azarie et sociis suis indicabit negotium‹ ut quererent misericordiam ‖ affacie dei caeli super sacramento isto‹ et non perirent daniel et socii eius cum ceteris sapientibus babilonis.,

TUNC daniel per uisionem nocte‹ misterium reuelatum est., Et daniel benedixit deo caeliˆ et loquutus ayt., Sit nomen domini benedictum‹ a seculo et usque in seculum., Quia sapientia et fortitudo eius sunt . et ipse mutat tempora et etates‹ transferet regna . atque constituet.,

Dat sapientiam sapientibus‹ et scientiam intellegentibus disciplinam., Ipse rebelat profunda et abscondita‹ et nobit in tenebris constituta‹ et lux cum eo est., Tibi deus patrum nostrorum confiteor | 143 | teque laudo‹ quia sapientiam et fortitudinem dedisti mici., Et nunc hostendisti mici que rogabimus te‹ quia sermonem regis aperuisti uobis.,

Post haec‹ danihel ingressus ad arioc quem const*i*tuerat rex ut perderet sapientes babilonis‹ sic ei loquutus est

Sapientes ba*bi*lonis‹ ne perdas.,

Introduc me in conspectu regisˆ et solutionem regi narrabo.,

TUNC arioc festinus introduxit dani*he*lem ad regem‹ et dixit ei., Inbeni hominem de filiis transmigrationis iudee‹ qui solutionem regi* adnuntiet.,

Respondit rex‹ et dixit daniheli cuius nomen erat baltasar., Putas ne uere poteris indicare mici ‖ somnium quod uidi‹ et interpretationem eius ?

Et respondens daniel . coram rege‹ ayt., Misterium quod rex interrogat‹ sapientes . magi‹ et arioli‹ et aruspicesˆ non queunt indicare regi.,

Sed est deus in celo reuelans misteria‹ qui indicauit tibi rex nabuquodonosor‹ que uentura sunt nobissimis tempori*bus*.,

18 constatuerat *corr.* 20 babilonis bi *sup. lin. 2 manu* 22 danichellem *1 manu* 24 regi. s *erasum* 32 temporibus bus *in rasura*

Somnium tuum *e*t uisiones . capitis tui in cubili tuo‹ huiuscemodi sunt.,

Tu rex‹ cogitare cepisti in stratu tuo‹ quid esset futurum post haec.,

Et qui rebelat misteria‹ hostendet tibi que uentura sunt., Mici quoque non in sapientia que est in me plus quam in cunctis uibentibus | 144 | sacramentum hoc rebelatum est‹ sed ut interpretatio regi manifesta fieret∶ et cogitationes mentis tuae scires.,

Tu rex‹ uidebas∶ et ecce quasi statua una grandis‹ statua illa magna‹ et statura sublimis . stabat contra te‹ et intuitus eius erat terribilis., Huius statuae caput‹ ex auro obtimo erat., Pectus autem et bracia de argento.,

Porro uenter et femora ex aere‹ tibie autem ferree.,

Pedum quedam pars erat ferrea‹ quedam fictilis.,

Uidebas ista., Donec de monte abscisus est lapis sine manibus‹ et percussit statuam in pedibus suis ferreis‹ et fictilibus *et* comminuit eos.,

Tunc contrita sunt || pariter ferrum‹ testa‹ es argentum‹ et aurum‹ et redacta quasi in fabilla.,

Estibe areae rapta sunt a uento‹ nullusque locus inuentus est eis.,

Lapis autem qui percusserat statuam‹ factus est quasi mons magnus‹ et impleuit uniuersam terram.,

Hoc est somnium‹ Interpretationem quoque eius dic*e*mus coram te rex., Tu rex regum es . et deus caeli regnum et fortitudinem et imperium‹ et gloriam dedit tibi., Et omnia in quibus abitant filii hominum‹ et uestie agri‹ uolucresque caeli dedit in manu tua‹ et sub dicione tua uniuersa constituit.,

Tu es ergo . caput aureum. et post te consurget . | 145 | regnum aliu*d* minus te.,

Et regnum te*rt*i*um‹ aliut ereum‹ quod imperauit uniuerse terre.,

1 et e *2 manu in ras.* 16 et *suppletum 2 manu sup. lin.* 24 dicemus e *ex* i *corr. 2 manu*
30 aliud d *ex* m *2 manu* 31 tertium i *add. sup. lin.*

Et regnum quartum erit uelut ferrum., Quomodo ferrum comminuit et domat omnia‹ sic cominuet omnia regna hec et conteret., Porro quod uidisti pedum et digitorum partem teste*am* fictili‹ et partem ferream regnum diuisum erit‹ quod tamen de plantario ferri orietur.

Secundum quod uidisti ferrum mixtum teste ex luto . et digitos pedum ex parte *ferreos . et ex parte* fictiles‹ ex parte regnum erit solidum . et ex parte contritum., Quod autem uidisti ferrum mixtum teste *ex* luto‹ conmiscebuntur quidem humano semine sed non aderebunt sibi . || sicut ferrum misceri non potest . teste., In diebus autem regnorum illorum‹ suscitabit deus caeli regnum quod in eternum non dissipabitur‹ et regnum eius populo alteri non tradetur.,

Cominuet . et consumet et conteret uniuersa regna haec‹ et ipsut stabit in etaernum.,

Secundum quod uidisti quod de monte abscisus est lapis sine manibus‹ et percussit statuam et co*m*minu*i*t *testa . et ferrum . et aes* . et argentum et aurum‹ deus magnus ostendit regi que futura sunt postea.,

Et uerum est somnium^ et fidelis interpretatio eius., TUNC REX nabuquodhonosor‹ cecidit in faciem suam | 146 | et danielum adorabit‹ et hostias et incensum praecepit ut sacrificarent ei.,

Loquens ergo rex‹ ayt danieli., Uere deus uester deus deorum est et dominus reg*um et rebelans misteria‹ quoniam potuisti aperire sacramentum hoc.,

Tunc rex danielum in sublime extulit‹ et munera multa et magna dedit ei . et constituit eum principem super omnes prouincias babilonis^ et prefectum et magistratum super cunctos sapientes babilonis., Danihel autem postulauit a rege‹ et constituit super opera prouincie babilonis‹ sedrac misac et abd*e*nago., Ipse autem *daniel* erat in foribus regis.,

Hic non responditur amen

3 testeam am *add. 2 manu* 7 ferreos e. e. parte *suppl. in marg.* 9 ex x *ex* t *corr.* 17 conminuet *corr.* testa e. f. e. aes *in marg. add.* 24 regnum *corr.* 30 abdenago e *ex* i 31 daniel *2 manu sup. lin.*

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI AD XII TRIBUS (II 21-III 13) ‖

KARISSIMI‹ ABRAAM pater noster nonne ex operibus iustificatus est‹ offerens ysaac filium suum super altare. Uidens quoniam fides cooperabatur operibus illius‹ ex operibus fides consumata est‹ et subpleta est scriptura dicens., Credidit abraam deo et reputatum est illi ad iustitiam‹ et amicus dei apellatus est., Uidetis quoniam ex operibus iustificatur homo⸜ et non ex fide tantum ? Similiter autem et raab meretrix⸜ nonne ex operibus iustificata est ? Suscipiens nuntios et alia uia eos eiciens.,

Sicut enim corpus sine spiritu mortuus est‹ | 147 | ita et fides sine operibus mortua est., Nolite plures magistri fieri fratres mei‹ scientes quia magis iudicium sumitis.,

In multis enim‹ offendimus omnes., Si quis in uerbo non offendit‹ hic perfectus est uir., Potest enim‹ frenum circumducere totum corpus., Sic autem equorum frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis‹ et omne corpus illorum circumferimus., Ecce et nabes quam magne sint⸜ et a bentis ualidis minentur‹ circumferuntur a modico gubernaculo . ubi impetus dirigentis uoluerit., Ita et lingua.,

Modicum quidem membrum est‹ sed magnam silbam incendit.,

Et lingua‹ ignis est uniuersitas iniquitatis., ‖

Et lingua constituitur in membris nostris que maculat totum corpus‹ et inflamat rotam natibitatis nostrae inflamaturque ad iehenam.,

Omnis enim natura uestiarum⸜ et uolucrum⸜ et repentium⸜ etiam piscium . domantur‹ et dominata sunt a natura humana., Lingua autem‹ nullus hominum domare potest.;

Inquietum . malum‹ plena ueneno mortifero.,

In ipsa benedicimus domino et patri‹ et in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem dei facti sunt.,

Ex ipso ore procedit benedictio‹ et maledictio.,

Non oportet fratres mei‹ hec ita fieri., Numquid fons de eodem

foramine | 148 | aemanat dulcem et amaram aquam ? Numquid potest fratres mei ficus olibas facere‹ aut uitis ficus ? Sic ne*c* salsa aqua‹ dulcedinem potest habere.,

Qui sapiens est et disciplinatus inter uos‹ ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudinem sapientie‹ per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (IV 5-42)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps . uenit in ciuitatem samarie que dicitur sycar‹ iusta predium quod dedit iacob ioseph filio suo., Erat autem ibi‹ fons iacob., Ihesus ergo fatigatus ex itinere‹ sedebat sic super puteum‹ hora erat quasi sexta.,

Uenit mulier de samaria‹ || haurire aquam., Dicit ei ihesus., Da mici *bi*bere., Discipuli enim eius abierunt in ciuitate‹ ut cibos emerent.,

Dicit ergo *ei* illa mulier SAMARITANA.,

Quomodo tu iudaeus quum sis bibere a me poscis‹ quae sum mulier samaritana., Non enim quouthuntur iudaei‹ cum samaritanis., Respondit ihesus et dixit ei*., Si scires donum dei‹ et quis est qui dicit tibi da mici bibere‹ tu forsitan petisses ab eo

2 nec c *add. 2 manu* 15 bibere bi *sup. lin.* 17 ei *om. in prima scriptione* 20 ei* s *erasum*

7 *secundum iohannem.*] Integer in codice nostro exhibetur pulcherrimus iste, sed in Missali Mozarabum misere turbatus ordo pericoparum ex Evangelio, quae dominicis diebus tempore Quadragesimae in Hispania legebantur : dominica prima de Samaritana, secunda de Caeco, tertia de Mediante die festo, quarta de Lazaro. Paulo secus in Missali ambrosiano vetere : in eo enim dominica prima assignatur evangelium de Samaritana, secunda de Abraham (Joan. VIII, 31), tertia de Caeco, quarta de Lazaro. Apud Romanos etiam praefata evangelia quadragimali tempore recitantur, non quidem diebus dominicis, sed certis quibusdam feriis quartis vel sextis, quae scrutiniis peragendis constitutae olim erant. Singulare porro est, quod iisdem diebus ex evangelio desumptae sint antiphonae ad communionem, quae in reliquis missis ferialibus e psalmis 1-26 ordine dispositis sunt excerptae. Conf. eruditum opusculum domni P. G. Cagin monachi Solesmensis, quod inscribitur *Un mot sur l'Antiphonale Missarum*, Solesmis, 1890.

et dedisset tibi aquam uibâm., *Dicit ei mulier., Domine⁄ neque in quo aurias habes . et puteus altus est., Unde ergo habes aquam uibam.,* Numquid tu maior es patre nostro iacob⁄ qui dedit nobis hunc puteum\ et ipse ex eo uibit\ et filii eius et pecora eius ? Respondit ihesus⁄ et dixit ei.,

Omnis qui uibit ex aqua | 149 | hac‹ sitiet iterum.,

Qui autem uiberit ex aqua quam ego dabo ei⁄ non sitiet *in aetaernum.,*

Sed aqua quam ego dabo ei⁄ fiet in eo fons aque salientis in uitam eternam., Dicit ad eum mulier., Domine⁄ da mici aquam hanc ut non sitiam‹ neque ueniam huc aurire., Di*c*it ei ihesus.,

Uade uoca uirum tuum⁄ et ueni huc., Respondit mulier et dixit., Non habeo uirum., Dicit ei ihesus.,

Bene dixisti⁄ quia non habeo uirum., Quinque enim uiros habuisti⁄ et hunc quem habes non est tuus uir.,

Hoc uere dixisti.,

Dicit ei‹ mulier., Domine‹ uideo quia propheta es tu?

Patres nostri in monte hoc adoraberunt et uos dic*i*tis || quia in iherosolimis est locûs ubi adorare oportet., Dicit ei ihesus.,

Mulier⁄ crede mici quia ueniet hora quando neque in monte hoc⁄ neque in iherosolimis adorabitis patrem.,

Uos adoratis quod nescitis . nos adoramus quod scimus⁄ quia salus ex iudaeis est., Sed ueniet hora et nunc est quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu . et ueritatem.,

Nam et patrem tales querit⁄ qui adorent eum.,

Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate⁄ oportet adorare.,

Dicit ei mulier., Scio quia messyas uenit⁄ qui dicitur xps.,

Quum ergo uenerit‹ ille nobis adnuntiauit omnia., | 150 |

Dicit ei ihesus., Ego sum qui loquor tecum.,

Et continuo uenerunt discipuli eius⁄ et mirabantur quia quum

1-3 Dicit ei — aquam uibam *suppl. in marg. inf.* 7-8 in aetaernum *corr. ex* iterum 11 Dicit c *ex* x 18 dicitis i *ex* e

muliere loquenatur., Nemo tamen dixit quid querisˆ aut quid loqueris cum ea.,

Reliquid ergo ydriam suam mulier et abiit in ciuitatem‹ et dicit hominibus illis.,

Uenite et uidete hominem‹ qui dixit mici omnia quecumque feci.,

Numquid ipse est xps ?

Exierunt de ciuitatem‹ et ueniebant ad eum

Intere* . rogabant eum discipuli dicentes.,

Rabbi‹ manduca.,

Ille autem dixit eis.,

Ego cibum habeo manducareˆ quem uos nescitis.

Dicebant ergo discipuli ad inuicem., ||

Numquid aliquis adtulit ei manducare ?

Dicit eis ihesus., Meus cibus est ut faciam uolumtatem eius qui misit me‹ ut perficiam opus eius., Nonne uos dicitis quod adhuc quattuor menses sunt‹ et messis uenit ? Ecce dico uobis.,

Lebate oculos uestros‹ et uidete regiones quia albe sunt iam ad messem.,

Et qui metit mercedem accipit‹ et qui congregat fructum in uitam aeternam.,

Ut et qui seminat simul gaudeat‹ et qui metit.,

In hoc enim est uerbum uerum‹ quia alius est qui seminatˆ et alius qui metit., Ego enim misi uos metere‹ quod uos non lauorastis., Alii laboraberunt‹ et uos in labores eorum introistis., | 151 |

Ex ciuitate* autem illam‹ multi crediderunt in eum samaritanorum propter uerbum mulieris testimonium peribentis‹ quia dixit mici omnia quecumque feci.,

Quum uenissent ergo ad illum samaritani‹ rogaberunt eum ut ibi maneretˆ et mansit ibi duos dies.,

Et multi crediderunt propter sermonem eius‹ et mulieri dicebant.,

Quia iam non propter tuam loquellam crèdimus‹ ipsi enim audiuimus et scimus‹ quia hic est uere salbator mundi., amen

25 ciuitate* in *erasum*

ITEM LECTIONES DE SECUNDA EBDOMADA. DE XL^a.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (III 20-22). ‖

Hec dicit dominus., Quomodo si contemnat mulier uirum suum‹ sic contemsit me domus srahel dicit dominus.,

Uox in uiis audita est‹ ploratus et ululatus filiorum srahel.,

Quoniam iniquam fecerunt uiam suam‹ et obliti sunt domini dei sui., Conuertimini filii reuertentes‹ et sanabo aduersiones uestras., Ecce et nos uenimus ad te‹ tu enim es domine deus noster., amen

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI AD XII TRIBUS., (II 1-5)

KARISSIMI‹ nolite in personarum acceptionem habere fidem domini nostri ihesu xpi gloriae.,

Et enim si introierit in conuentu uestro uir anulum aureum habens | 152 | in ueste candida introierit autem et pauper in sordido abitu‹ et intendatis in eum qui indutus est ueste preclara‹ et dixeritis ei tu sede hic bene‹ pauperi autem dicatis tu sta illic aut sede sub scabello peduum eorum‹ nonne iudicatis aput uosmetipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum ? Audite fratres mei dilectissimi*‹ nonne deus ****** pauperes elegit in hoc mundo ?

Diuites in fide et heredes regni quod promisit deus diligentibus se., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNE (II 12-23)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps descendit capharnaum ipse et mater eius et fratres eius., Et discipuli eius‹

10 p *mutat. in* i[acobi   19 deus] elegit *eras.*

10-22. Eo loco feria secunda lectiones resumuntur, quo sabbato praecedenti fuerant interceptae : quia nimirum lectiones dominicales ante iam statutae erant, quam missarum ferialium ordo disponeretur. Vide L. Duchesne, *Origines du culte chrétien*, p. 236. Simile quid in Antiphonario Romano invenies : transacto enim die dominico Psalterium ad Communionem feria secunda repetitur, ubi sabbato intermissum erat.

et ibi || manserunt non multos diebus., Et prope erat pasca dies festus iudeorum.,

Et ascendit iherosolimam ihesus⁄ et inuenit in templo uendentes bobes⍀ et oues⍀ et columbas⍀ et numularios sedentes., Et quum fecisset quasi flagellum de funiculis⁄ omnes eiecit de templo., Obes quoque et bobes⍀ et numulariorum⍀ effudit aes⁄ et mensas subuertit et hiis qui columbas uendebant dixit.,

Aufferte istas hinc., Nolite facere domum patris mei⁄ domum negotiationis.,

Recordati uero sunt discipuli eius⁄ quia scriptum est., Zelus domus tue comedit me.,

Responderunt ergo iudei et dixerunt ei.,

Quod signum hostendis nobis⍀ | 153 | qui haec facis., Respondit ihesus⁄ et dixit eis.,

Solbite templum hoc⁄ et in tribus diebus excitabo illut.,

Dixerunt ergo iudei.,

Quadraginta sex annis hedificatum est templum hoc⁄ et tu tribus diebus excitabi*s* illut ? Ille autem dicebat de templo corporis sui., Quum ergo resurrexisset a mortuis⁄ recordati sunt discipuli eius⁄ quia hoc dicebat et crediderunt scripture et sermoni quem dixit ihesus.,

Quum autem esset iherosolimis in pasca in die festo⁄ multi crediderunt in nomine eius.,

LEGENDUM . IIII^{a} FERIA . AD NONA IN SECUNDA EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI⁄ IHEREMIAE PROPHETAE., (XVIII 7-11)

HAEC dicit dominus.,

Repente loquar aduersus gentem et aduersus regnum⁄ || ut eradicem et dextruam et disperdam illut., Si penitentiam egerit gens illa a malo suo propter quod loquutus sum aduersus eam⁄

18 excitabis s *e.r* t

agam et ego penitentiam super malum quod cogitabi: ut facerem ei/ et subito loquar de gente et de regno/ ut hedificem et ut plantem illut., Si fecerit malum in oculis meis ut non audiat uocem meam/ penitentiam agam super bonum quod loquutus sum ut facerem ei.,

Nunc ergo dic uiro iuda et habitator*ibus* iherusalem dicens., Reuertatur unusquisque a uia sua mala/ et dirigite uias uestras et studia uestra ayt dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI AD . XII TRIBUS | 154 | (IV 7-10)

KARISSIMI/ subditi estote deo resistite autem diabulo et fugiet a bobis., Adpropinquate deo/ et adpropinquauit uobis., Et mundate manus peccatorum/ et sanctificate corda duplices animo., Miseri estote lugete et plorate/ risus uester in luctum conuertatur: et gaudium in memore., Humiliamini in conspectu domini/ et exaltabit uos., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM (III 22-36)

In illo tempore/ uenit ihesus et discipuli eius in iudeam terram et illic demorabatur cum eis et babtizabat.,

Erat autem iohannes babtizans in henon iusta salim/ quia aque multe erant illic || et ueniebant et babtizabantur., Nondum enim missus fuerat iohannes in carcerem.,

Facta est ergo questio ex discipulis iohannes cum iudaeis de purificatione/ et uenerunt ad iohannem/ et dixerunt ei.,

Rabbi/ qui erat tecum trans iordanem . cui tu testimonium peribuisti/ et ecce hic babtizat et omnes ueniunt ad eum.,

Respondit ihoannes/ et dixit.,

Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo.,

6 habitatores *corr.*

Ipsi uos mici testimonium peribetis‹ quod dixerim ego non sum xps‹ set quia missus sum ante illum., Qui habet sponsam‹ sponsus est., | 155 |

Amicus autem sponsi qui stat et audit eum‹ gaudio gaudet propter uocem sponsi.,

Hoc ergo gaudium meum inpletum est.,

Illum oportet crescere‹ me autem minui., Qui de sursum uenit‹ supra omnes est

Qui est de terra de terra est‹ et de terra loquitur.,

Qui de caelo uenit supra omnes est‹ et quod uidit et audiuit hoc testatur‹ et testimonium eius nemo accipit.,

Qui accipit eius testimonium signabit quia deus uerax est.,

Quem enim misit deus‹ uerba dei loquitur.,

Non enim ad mensuram dat deus spiritum

Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius.,

Qui credit in filium‹ habet uitam eternam., amen ‖

LEGENDUM . UIª FERIA AD NONAM IN SECUNDA EBDOMADA QUADRAGESIME

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXV 5)

HAEC dicit dominus.,

Reuertimini unusquisque a uia sua mala . et a pessimis cogitationibus uestris., Et habitabitis in terra quam dedit dominus uobis et patribus uestris‹ a seculo et usque in seculum., amen

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI AD DUODECIM TRIBUS., (V 12-15)

KARISSIMI‹ nolite iurare neque per caelum neque per terram‹ neque per aliut quodcumque iuramentum., Sit autem uerbum uestrum . est‹ est‹ non‹ non‹ ut non sub iudicio decidatis., Tristatur aliquis uestrumˆ oretˆ equo animo et spallat.,

29 aliquis s *add. 2 manu*

Infirmatur quis in uobis inducat presbiteros aeclesie et orent super eum‹ ungentes eum oleo. | 156 | in nomine domini et oratio fidei salbauit **infirmum.,

Et allebauit eum dominus‹ et si in peccatis sit dimittetur ei., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM (V 31-37)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur iudeis dicens., Si ego testimonium peribeo de me‹ testimonium meum non est uerum.,

Alius est qui testimonium peribet de me‹ et scio quia uerum est testimonium quod peribet de me.,

Uos misistis . ad iohannem‹ et testimonium peribuit ueritati., Ego autem non ab homine testimonium . accipio^ sed haec dico ut uos salui sitis.,

Ille erat lucerna ardens et lucens‹ uos autem uoluistis exultare ad oram‹ in lucem eius., ||

Ego autem‹ habeo testimonium maius iohannem.,

Opera enim quem dedit mici pater ut perficiam eam‹ ipsa opera que ego facio testimonium peribent de me^ quia pater me misit., Et qui misit me pater‹ ipse testimonium perib*e*t de me., amen.,

LEGENDUM SABBATO AD IIIª.

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (VI 16)

HAEC dicit dominus.,

State super uias et uidete et interrogate de semitis antiquis‹ que sit uia bona et ambulate in ea‹ et inuenietis requiem animabus uestris., amen.,

21 peribet e *2 manu in rasura*

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI⁄ AD DUODECIM TRIBUS., (V 16-20) DEO:

KARISSIMI⁄ confitemini alter utrum peccata uestra⁄ et orate pro inuicem ut salbemini., | 157 |

Multum enim ualet deprecatio iusti adsidua.,

Helias homo erat similis nobis passibilis⁄ et oratione orauit ut non plueret super terram⁄ et non pluit annos tres . et menses sex.,

Et rursum orauit⁄ et caelum dedit plubiam⁄ et terra dedit fructum suum.,

Fratres mei⁄ si quis ex uobis erraberit a ueritate⁄ et conuerterit⁄ quis eum scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae⁄ salbat animam eius a morte⁄ et suorum cooperit multitudinem peccatorum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM (V 39-VI 2)

IN ILLO TEMPORE⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur iudeis dicens., Scrutamini scripturas⁄ quia uos putatis || in ipsis uitam aeternam habere.,

Et ille quique testimonium peribent de me⁄ et non uultis uenire ad me⁄ ut uitam habeatis.,

Claritatem ab hominibus non accipio⁄ sed cognobi uos quia dilectionem dei non habetis in uobis.,

Ego *uenio in nomine patris mei⁄ et non accipitis me., Si alius uenerit in nomine suo⁄ illum accipietis., Quomodo potestis uos credere⁄ qui gloriam ad inuicem accipitis⁄ et gloriam que *a solo est deo*⁄ non queritîs.,

Nolite putare quia ego accusaturus s*i*m uos aput patrem⁄ est qui accuset uos., Moyses⁄ in quo uos speratis.,

Si enim crederetis moys*i*⁄ crederetis forsitan *et* mici., | 158 |

26-27 a solo est deo *in ras.*   28 sim i *ex* u   30 moyse, *corr.*   et *sup. lin.*

De me enim ille scripsit., si autem illius litteris non creditis/ quomodo meis uerbis creditîs.,

Post haec abiit ihesus trans mare galileae quod est tiberiadis/ et sequebatur eum multitudo magna/ quia uidebant signa quae faciebat super his qui infirmabantur., amen

ORATIO DANIELIS PROPHETE.,

LECTIO LIBRI/ DANIELIS PROPHETE., (IX 4-19)

IN DIEBUS ILLIS/ orabit danihel *dominum* dicens., Obsecro domine deus magne et terribilis/ custodiens pactum et misericordia diligentibus te/ et custodientibus mandata tua.,

Peccabimus\ inique fecimus\ impie gessimus\ et recessimus\ et declinabimus\ a mandatis tuis/ ac iudiciis., Non obedi*ui*mus serbis tuis prophetis/ || qui locuti sunt in nomine tuo., Regibus nostris\ principibus nostris\ patribus nostris/ omnique populo terre.,

Tibi domine iustitia/ nobis autem confusio faciei sicut est hodie uiro iuda et habitatoribus iherusalem et omnis srahel his qui prope sunt et his qui procul in uniuersis terris ad quas egecisti eos propter iniquitates eorum/ in quibus peccaberunt in te domine., Nobis confusio faciei\ regibus nostris principibus nostris\ et patribus nostris qui pec*c*aberunt.,

Tibi autem domino deo nostro misericordia et propitiatio/ quia recessimus a te et non audiuimus uocem domini dei nostri . ut ambularemus in lege eius/ quam posuit nobis per serbos |159| suos prophetas.,

Et omnis srahel praeuaricati sunt legem tuam/ et declinaberunt ne audirent uocem tuam.,

Et stillabit super nos maledictio et detestatio que scripta est in libro moysi serui dei/ quia peccabimus tibi.,

8 dominum *2 manu* 12 obediuimus ui *suppletum 2 manu* 21 pecaberunt *corr.*

6. *Oratio Danielis.*] Omissum oscitantia scriptoris titulum hoc modo supple : Legendum in . II° . dominico ad matutinum.,

Et statuit sermones suos . quos loquutus est super nos et super principes nostros qui iudicaberunt nos . ut super*in*ducerent in nos malum magnum^ qualem numquam fuit sub omni caelo.,

Secundum quod factum est in iherusalem sicut scriptum est in lege moysi.,

Omnem malum hoc uenit super nos‹ et non rogabimus faciem tuam domine deus noster ut reuerteremur‹ || ab iniquitatibus nostris‹ et cogitaremur ueritatem.,

Et uigilauit dominus‹ et adduxit eam super nos., Iustus dominus deus noster in omnibus operibus suis que fecit‹ non enim audiuimus‹ uocem eius.,

Et nunc domine deus noster⸌ qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti‹ et fecisti tibi nomen secundum diem hanc., Peccabimus⸌ iniquitatem fecimus domine‹ in omnem iustitiam tuam

Auertatur obsecro ira tua et furor tuus‹ a ciuitate *iherusalem et a monte* sanct*o* tu*o*

Propter peccata enim nostra et iniquitates patrum nostrorum iherusalem et populus tuus in obprobrium sunt‹ omnibus per circuitum nostrum

Nunc autem exaudi deus noster orationem serbi tui et preces eius⸌ et ostende | 160 | faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est.,

Propter temet ipsum inclina deus meus aurem tuam et exaudi⸌ aperi oculos tuos et uide desolationem nostram‹ et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum.,

Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam‹ sed in miserationibus tuis multis.,

Exaudi domine⸌ placare domine⸌ intende fac ne moreris‹ propter temet ipsum deus meus.,

Quia nomen tuum inuocatum est super cibitatem hanc‹ et super populum tuum.,

2 superinducerent in *add. sup. lin.* 16-17 iherusalem et a monte *2 manu in marg.* sancta tua *corr.*

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI AD GENTES.,

(I Joan. II 8-12)

KARISSIMI ∠ mandatum nobum scribo *uo*bis quod est uerum et in ipso et in nobis quoniam tenebre transierunt ∠ et lumen uerum iam lucet.,

Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit ∠ in tenebris est || usque aduc., Nam qui diligit fratrem suum in lumine manet ∴ et scandalum in eo non est.,

Qui autem odit fratrem suum in tenebris est et in tenebris ambulat . et nescit quo eat ∠ quoniam tenebre obcecaberunt oculos eius., Scribo uobis filioli ∠ quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius ∠ cui es*t* honor et gloria in secula seculorum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII ∠ SECUNDUM IOHANNEM.,

(IX 39-X 9)

IN ILLO TEMPORE ∠ dominus noster ihesus xps ∠ loquutus est fariseis dicens.,

In iudicium ego in hunc mundum ueni ∠ ut qui non uident uideant ∠ et qui uident ceci fiant., Et audierunt ex fariseis qui cum ipso erant . et dixerunt ei., Numquid et nos ceci sumus ? Dixit eis ihesus.,

Si ceci essetis ∠ non aberetis peccatum., Nunc ergo dicitis quia uidemus ∴ peccatum uestrum manet., Amen amen dico uobis., | 161 | qui non intrat per osteum in obile ouium sed ascendit aliunde ∠ ille fur est et latro.,

Qui autem intrat per ostium ∖ huic ostiarius aperit et obes uocem eius audiunt ∠ et proprias obes uocat nominatim ∠ et educit eas., Et quum proprias obes miserit ante eas uadit et oues illum sequuntur ∴ quia sciunt uocem eius., Alienum autem non sequuntur sed fugient ab eo ∠ quia non noberunt uocem alienorum.,

3 uobis uo *add. sup. lin.*   12 est t *suppl. 2 manu*

Hoc prouerbium/ dixit eis ihesus\ illi autem non cognoberunt quod loqueretur eis.,

Dixit ergo eis ihesus iterum.,

Amen amen dico uobisˆ quia ego sum ostium obium.,

Omnes quo*t*quo*t* uenerunt fures sunt et latrones/ sed non cognoberunt eos obes.,

Ego sum ostium., Per me si quis || introierit salbabitur/ et ingredietur et regredietur . et pascua inueniet., amen.,

ITEM LEGENDUM SECUNDO DOMINICO AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI/ DANIHELIS PROPHETE., (Cap. IV) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS/ ego nabuquodonosor quietus eram in domo mea/ et florens in palatio meo., Somnium uidi quod perterruit me/ et cogitationes meae in stratu meo/ et uisiones capitis mei conturbaberunt me.,

Et per me propositum est decretum/ ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes babilonis/ et ut solutionem somni indicarent mici., Tunc ingrediebantur . arioli\ magi\ caldei\ et auruspices/ et somnium narrabi in conspectum eorumˆ | 162 | et solutionem eius non indicaberunt mici.,

Donec collega ingressus est in conspectu meo danihel cuius nomen baltasar secundum nomen dei mei/ qui habet spiritum deorum *sanctorum* in semet ipso/ et somnium coram eo loquutus sum., Baltasar princeps ariolorum quem ego scio quod spiritum deorum sanctorum habeas in te\ et omne sacramentum non est inpossibile tiui/ uisiones somniorum meorum quas uidi/ et solutionem eorum narra *mici*., Uisiones capitis mei/ in cu*b*ili meo.,

Uidebamˆ et ecce harbor in medio terrae., Et altitudo eius nimia magna arbor et fortis/ et proceritas eius contingens caelum., Aspectus illius/ erat usque ad terminos uniuersae terrae.,

5 quodquod *corr.* 23 deorum] suorum *corr. in marg.* 27 mici *sup. lin. 2 manu* cubili b *om. in 1 scriptione*

Folia eius pulcerrima⸌ et fructus || eius nimius‹ et aesca uniuersorum in ea., Et subter ea habitabant animalia et bestie., Et in ramis eius conuersabantur uolucres caeli‹ et ex ea uescebatur omnis caro., Uidebam in uisione capitis mei‹ super stratum meum., Et ecce uigil et sanctus de caelo descendit^ clamauit fortiter . et sic ait.,

Succidite arborem⸌ et praecidite ramos eius⸌ excutite foliam eius‹ et dispergite fructum eius., Fugiant bestiae quae subter ea sunt‹ et uolucres de ramis eius.,

Uerum tamen germen radicum eius‹ in terra sinite.,

Et alligetur uinculo ferreo et aereo in herbis quae forisunt‹ et rore caeli⁎ tinguatur et cum feris pars eius sit in herba terre., Cor eius ab humano co*m*mutetur et cor fere | 163 | detur ei‹ et septem tempora mutentur super eum.,

In sententia uigilum decretum est et sermo sanctorum et petitio donec cognoscant uibentes quoniam dominatur excelsus in regno hominum‹ et cuicumque uoluerit dabit illut^ et humillimum hominem constituet super eum.,

Hoc somnium uidi‹ ego nabuquodonosor., Tu ergo baltasar‹ interpretationem narra festinus., Quia omnes sapientes regni mei‹ non queunt solutionem eius indicare mici., Tu autem potes‹ quia spiritus de*o*rum sanctorum in te est.,

TUNC DANIHEL cuius nomen baltasar‹ cepit intra semet ipsum *tacitus* cogitare quasi hora una‹ et cogitationes eius conturbabant eum.,

Respondens autem rex‹ ait., ||

Baltasar‹ somnium et interpretationem eius‹ non conturbent te., Respondit . baltasar‹ et dixit.,

Domine mi somnium his qui te oderunt‹ et interpretatio eius‹ hostibus tuis sit.,

HARBOREM quam uidisti sublimem atque robustam⸌ cuius altitudo pertingens ad caelum et aspectus illius in omnem terram⸌

13 comutetur *corr.* 22 deorum o *in duabus litteris erasis* 24 tacitus *suppl. 2 manu*

et rami eius pulcerrimi\ et fructus eius nimius\ et aesca uniuersorum in ea\ et subter ea* habitantes bestiae agri\ et in ramis eius commorantes abes caeli/ tu es rex: quia magnificatus es . et inualuisti et magnitudo tua creuit et peruenit usque ad caelum/ et potestas tua in terminos uniuersae terrae.,

Quod autem uidit rex uigilem et sanctum descendere de caelo et dicere succidite harborem | 164 | et dissipate illam\ adtamen germen radicum eius in terra dimittite\ et uinciatur ferro et ere in herbis foris et rore caeli conspargatur\ et cum feris sit pabulum eius/ donec septem tempora commutentur super eum., Haec est interpraetatio sententiae altissimi/ quae perueniet super dominum meum regem., Eicient te ab hominibus/ et cum bestiis feris erit habitatio tua.,

Et fenum ut bos comedes/ et rore caeli infunderis.,

Septem quoque tempora mutabuntur super te/ donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum/ et cuicumque uoluerit det illut., Quod autem precepit ut relinqueretur germen radicum eius id est harboris/ regnum tuum tibi manebit/ postquam cognoberis potestatem || aeternam esse caelestem.,

Quam ob rem rex/ consilium meum placeat tibi\ et peccata tua elemosinis redime/ et iniquitates tuas misericordiis pauperum forsitan ignoscat delictis tuis.,

Omnia uenerunt super nabuquodonosor regem.,

Post finem mensuum duodecim/ in aula babilonis deambulabat., Responditque rex/ et ait., Nonne haec est babilon magna/ quam ego edificabi in domum regni\ et in roborem fortitudinis meae\ et in gloriam decoris mei ?

Quum adhuc sermo esset in ore regis/ uox de caelo ru*it.,

Tibi dicitur nabuquodonosor rex/ regnum tuum transiit a te\ et ab ominibus te eicient/ et cum bestiis feris erit . habitatio tua.,

Fenum quasi bos comedes/ | 165 | et septem tempora mutabuntur super te donec scias quod dominetur excaelsus in regno

2 ea m *eras.* 14 Et *in marg. 2 manu* 28 rugit g *erasum* 29 tuum] tibi *eras.* transiet *corr.*

hominum⁄ et cuicumque uoluerit det illut., Eadem hora⁄ sermo conpletus est super nabuquodonosor.,

Ex hominibus eiectus est∖ et faenum ut bos comedit∖ et rore caeli corpus eius infectum est∖ donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent⁄ et ungue eius quasi abium., Igitur post finem dierum⁄ ego nabuquodonosor oculos meos ad celum lebabi∖ et sensus meus redditus est mici∖ et altissimo benedixi∖ et bibentem in sempiternum laudabi∖ et glorificabi∖ quia potestas eius potestas sempiterna∖ et regnum eius in generatione et generatione et omnes habitatores terrae ‖ aput eum in nicilum reputati sunt., Iuxta uolumtatem enim suam fecit tam in uirtutibus caeli. quam in habitatoribus terrae⁄ et non est qui resistat manui eius et dicat *ei* sic quare fecisti., In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me⁄ et ad onorem regni mei decoremque perueni.,

Et figura mea reuersa est ad me⁄ et obtimates mei et magistratus mei⁄ requisierunt me.,

Et in regno meo constitutus sum⁄ et magnificentia ampliora reddita est mici.,

NUNC igitur ego nabuquodonosor⁄ laudo *et* magnifico⁄ et glorifico regem celi.,

Quia omnia opera eius uera et uniuerse uie eius iudicia⁄ et gradientes in superuia potest humiliare.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI⁄ AD GENTES., (I 5-9) DEO GRATIAS., | 166 |

KARISSIMI⁄ haec est adnuntiatio quam audiuimus a deo⁄ et adnuntiamus uobis.,

Quoniam deus lux est⁄ et tenebre in eo non sunt ulle., Si dixerimus nos societatem habere cum eo et in tenebris ambulamus⁄ mentimur et non facimus ueritatem., Si autem in luce ambulamus sicut et ipse in luce est⁄ societatem habemus cum eo et sanguis *ihesu xpi filii eius⁄ mundat nos ab omni peccato.,

13 ei *add. in marg.* 19 et *add. 2 manu*

Si dixerimus quia peccatum non habemus⸵ ipsi nos seducimusˆ et ueritas in nobis non est.,

Si uere confiteamur peccata nostra⸵ fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata⸵ et mundet nos ab omni iniquitate*., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII⸵ SECUNDUM IOHANNEM., (IX 1-38) GLORIA TIUI DOMINE. ||

IN ILLO TEMPORE⸵ dominus noster ihesus xps quum praeteriret uidit hominem caecum a natibitate⸵ et interrogaberunt eum discipuli sui., Rabbi⸵ quis peccabit⸵ hic aut parentes eius⸵ ut cecus nasceretur., Respondit ihesus.,

Neque hic peccabit neque parentes eius⸵ sed ut manifestaretur opera dei in illo., Me oportet operari opera eius qui misit me⸵ donec dies est., Ueniet nox⸵ quando nemo operari potest.,

Quandiu in mundo sum⸵ lux sum mundi.,

Haec quum dixisset⸵ expuit in terram et fecit lutum ex sputo et linuit lutum super oculos eiusˆ et dixit ei., Uade laba in natatoriam siloae⸵ quod interpraetatur missus., Abiit ergo et labit⸵ et uenit uidens., | 167 |

Itaque uicini et qui uidebant eum prius quia mendicus erat⸵ dicebant., Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant quia hic est⸵ alii autem nequaquamˆ sed similis est eius., Ille autem dicebat⸵ quia ego sum., Dicebant ergo ei.,

Quomodo aperti sunt oculi tui., Respondit., Ille homo qui dicitur ihesus⸵ lutum fecit et uncxit oculos meos⸵ et dixit mici., Uade ad natatoriam siloae⸵ et laba. Et abii et laui et uideo., Dixerunt ergo ei.,

Ubi est ille., Ait., Nescio., Adducunt eum ad fariseos⸵ qui caecus fuerat., Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihesus et aperuit oculos eius., Iterum interrogabant eum farisei⸵ quomodo uidisset., Ille autem dixit eis., ||

4 iniquitatem m *erasum*

Lutum posuit mici super oculos⸵ et labi et uideo., Dicebant ex phariseis quiddam.,

Non est hic homo a deo⸵ qui sabbatum non custodit.,

Alii⸵ dicebant., Quomodo potest homo peccator⸵ haec signa facere., Et scisma erat in eis., Dicunt caeco iterum.,

Tu⸵ quid dicis de eo qui aperuit oculos tûos., Ille autem dixit., Quia prophaeta est.,

Non crediderunt ergo iudaei de illo quia caecus fuisset et uidisset⸵ donec uocaberunt parentes eius qui uiderant et interrogaberunt eos dicentes.

Hic est filius uester⸵ quem uos dicitis quia cecus natus est⸵ quomodo ergo nunc uidet.,

Responderunt eis parentes eius⸵ et dixerunt., Scimus quia hic est filius noster⸵ et quia caecus natus est., Quomodo ergo nunc uidet nescimus . | 168 | aut quis eius aperuit oculos⸵ nescimus., Ipsum interrogate etatem habet⸵ ipse de se loquatur., Haec dixerunt parentes eius⸵ quia timebant iudeos., Iam enim conspiraberant iudaei ut si quis eum confiteretur xpm⸵ extra synagoga fieret., Propterea parentes eius dixerunt⸵ quia aetatem habet ipsum interrogate.,

Uocaberunt ergo rursus hominem qui fuerat caecus⸵ et dixerunt ei., Da gloriam deo.,

Nos scimus⸵ quia homo peccator est., Dixit ergo ille., Si peccator est⸵ nescio., unum scio⸵ quia caecus quum essem⸵ modo uideo., Dixerunt ergo illi., Quid fecit tibi⸵ quomodo aperuit tibi ocûlos.,

Respondit eis., Dixi uobis iam et audistis., Quid iterum uultis audîre., Numquid et uos uultis discipuli eius fieri ? ||

Maledixerunt ei⸵ et dixerunt.,

Tu⸵ discipulus illius sis.,

Nos autem⸵ moysi discipuli sumus.,

Nos scimus⸵ quia moysi loquutus *est* dominus., Hunc autem⸵

32 est *add. in marg.*

nescimus unde sit., Respondit ille homo et dixit eis., In hoc enim mirabile est quia uos nescitis unde sit‹ et aperuit oculos meos., Scimus autem quia peccatores deus non exaudit‹ sed si quis dei cultor est et uolumtatem eius facit hunc exaudit., A seculo non est auditum‹ quiaperuit quis oculos ceci nati.,

Nisi esset hic a deo‹ non poterat facere quicquam., Responderunt et dixerunt ei.,

In peccatis natus es totus\ et tu doces nos? Et egecerunt eum foras., Audibit ihesus quia eiecerunt eum foras‹ et quum inuenisset eum dixit ei., Tu\ credis in filium dei? | 109 |

Respondit ille‹ et dixit., Quid est domine\ ut credam in eûm., Et dixit ei ihesus., Et uidisti eum‹ et qui loquitur tecum ipse est., Et ille ait., Credo domine‹ et procidens adorauit eum.,

ITEM LECTIONES IN TERTIA EBDOMADA . II FERIA . AD UIIII[a]

LECTIO LIBRI‹ IOEL PROPHETE (II 12-13)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Conuertimini ad me . in toto corde uestro‹ in ieiunio et fletu et planctu.,

Et scindite corda uestra‹ et non uestimenta uestra.,

Et conuertimini ad dominum deum uestrum‹ quia benignus et misericors est.,

PRINCIPIUM EPISTOLE PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES (I Petr. I 16-21)

KARISSIMI‹ sancti estote sicut e*t* ego sanctus sum dicit dominus deus uester.,

Et si patrem inuocatis eum || qui sine acceptione personarum iudicat‹ secundum uniuscuiusque opus in timore incolatus uestri‹ tempore conuersamini.,

25 sicut egego *corr.*

Scientes quod non corruptibilibus argento uel auro redemti estis de bana uestra conuersatione paternae tradiction*is*‹ sed praetioso sanguine quasi agni incontaminati‹ et inmaculati xpi ihesu., Ipse ergo qui et praecognitus est ante constitutionem mundi et nobissimo tempore natus . et passus est‹ ipse accepit gloriam quam deus uerbum semper possedit sine initio manens in patreˆ praecognitus quidem ante constitutionem mundi., Manifestatus autem nobissimis temporibus propter uos‹ qui per ipsum fideles estis in deo.,

Qui suscitauit eum a mortuis | 170 | et dedit ei gloria‹ ita ut fides uestra‹ et spes esset in deum.,

LECTIO SANCTI EUANGELLII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,
(VI 5-14) GLORIA

In illo tempore‹ dominus noster ihesus xps quum subleuasset oculos et uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum‹ dixit ad philippum.,

Unde ememus panes ut manducent hîi., Hoc autem dicebat temtans eum., Ipse autem sciebat quid esset facturus., Respondit ei fhilippus., Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis‹ ut unusquisque modicum quid accipiat., Dicit ei unus ex discipulis eius‹ andreas frater symon*is* petri.,

Est puer unus hic‹ qui habet quinque panes ordiacios et duos pisces., Set haec‹ quid erit inter tantos., Dixit ergo ihesus., Facite homines || discumbere., Erat autem fenum multum‹ in illo loco., Discuebuerunt ergo uiri‹ quasi quinque milia., Accepit ergo panes ihesus‹ et cum gratias egisset distribuit discumbentibus., Similiter et piscibus‹ quantum uolebant.,

Ut autem satiati sunt‹ dixit discipulis suis., Colligite que superaberunt fracmenta ne pereant., Collegerunt ergo‹ et impleuerunt duodecim confinos fracmentorum ex quinque panibus ordiaciisˆ qui superfuerant his qui manducaberunt., Illi ergo

2 tradictionis i *ex* e   21 symonis is *add. 2 manu*

hominesˎ quum uidissent quod fecerat signum‹ dicebant quia hic est uere propheta‹ qui uenturus est in mundum.,

LEGENDUM IIIIª FERIA AD UIIIIª . IN IIIª EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI‹ IOHEL PROPHETE., (II 15-17)

HAEC DICIT DOMINUS., Canite | 171 | tuba in syon‹ sanctificate ieiunium., Uocate cetum‹ congregate populum., Sanctificate aeclesiam‹ quoadunate senes., Congregate parbulos‹ et suggentes ubera., Egrediatur sponsus . de cubili suo‹ et sponsa de talamo suo.,

Inter uestibulum et altare‹ plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent.,

Parce domine populo tuo et ne des hereditatem tuam in oprobrium.,

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (I Petr. III 10-15)

KARISSIMI‹ qui bult uitam diligereˎ et uidere dies uonos‹ quoerceat linguam suam a malo‹ et labia eius ne loquantur dolum., Declinet autem a malo et faciat bonum‹ inquirat pacem et sequatur eam.,

Quia oculi domini super iustos‹ et aures eius ad preces eorum., Uultus autem domini‹ super facien || tes mala: Et quis uobis nocebitˎ si bonitatis sectatores fuêritis., Set et si quid patimini propter iustitiam‹ beati estis., Metu*m autem eone timueritis‹ et non conturbemini., Dominum autem xpm sanctificate in cordibus uestris., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (VI 15-23)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps quum cognobisset quia uenturi essent iudaei ut raperent eum et facerent eum regem‹ fugiit iterum in montem ipse solus.,

8 suggentes g *add. sup. lin.* 19 preces e *suppl. 2 manu* 22 Metuum *corr.*

Ut autem sero factum est‹ descenderunt discipuli eius ad mare.,

Et quum ascendissent nabem uenerunt trans mare in cap*h*arnaum‹ et tenebre iam facte erant‹ et non uenerat ad eos ihesus., Mare autem uento flante magno exurgebat., Quum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinque | 172 | au*d*triginta‹ uident ihesum ambulantem super mare et proximum naui fieri . et timuerunt.,

Ille autem dicit eis., Ego sum nolite timere., Uoluerunt ergo eum accipere in nabi: et statim fuit nabis ad terram quam ibant.,

Altera die turba que stabat trans mare‹ uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una et quia non introisset cum discipulis suis ihesus in nabem sed soli discipuli eius abissent‹ alie uero superuenerunt nabes adtiberiade iusta locum ubi manducaberunt panem‹ gratias agentes domino., amen.

LEGENDUM . UI[a] FERIA IN III[a] EBDOMADA . AD UIIII[a].,

LECTIO LIBRI‹ MICHE PROPHETE., (VII 18-20) DEO

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est miceas., Quis deus similis tui* qui aufferes iniquitatem‹ || et transis peccatum reliquiarum hereditatis tuae.,

Non inmittet ultra furorem suum‹ quoniam uolens misericordia est.,

Reuertetur et miserebitur nostri‹ et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

Dauit ueritatem iacob‹ et misericordia abraham quae iurasti patribus nostris a diebus antiquis., amen

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (I Petr. IV 7-11)

KARISSIMI‹ estote prudentes sobrii‹ et uigilate in orationibus., Ante omnia autem‹ mutuam in uosmet ipsos caritatem

3 capharnaum h *2 manu add.* 6 autriginta *corr.* 19 tui s *erasum*

continuam abentes‹ quia caritas cooperit multitudinem peccatorum., Ospitales inuicem‹ sine murmuratione.,

Unusquisque sicut accepit gratiam in alter utrum‹ illam administran***tes sicut boni dis | 173 | pensatores multi*formes gratiae dei. Si quis loquitur‹ quasi sermones dei., Si quis administrat‹ tamquam ex uirtute quam administrat deus., Ut in omnibus honorificetur deus per ihesum xpm‹ cui est gloria et imperium in secula seculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM (VI 24-29)

IN ILLO TEMPORE‹ ascendit turba in nauiculas et uenerunt capharnahum‹ querentes ihesum., Et quum inuenissent eum trans mare‹ dixerunt ei› Rabbi‹ quando hic uenîsti., Respondit ihesus e*t* dixit., Amen amen dico uobis‹ queritis me‹ non quia uidistis signa sed quia manducastis ex panibus‹ et saturati estis.,

Operamini non cibum qui periit‹ sed qui permanet in uitam aeternam‹ quem filius hominis dabit uobis., ||

Hunc enim pater‹ significabit deus.

Dixerunt ergo ad eum., Quid faciemus› ut operemur opera dei.,

Respondit ihesus‹ et dixit eis.,

Hoc est opus dei‹ ut credatis in eum‹ quem misit ille., amen

LEGENDUM SABBATO AD III[a] IN TERTIA EBDOMADA.,

LECTIO LIBRI‹ AMOS PROPHAETE., (V 14-15)

HAEC DICIT DOMINUS., Querite bonum et non malum ut uibatis‹ et erit dominus deus exercituum uobiscum., Sicut dixi odite malum et diligite bonum‹ et constituite in porta iudicium., Si forte misereatur dominus deus exercituum reliqu*i*s ioseph., amen.

4 administrantantes *corr.* 14 edixit *corr.* 28 reliquiis i *add. 2 manu*

EPISTOLA PETRI APOSTOLI AD GENTES., (I Petr. V 6-11)

KARISSIMI humiliamini sub illa potentissima manu dei‹ ut no*s* exaltet in tempore uisitationis suae.,

Omne sollicitudinem uestram proicientes in eum‹ quoniam ipsi cura est de uobis., Sobrii | 174 | estote et uigilate‹ quia aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit‹ querens quem deuoret.,

Cui resistite fortes in fide nicil uerentes‹ scientes eamdem passionum in omni quae in mundo est‹ uestre fraternitati fieri., Deus autem omni gratie qui uocabit nos in aeternam gloriam suam in xpo ihesu modicum passos adque temtatos‹ ipse perficiet confirmauit fundauitque ipsi gloria in secula seculorum. amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (VI 30-35)

In illo tempore‹ dixerunt iudaei ad dominum ihesum., Quod tu facis signum ut uideamus‹ et credamus tibi quid operaris.,

Patres nostri manna manducaberunt in deserto‹ sicut scriptum est., Panem de caelo dedi*t* eis manducare.,

Dixit ergo eis ihesus., amen amen dico uobis‹ non moyses dedit ‖ uobis panem de caelo‹ sed pater meus dat uobis panem de caelo uerum., Panis enim dei est qui descendit de caelo‹ et dat uitam mundo., Dixerunt ergo ad eum., Domine‹ semper da nobis panem hunc., Dixit autem eis ihesus., Ego sum panis uite., Qui uenit ad me . non esuriet‹ et qui credit in me non sitiet umquam., amen

3 nos *corr. ex* non   19 dedit t *add. sup lin.*

14 *secundum iohannem.*] Iste locus Ioannis continetur euangelica lectione quae pro prima dominica ad matutinum iam assignata fuit. Quae res confirmat illud quod antea dixi, ordinem missarum ferialium liturgia dominicali recentiorem esse, et quasi nullo ad eam habito respectu digestum.

LEGENDUM IN UICESIMA AD MATUTINUM.,

LECTIO LIBRI‹ DANIELIS PROPHETE., (XIII 1-64)

IN DIEBUS ILLIS‹ erat uir habitans in babilone‹ et nomen eius ioachim.,

Et accepit huxorem nomine susannam‹ filiam celc*h*ie pulcram nimis‹ et timentem dominum., Parentes enim illius quum essent iusti‹ | 175 | erudierunt filiam suam secundum legem moysi.,

Erat autem ioachim diues ualde‹ et erat ei pomerium uicinum domui suae‹ et ad ipsum confluebant iudaeî . eo quod esset honorabilior hominum., Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo‹ de quibus loquutus est dominus . quia egressa est iniquitas de babilone‹ a senibus iudicibus qui uidebantur regere populum.,

Isti frequentabant domum ioachim‹ et beniebant ad eos omnes qui habebant iudicia., Quum autem populus reuertisset per meridiem‹ ingrediebatur susanna et deambulabat in pomerio uiri sui., Et uidebant eam senes quotidie ingredientem et deambulantem‹ *et* exarserunt in concupiscentiam eius., || et euerterunt sensum suum‹ et declinaberunt oculos suos ut non uiderent caelum‹ neque recordarentur iudiciorum iustorum., Erant ergo ambo uulnerati amore eius‹ nec indicaberunt sibi‹ uicissim dolorem suum., Erubescebant enim indicare concupiscentiam suam‹ uolentes concubere cum ea., Et obserbauant cotidie‹

5 celchie h *sup. lin.* 18 et *add. 2 manu*

1 *in uicesima*] Sic etiam inscribitur haec Dominica in Lectionario Romano ab Alcuino emendato, videlicet quod ab ea ad festum Paschae viginti omnino dies superessent. Hac die apud Gotho-Hispanos cathecumeni nomina sua dabant sacerdoti : quare decreto I Concilii II Bracarensis praecipitur, « ut *sicut antiqui* « *canones jubent*, ante dies viginti baptismi ad « purgationem exorcismi catechumeni currant : « in quibus viginti diebus omnino catechumeni « symbolum, quod est *Credo in Deum patrem* « *omnipotentem*, specialiter doceantur. » Ideo quoque ab hac Dominica ad sollemnitatem Resurrectionis Christi nulla dies lectionibus vacat in nostro Lectionario : cum quo vetus ordo Neapolitanus quandam affinitatem habet. Sed et in Ecclesia Hierosolymitana iam inde a saec. IV catechumeni symbolum accipiebant « quando completae fuerant septimanae quinque, » id est, incipiente tertia hebdomada ante Pascha. (*Peregrinatio Silviae*, 2a edit. p. 74.)

sollicitius uidere eam., Dixitque alter ad alterum., Eamus domum‹ quia prandii ora est.,

Et egressi‹ recesserunt asse.,

Quumque reuertissent‹ uenerunt in unum., Et sciscitantes ab i*uicem* causam‹ confessi sunt concupiscentiam suam.,

Et tunc in commune statuerunt tempus‹ quando eam possent inuenire solam.,

Factum est autem quum obseruassent diem abtum‹ | 176 | ingressa est aliquand*o* sicut eri *et* nudiustertius cum duabus solis puellis‹ uoluitque labari in pomerio‹ aestus quippe erat., Et non erat ibi quisquam praeter duos senes absconditos‹ et contemplantes eam.,

Dixit ergo‹ puellis., Adferte midi oleum et s*mig*mata‹ et ostia pomerii claudite ut labem., Et fecerunt sicut praeceperat., Clauseruntque ostia pomerii‹ et egrese sunt per posticum ut adferrent quae iusserat., Nesciebantque senes‹ intus esse absconditos.

Quum autem egressae essent puellae‹ surrexerunt duo senes et occurerunt ad eam‹ et dixerunt.,

Ecce ostia pomerii clausa s*u*nt et nemo nos uidet‹ et in concupiscentia tua sumus.,

Quamobrem‹ adsentire nobis et conmiscere nobiscum., ||

Quod si nolueris‹ dicemus contra te testimonium . quod fuerit tecum iubenis‹ et ob hanc causam emiseris puellas a te., Ingemuit susanna‹ et ait., Angustiae mici sunt undique.,

Si enim hoc fecero‹ mors mici est.,

Si autem non egero‹ non effugiam manus uestras.,

Sed melius est mici absque opere incidere in manus uestras‹ quam peccare in conspectu domini., Et exclamauit uoce magna susanna‹ exclamaberunt autem et senes aduersus eam., Et cucurrit unus‹ et aperuit ostia pomerii., Quum ergo audissent clamorem in pomerio famuli domus‹ inruerunt per posticum ut uiderent quidnam esset.,

5 ab i]uicem *in ras.* 9 aliquandiu *corr.* eri] et *sup. lin.* 13 sticmata *corr. 2 manu* 19 sunt u *ex* i

Postquam autem senes loquuti sunt‹ erubuerunt serbi | 177 | ueaementer: quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna.,

Et facta est dies crastina.,

Quumque uenisset populus ad uirum eius ioachim‹ uenerunt et duo presbiteri pleni iniqua cogitatione aduersum susanna‹ ut interficerent eam.,

Et dixerunt coram populo.,

Mitite ad sunnam filiam celcie uxorem ioachim.,

Et statim miserunt.,

Et uenit cum parentibus et filiis‹ et uniuersis cognatis suis., Porro susanna erat delicata nimis‹ et pulcra speciae., At iniqui illi iusserunt ut discoperiretur erat enim cooperta‹ ut uel sic satiarentur de decore eius., Flebant enim suî . et omnes qui noberant eam.,

Consurgentes autem duo senes in medio populi‹ posuerunt ‖ manus super caput eius.,

Que flens‹ suspexit ad caelum.,

Erat enim cor eius‹ fiduciam habens in domino., Et dixerunt senes., Quum deambuleremus in pomerio soli‹ ingressa est haec cum duabus solis puellis et clausit ostia pomerii‹ et dimisit puellas a se., Uenitque ad eam adulescens qui erat absconditus‹ et concubuit cum ea.,

Porro nos quum essemus in angulo pomerii‹ uidentes iniquitatem‹ cucurrimus ad eos‹ et uidimus eos pariter com*i*sceri., Et illum quidem non potu*i*mus conpraehendere‹ quia fortior nobis erat.,

Et apertis ostiis‹ exilibit.,

Hanc autem quum adpreendissemus‹ interrogabimus quisnam esset adulescens‹ et noluit indicare nobis.,

Huius rei: *nos* testes sumus., | 178 |

Credidit eis multitudo quasi senibus populi et iudicibus‹ et condemnaberunt eam ad mortem.,

25 comisceri i *ex* e 26 potuimus i *sup. lin.* 30 nos *add. 2 manu*

E*x*clamabit autem uoce magna susanna‹ et dixit.,

OR. DEUS AETERNE⸜ qui absconditorum es cognitor⸜ qui nosti omnia ante quam fiant‹ tu scis quoniam falsum tulerunt contra me testimonium.,

Et ecce morior cum nicil horum fecerim‹ quae isti malitiose conposuerunt aduersum me.,

Exaudiuit autem dominus uocem eius.,

Quumque duceretur ad mortem‹ suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris cuius nomen daniel‹ et exclamauit uoce magna.,

Mundus sum *ego* a sanguine hûius.,

Et conuersus omnis populus‹ dixit ad eum., Quid est sermo iste. quem loquutus ês.

Qui quum staret in medio eorum‹ ait., Sic fatui estis filii srahel⸜ non iudicantes neque ‖ quod uerum est cognoscentes⸜ condemnatis filiam srahel?

Reuertimini ad iudicium⸌ quia falsum testimonium loquuti sunt aduersus eam.,

Reuersus est ergo populus cum festinatione‹ et dixerunt ei. senes

Ueni et sede in medio nostri et iudica nobis‹ quia tibi dedit deus honorem senectutis.,

Et dixit ad eos daniel.,

Separate illos ab inuicem procul‹ et *di*iudicabo eos

Quum ergo diuisi essent alter ab altero‹ uocauit unum de eis⸌ et dixit ad eum.,

INUETERATE dierum malorum⸜ nunc uenerunt peccata tua quae operabaris prius⸜ iudicans iudicia iniusta⸜ innocentes opprimes . et dimites noxios⸜ dicente domino innocentem et iustum non interficies.,

Nunc ergo si uidisti eos‹ | 179 | die sub qua harbore uidisti eos loquentes sîbi., Qui ait.,

1 Exclamabit x *ex* t 11 ego *sup. lin. add.* 24 diiudicabo di *om. in* 1ª *scriptione* 25 de eis] hoster ‹ et simacus ‹ est nomen senex., *add. marg.*

INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S COLLEGE LIBRARY

Sub *s*cino., Dixit autem daniel.,

Recte mentitus es in caput tuum., Ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo‹ scindet te medium.,

Et amoto eo‹ iussit uenire alium et dixit ei.,

Semen canahan et non iuda⸌ species decepi*t*te⸌ et concupiscentia subuertit cor tuum ? Sic faciebatis filiabus srahel‹ et ille timentes loquebantur uobis‹ set non filia iuda⁑ sustinuit iniquitatem uestram., Nunc ergo‹ dic mici sub qua harbore conpreenderis eos loquentes sibi.,

Qui ait., Sub prino.,

Dixit autem ad eum daniel.,

Recte mentitus es et tu in caput tuum.,

Manet enim angelus domini ‖ gladium habens ut secet te medium‹ et interficiet uos ambo*s*., Exclamauit itaque omnis populus uoce magna‹ et benedixerunt deo qui salbat sperantes in se.,

Et consurrexerunt aduersus duos presbiteros‹ conuicerat enim eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium., Feceruntque eis‹ sicut male eger*a*nt aduersus proximum suum‹ ut facerent secundum legem moysi‹ et interfecerunt eos.,

Et salbatus est sanguis innoxiûs . in die illa.,

Celcias autem et uxor eius‹ laudaberunt dominum pro filia sua susanna‹ cum ioac*h*im marito eius et cognatis omnibus‹ quia non est in ea inuenta res turpis., Daniel autem factus est magnus in conspectu populi‹ a die illa et deinceps | 180 |

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI‹ AD DUODECIM TRIBUS.,
(IV 1-16)

KARISSIMI‹ unde uella et lites in uobis⸌ nonne ex concupiscentiis uestris quae militant in membris uestris ?

Concupiscitis et non habetis⸌ occiditis et zelatis‹ et non potestis adipisci., Litigatis et belligeratis et non habetis‹ propter

1 scino s *2 manu* lentisco *add. marg.* 5 decepite *corr.* 10 prino] ilize *marg.* 14 ambos s *add. sup. lin.* 19 egerant a *ex* u 23 ioachim h *add. sup. lin.* 26 dudecim *corr.*

quod non postulastis., Petitis et non accipitis eo quod male petatis‹ et in concupiscentiis uestris consummatis.,

Adulteri‹ nescitis quia amicitia huius mundi‹ inimica est dei? Quicumque ergo uoluerit amicus esse seculi huius‹ inimicus dei constituitur., Aut putatis quia inaniter scriptura dicat ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in uobis‹ maiorem autem dat gratiam., ||

Propter quod dicit.,

Deus superuis resistit‹ humilibus autem dat gratiam.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (VIII 15-20)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquutus est fariseis dicens., Uos secundum carnem iudicatis‹ ego non iudico quemquam., Et si iudico ego iudicium meum uerum est quia solus non sum set ego et qui misit me pater.,

Et in lege uestra scriptum est quia duorum hominum testimonium uerum est.,

Ego sum qui testimonium peribeo de me ipso‹ et testimonium peribet de me qui misit me pater.,

Dicebant ergo illi., Ubi est pater tuûs., Respondit ihesus.,

Neque me scitis‹ neque patrem meum.,

Si me sciretis‹ forsitan et patrem meum sciretis.,

Haec uerba loquutus est ihesus | 181 | in gazofilacium‹ docens in templo., Et nemo adpreendit eum‹ quia nondum uenerat hora eius., amen

ITEM LEGENDUM MEDIANTE DIE FESTO., AD MISSAM

LECTIO LIBRI‹ DANIHELIS PROPHETAE., (X 1-XI 2, XII 1-13)

IN DIEBUS ILLIS‹ anno tertio ciri regis persarum‹ uerbum reuelatum est danihel*i* cognomento baltasar

Et uerum berbum et fortitudo magna‹ intellexitque sermonem., Intellegentia enim est opus in uisione.,

In diebus illis‹ ego danihel lugebam trium ebdomadarum diebus., Panem desiderabilem non comedi‹ et caro et uinum non introierunt in os meum.,

Sed neque ungento hunctus sum‹ donec conplerentur || trium ebdomadarum diebus., Die autem uicesima et quarta mensis primi‹ eram iusta flubium magnum qui est tigris.,

Et lebabi oculos meos‹ et uidi.,

Et ecce uir *unus* uestitum lineis‹ et renes eius accincti auro obrizo‹ et lumbi eius accincti erant colore effaz.,

Et corpus eius quasi crisolitus‹ et facies eius uelut species fulg*u*ris‹ et occuli eius ut lampas ardens‹ et bracia eius et que deorsum usque ad pedes‹ quasi species eris candentis., Et uox sermonum eius‹ ut uox multitudinis.,

Uidi autem ego danihel‹ solus uisionem., Porro uiri qui erant mecum non uiderunt‹ sed terror nimius inruit super eôs : et fugierunt in absconditum., Ego autem relictus sum solus‹ uidi uisionem | 182 | grandem hanc et non remansit in me fortitudo.,

Sed species mea inmutata est in me‹ et emarcui nec abui quicquam uirium.,

Et audiui uocem sermonum eius‹ et audiens iacebam consternatus super faciem meam

2 danihelis h *sup. lin.* 4 danieli i *ex* o 13 lebabi ba *sup. lin. add.* 14 unus *in* um *eraso* 17 fulguris u *ex* o *corr. 2 manu*

1 *mediante die festo.*] Multa sunt quae dicantur de hoc « mediante die festo », cui respondet apud Graecos et Mediolanenses festum Mediaepentecostes. Videsis ea quae disputavi in ephemeride *Revue bénédictine*, tom. VI, (1889) p. 99 sq.

Uultusque meus‹ herebat terrae.,

Et ecce manus tetigit me‹ et erexit me super genua mea‹ et super articulos manuum mearum‹ et dixit ad me.,

Daniel uir desideriorum‹ intellege uerba quae *ego* loquor ad te‹ et sta in gradu tuo.,

Nunc *enim*‹ missus sum ad te.,

Quumque dixisset mici sermonem istum‹ steti tremens et ait ad me., Noli timere danihel‹ quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intellegendum ut te affligeres in conspectu dei tui‹ exaudita *sunt* uerba tuâ . || et ego . ueni propter sermones tuos., Princeps autem regni persarum restitit mici uiginti et uno diebus.,

Et ecce micahel unus de principibus primis‹ uenit in adiutorium meum., Et ego remansi ibi‹ iuxta regem persarum., Ueni autem ut docerem te‹ quae uentura sunt populo tuo in nobissimis diebus‹ quoniam aduc uisio indiges., Quumque loqueretur mici huiuscemodi uerbis‹ deieci uultum meum in terra et tacui. Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea et aperuit os meum‹ loquutus sum et dixi ad eûm. qui stabat contra me., Domine mi‹ in uisione tua dissolute sunt conpages mee‹ et nicil in me remansit uirium.,

Et quo modo potest serbus domini mei | 183 | loqui cum domino meo.,

Nicil in me remansit uirium‹ sed et alitus meus intercluditur., Rursum ergo tetigit me quasi uisio filii hominis‹ et confortauit me et dixit.,

Noli timere uir desideriorum‹ pax tibi confortare et esto robustus., Quumque loqueretur mecum‹ conualui et dixi.,

Loquere domini mi‹ quia confortasti me., Et ait.,

Numquid scis quare uenerim ad te? Et nunc reuertar‹ ut prelier aduersum principem *persarum., Quumque enim* egrederer‹ apparuit princeps grecorum ueniens.,

4 ego *sup. lin. 2 manu* 6 enim *corr. marg. ex* autem 10 sunt *sup.* est *eras. 2 manu* 20 dissolute s *add. sup. lin.* 31 persarum — enim *2 manu in rasura*

Uerumtamen⁏ adnuntiabo tibi^ quod expressum est in scriptura ueritatis.,

Et nemo est adiutor meus in omnibus his⁏ nisi micahel princeps uester., Ego autem ab anno primo darii medi stabam ‖ ut confortaretur⁏ et roboraretur., Et nunc⁏ ueritatem adnuntiabo tibi.,

In tempore autem illo⁏ consurget micahel princeps magnus qui stat pro filiis populi tui., Et ueniet tempus quale non fuit ab eo quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illut., Et in tempore illo salbabitur populus tuus⁏ omnis qui inuentus fuerit in libro scriptus.,

Et multi de his qui dormi*unt in terrae pulberem⁏ euigilabunt⁏ alii in bi*tam eternam^ *et alii in opprobrium ut uide*ant semper.,

Qui autem docti fuerint⁏ fulgebunt quasi splendor firmamenti.,

Et qui ad iustitiam erudiunt multos⁏ fulgebunt quasi stellas in perpetuas eternitates.,

TU AUTEM DANIHEL⁏ clude sermonem et signa librum⁏ usque ad tempus statutum., | 184 |

Pertransibunt plurimi⁏ et multiplex erit scientia.,

Et uidi e*go danihel⁏ et ecce quasi alii duo stabant unus hinc super ripam fluminis⁏ et alius inde ex altera ripam fluminis.,

Et dixi uiro qui indutus erat lineis⁏ qui stabat super aquas fluminis., Domine mi usquequo finis horum mirabilium.,

Et audibi uirum qui indutus erat lineis⁏ qui stabat super aquas fluminis.,

Quum lebasset dext*ram et sinistram suam in caelum⁏ et iurasset per uiuentem in sempiternum⁏ quia in tempus temporum⁏ et dimidium temporis⁏ et quum conpleta fuerit dispersio manus populi sancti⁏ conplebuntur uniuersa haec.,

Et ego audiui⁏ et non intellexi.,

Et dixi., Domine mi⁏ quid erit post haec^, Et ait., ‖

Uade danihel quia clausi sunt signatique sermones⁏ usque ad tempus praefinitum.,

7 populo *corr.* 12 et *add. in marg.* alii — vide *in rasura* 19 ergo 25 dexteram

Eligentur et dealbabuntur et quasi igni probabuntur multi., Et impie agent impii‹ neque intellegent omnes impii., Porro docti‹ intellegent., Et a tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificium⸌ et posita fuerit abominatio in desolatione dies mille docentos nonaginta⸌ beatus qui expectat et peruenit ad dies mille trecentos *triginta* quinque.,

Tu autem danihel uade ad prefinitum et requiesce‹ et sta*bis* in sorte tua *usque* in finem dierum

Hic non respondunt amen

EPISTOLA IACOBI APOSTOLI‹ AD XII TRIBUS., (III 14-18)

KARISSIMI‹ si zelum amarum habetis et contemtiones in cordibus uestris‹ nolite gloriari et mendaces esse | 185 | aduersus ueritatem.,

Non est ista sapientia de sursum descendens‹ sed terrena animalis diabolica.,

Ubi enim zelus et contemtio‹ ibi inconstantia‹ et omne opus prabum., Quae autem de sursum est sapientia‹ primum quidem pudica est.,

Deinde‹ pacifica⸌ modesta⸌ suadibilis⸌ bonis consentiens⸌ plena misericordia‹ et fructibus bonis., ** iudicans‹ *** sine simulatione.,

Fructus autem ius*ti*tiae in pace seminatur‹ facientibus pacem.,

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM (VII 14-30)

IN ILLO TEMPORE‹ mediante die festo‹ ascendit ihesus in templum et docebat et mirabantur iudaei dicentes.,

Quomodo hic littera scit⸌ quum non didicêrit.,

Respondit eis ihesus et dixit.,

Mea doctrina non est mea || sed eius qui misit me.,

1 et q. i. probabuntur *add. marg.* 6 trecentos] quadraginta quinque 7 stabis bis *add. 2 manu*
8 usque *sup. lin.* 22 iustitiae ti *add. sup. lin.*

Si quis uoluerit uolumtatem eius facere⁄ cognoscet de doctrina utrum ex deo sit⁄ an ego a me ips*o* loquar.,

Qui a semet ipso loquitur⁄ gloriam propriam querit.,

Qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum⁄ hic uerax est⁄ et iniustitia in illo non est.,

Nonne moyses dedit uobis legem\ et nemo ex uobis facit legem ? Quid me queritis interficere., Respondit turba et dixit., Demonium habes ? Quis te querit interficêre., Respondit ihesus et dixit eis., Unum opus fecî . et omnes miramini.,

Propterea mo*y*ses dedit uobis circumcisione⁄ non quia ex moyse est sed ex patr*i*bus⁄ et in sabbato circumciditis hominem., Si circumcisionem accipit homo | 186 | in sabbato ut non s*o*lbatur lex moisi\ mici indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato ?

Nolite iudicare secundum faciem⁄ sed iustum iudicium iudicate.,

Dicebant ergo quidam ex iherosolimis., Nonne hic est quem querunt interficere., et ecce palam loquitur\ et nicil ei dicunt ?

Numquid uere cognoberunt principes\ quia hic est xps ?

Sed hunc scimus unde sit.,

Xps autem quum uenerit⁄ nemo scit unde sit.,

Clamabat ergo ihesus docens in templo⁄ et dicens.,

Et me scitis\ et unde sim scitis\ et a me ipso non ueni⁄ sed est uerus qui misit me quem uos nescitis., ego scio eum.,

Et si dixero quia nescio eum⁄ ero uobis similis mendax.,

Et scio eum∴ quia ab *ip*so sum⁄ ‖ et ipse me misit.,

Querebant ergo eum adpreendere⁄ et nemo misit in illum manus quia nondum uenerat ora eius., amen

2 ipso o *ex* e   10 moyses y *ex* i   11 patrebus *corr.*   12 solbatur o *ex* a   26 ipso ip *add. sup. lin.*

ITEM LECTIONES DE TRADICIONE DOMINI.,

IN PRIMA . S EBDOMADA . SECUNDA FERIA . AD AD NONAM.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (I 1-4, 24-26)

UISIO *hesaye filii amos quam uidit super iudeam et iherusalem‹ in diebus ozie ioatan acaz et hezehzie regum iuda.,

Audite celi et auribus percipite terram‹ quoniam dominus loquutus est., | 187 |

Filios enutribi et exaltabi‹ ipsi autem spreuerunt me.,

Cognobit bos possesorem suum‹ et asinus presepem domini sui.,

Srael me non cognouit‹ populus meus me non intellexit.,

Ueae genti peccatrici filii scelarati‹ dereliquerunt dominum‹ blasfemaberunt sanctum srael., Abalienati sunt retrorsum., Propter hoc‹ ait dominus exercituum fortis srael.,

Consolabor super hostibus meis‹ et uindicabor de inimicis meis., Et conuertam manum meam ad te sion‹ et exquoquam ad purus scoriam tuam⸜ et aufferam omnem stagnum tuum⸜ et restituam iudices tuos ut fuerunt prius et consiliarios tuos sicut antiquitus., Post haec‹ uocaberis ciuitas iusti . ur*bs fidelis sion‹ ait dominus omnipotens.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI AD GENTES., (I Joan. 1 1-4)

KARISSIMI‹ quod erat ab initio⸜ quod audiuimus⸜ quod uidimus oculis nostris . quod prespeximus . et manus nostrae tractauerunt de uerbo uite⸜ et uita manifestata est nobis et

1-2 *de tradicione domini in primas ebdomada*] Per illas ultimas tres quadragesimae hebdomadas Toletana Ecclesia passionem Domini specialiter recolebat. Ideo hic « prima ebdomada » notatur, quasi aliud tempus incipiat, ab ipsa quadragesima distinctum. Conferendus hic omnino est Socratis scholastici locus (*Hist. Eccl.*, lib. V, c. 22), ubi ait, « eos qui « Romae sunt, *tres tantum continuas hebdo-* « *madas* ante Pascha, exceptis Sabbato et Do- « minico die, jejunare. »

uidimus⁄ et testamur et adnuntiamus uobis uitam aeternam quae erat aput patrem⁄ et apparuit nobis.,

Quod ergo uidimus et audiuimus adnuntiamus uobis⁄ ut et uos societatem habeatis nobiscum⁄ et societas nostra sit cum patre et cum filio eius ihesu xpo⁄ et haec scribimus uobis . ut gaudium nostrum sit plenum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM IOHANNEM., (VI 35-39)

IN ILLO TEMPORE⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur iudaeis dicens.,

Eg*o* sum panis uite., Qui uenit ad me⁄ non esuriet., Et qui credit in me⁄ non sitiet unquam.,

Sed dixi uobis⁄ quia et uidistis me⁄ | 188 | et non credidistis.,

Omne quod dat mici pater⁄ ad me ueniet., Et eum qui uenit ad me non eiciam foras⁄ quia de caelo descendi non ut faciam uolumtatem meam sed uolumtatem eius qui misit me.,

Haec *est* autem uolumtas eius qui misit me⁄ ut omne quod dedit mici non perdam ex eo⁄ sed resuscitem illut nobissimo die.,

Haec est enim uolumtas patris mei qui misit me⁄ ut omnis qui uidet filium et credit in *eum habe*a*t uitam aeternam⁄ et ego resuscitabo eum in nobissimo die., amen

LEGENDUM III[a] FERIA . POST UICESIMA AD NONAM.,

LECTIO LIBRI⁄ HESAYE PROFETE., (V 20, 23-27)

IN DIEBUS ILLIS⁄ loquutus est esayas dicens., Ueae qui dicitis malum bonum., Ponentes tenebras in lucem⁄ et lucem in tenebras., ||

Ponentes amarum dulce⁄ et dulcem in amarum.,

Qui iustificatis impium pro muneribus eius⁄ et iustiam iusti aufertis ab eo.,

11 ego o *om. in prima scriptione* 17 est *add. sup. lin.* 20 habeat a *2 manu* 22 uecesima *corr.*

Propter hoc‹ sicut deuorat stipulam lingua* ignis‹ et calor flame exurit‹ sic radix eorum quasi fabilla erit: et germen eorum ut pulbis ascendet., Abiecerunt enim legem domini exercituum‹ et eloquium sancti srahel blasfemaberunt., Et ideo iratus est furor domini in populos‹ et extendit manum suam super eos et percussit eos‹ et ecce festinus uelociter ueniet.,

Non est deficiens‹ neque laborans.,

Non dormitauit‹ neque obdormiet.,

Neque soluetur cingulum renum eius‹ nec rumpetur corriam calciamentorum eius ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES (I 10-II 2)

KARISSIMI‹ si dixerimus quia peccatum non | 189 | habemus‹ mendacem facimus deum‹ et uerbum eius non est in nobis.,

Filioli mei‹ haec scribo uobis‹ ut non peccetis., Sed et si quis peccauerit‹ aduocatum habemus aput patrem ihesum xpm iustum‹ et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.,

Et non pro nostris tantum‹ sed aetiam pro totius mundi., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM (VI 41-47)

IN ILLO TEMPORE‹ murmurabant iudaei de ihesu‹ quia dixisset ego sum panis qui de caelo descendi‹ et dicebant.,

Nonne hic est filius ioseph . cuius nos nobimus patrem et matrem ?

Quomodo dicit hic‹ quia de caelo descêndit., Respondit ergo ihesus et dixit eis., Nolite murmurare in inuicem.,

Nem*o* potest uenire ad me‹ nisi pater qui misit me traxerit eûm . et ego resuscitabo eum nobisimo die., ||

Et scriptum est in prophaetis‹ et erunt omnes docibiles dei.,

Omnis qui audibit a patre et didicit‹ uenit ad me.,

1 lingua m *expunctum*   27 Nemo o *add. sup. lin.*

Non quia patrem uidit quisquam nisi his qui est a deo‹ hic uidit patrem., amen amen dico uobis., Qui credit in me‹ habet uitam aeternam., amen.,

LEGENDUM IIII^a FERIA AD UIIII^a

LECTIO LIBRI‹ HOSE PROPHAETE., (V 10, VII 13-16, XIII 4)

HAEC DICIT DOMINUS., Facti sunt principes iuda‹ quasi adsumentes terminum.,

Super eos effundam quasi aquam iram meam., Ueae eis quoniam recesserunt a me., Uastati sunt‹ quia preuaricati sunt in me., Et ego redemi eos‹ et ipsi loquuti sunt contra me mendacium., Et non clamaberunt ad me in corde suô . sed ululabant in cubilibus suis.,

Recesserunt a me‹ et ego erudiui et confortaui brachia eorum‹ et in me cogitauerunt malitiam., | 190 |

Reuersi sunt ut essent absque iugo‹ facti sunt quasi arcus dolosus., Cadent in gladio principes eorum‹ a furore lingue sue., Ego sum autem dominus deus uester ex terra egypti‹ et deum absque me nesci*e*tis‹ et salbator non est praeter me.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES., (II 3-6) DEO GRATIAS.,

KARISSIMI‹ in hoc scimus quoniam cognobimus deum‹ si mandata eius obserbemus., Qui dicet se nosse eum . et mandata eius non custodit‹ mendax est et in eo ueritas non est.,

Qui autem serbat uerbum eius‹ uere in hoc karitas dei perfecta est., Et in hoc scimus‹ quoniam *in* ipso sumus., Qui dicit se in illo manere‹ deuet sicut ille ambulauit et ipse ambulare., amen

18 nescietis e *2 manu* 25 in *2 m.*

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANEM (VI 47-55)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps || loquebatur iudeis dicens.,

Amen amen dico uobis

Qui credit in me‹ habet uitam aeternam., Ego sum panis uite.,

Patres uestri‹ manducaberunt in deserto manna^ et mortui sunt., Hic est panis qui de caelo descendit., Si quis ex ipso manducaberit‹ non morietur., Ego sum panis uibus‹ qui de caelo descendi.,

Si quis manducaberit ex hoc pane‹ uibet in eternum.,

Et panis quam ego dabo ei‹ caro mea est pro mundi uitam.,

Litigabant ergo iudaei ad inuicem dicentes.,

Quomodo potest hic nobis‹ carnem suam dare ad mandu***-cândum., Dixit ergo eis ihesus., amen amen dico uobis

Nisi manducaberitis carnem filii hominis‹ et biberitis eius sanguinem‹ non habebitis uitam in uobis., | 191 |

Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem‹ habet uitam aeternam.,

Et ego resuscitabo eum nobissimo die., amen

LEGENDUM . U FERIA AD UIIII[a].,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (IX 7-9, 12)

HAEC DICIT DOMINUS., ECCE CONFLABO‹ et conprobabo inimicos meos., Quid enim aliut faciam‹ a facie filiae populi mei., Sagitta uulnerans lingua eorum‹ dolum loquuta est in ore suo.,

Pacem cum amico suo loquitur‹ et occulte ponit insidias.,

Numquid super his‹ non uisitabo dicit dominus ? Si quis est sapiens qui intellegat hoc et ad quem uerbum domini fiat‹ adnuntiet istut ait dominus omnipotens., amen

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES., (III 11-12)

KARISSIMI‹ haec est adnuntiatio quam audistis ab initio ut diligamus nos inuicem., ||

Non sicut cayn qui ex maligno erat‹ occidit fratrem suum abel., Et propter quod occidit eum quoniam opera eius maligna erant‹ fratris autem eius erant iusta‹ per ihesum xpm dominum nostrum.,

LAECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (VI 59-64)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Hic est panis qui de caelo descendit., Non sicut manducaberunt patres uestri manna‹ et mortui sunt.,

Qui manducat hunc panem‹ uibet in aeternum., Haec dicens in s*y*nagoga‹ docens in cap*h*arnaum., Multi ergo audientes ex discipulis eius‹ dixerunt.,

Durus est hic sermo‹ quis potest eum audîre., Sciens autem aput semetipsum‹ quia murmurabant de hoc discipuli eius‹ dixit eis., Hoc uobis non scandalizet., Si ergo uideritis filium hominis ascendentem | 192 | ub*i* erat prius‹ spiritus est qui uiuificat., Caro non prode est quicquam., Uerba quae ego loquutus sum uobis‹ spiritus et u*i*ta sunt., amen.

LEGENDUM UI FERIA AD UIIII[a].,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XII 7-10 14-15)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit iheremias.,

Dedi dilectam animam meam in⁎m⁎anibus inimicorum eius.,

Facta est mici hereditas mea quasi leo in silba‹ dedit contra me uocem‹ ideo odibi eam.,

15 synagoga y *ex* i   capharnaum h *add. 2 manu*   20 uberat *corr.*   22 uita i *sup. lin.*

Numquid abis discolor\ hereditas mea mici ? Numquid abis distincta per totum ?

Uenite congregamini omnes bestiae terrae∴ praeparate ad deborandum., Pastores multi demoliti sunt uineam meam∠ *conculcaberunt partem meam*

Haec dicit dominus., Ecce ego euellam eos de terra∠ et domum iuda euellam de medio eorum.,

Et quum e*u*ulsero eos∠ conuertar et miserebor eorum ait dominus omnipotens., amen ||

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI∠ AD GENTES., (III 18-20)

KARISSIMI∠ non diligamus nos ueruo tantum et lingua∠ sed opere et ueritate.,

In hoc cognoscimus quoniam ex ueritate sumus∠ et in conspectu eius suadebimus corda nostra.,

Quoniam si non repreenderit nos cor nostrum∠ maior est deus cordi nostro et nobit omnia cui honor et gloria in secula seculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM IOHANNEM., (X 24-28)

IN ILLO TEMPORE∠ dicebant iudei ad dominum ihesum xpm

Quousque animam nostram tôllis.,

Si tu es xps∠ dic nobis palam.,

Respondit ihesus., Loquor uobis et non creditis opera quae ego facio in nomine patris mei∠ haec testimonium peribent de me., Et uos non creditis∠ quia non estis ex obibus meis.,

Obes meae uocem meam audiunt∠ et ego cognosco eas et secuntur me∠ et ego uitam aeternam do eis., amen | 193 |

4-5 conculc. p. meam *add. marg.* 8 eulsero *corr.*

LEGENDUM SABBATO AD III[a]

LECTIO LIBRI⸵ ESAYE PROPHETE., (L 8-10)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Quis contradicet mici⸵ stemus simul., Quis est aduersarius meus⸵ accedat ad me.,

Ecce dominus deus auxiliator meus⸵ quis est qui condemnet me.,

Ecce quasi uestimentum conterentur˄ tinea comedet eos.,

Quis ex uobis timet dominum⸵ audiens uocem serbi sui speret in nomine domini⸵ et innitatur super dominum suum., amen.,

AEPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI⸵ AD GENTES., (III 2-3)

KARISSIMI⸵ nunc filii dei sumus⸵ et nondum apparuerit quid facturi sumus., Scimus quoniam quum apparuerit⸵ similes ei erimus⸵ quoniam uideuimus eum sicuti est., Et omnis qui habet spem hanc in eo⸵ sanctificat se sicut et ille sanctus est.,

LECTIO SANCTI AEUANGELII SECUNDUM IOHANNEM (VII 33-38)

In illo tempore⸵ dominus noster ihesus xps locutus est discipulis suis et turbis dicens., ||

Aduc modicum tempus uobiscum sum⸵ et uado ad eum qui misit me., Queritis me et non inuenietis⸵ et ubi ego sum⸵ non potestis uenire.,

In nobissimo autem die magno festiuitatis⸵ stabat ihesus et clama*bat* dicens.,

Si quis sitit⸵ ueniat ad me et uibat., Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de uentre eius fluent aque uibe., amen.,

24 clamabat bat *in* t *eraso*

ITEM LEGENDUM.˙, DE LAZARO . AD MATUTINUM.,

LECTIO LIBRI⸓ IEREMIE PROPHETE.,

(Thren. III 1-20, 52-66, 21, 24-31)

IN DIEBUS ILLIS⸓ loquutus est iheremias dicens., Ego uir uidens paupertatem meam⸓ et uirgam indignationis eius me minabit⸓ et ad*du*xit in tenebris et non in lucem.,

Tantum in me uertit⸓ | 194 | et conuertit manum suam tota die., Uetustam fecit pellem meam⸓ et carnem meâm . contribit omnia ossa mea., Edificauit in giro munitionem⸓ et circumdedit me felle et amaritudine.,

In tenebris conlocauit me⸓ quasi mortuos sempiternos.,

Circumedificabit aduersum me ut non egrediar⸓ adgrabauit conpedem meum.,

Sed et quum clamabero et rogabero⸓ exclusit orationem meam., Conclusit uias meas lapidibus quadris⸓ semitas meas subuertit.,

Ursus insidians⸓ factus est mici leo in absconditis.,

Semitas meas subuertit et confregit me⸓ posuit me desolatum., Tetendit arcum suum⸓ et posuit me quasi signum ad sagittam.,

Misit in renibus meis⸓ || filias faretrae suae

Factus sum in derisu omni populo meo⸓ canticum eorum tota die., Replebit me amaritudinibus⸓ inebriauit me absintio.,

Et fregit ad numerum dentes meos⸓ cibauit me cinere.,

Et repulsa est anima mea⸓ oblitus sum bonorum et dixi.,

6 adduxit du *in rasura*

1 *de Lazaro*] Ita quoque inscribitur in Missali Ambrosiano vetere haec Dominica, quam nunc Romano more *Dominicam de passione* appellamus. Huic assignatur in codice nostro et in liturgia Mediolanensi Evangelium de Lazaro abs JESU suscitato, quod in lectionario Romano legitur feria sexta post quartam Dominicam Quadragesimae, in Capitulari autem Evangeliorum Neapolitano « post V dominicas de XLgisima, feria VI de Lazarum. » Qui mos videtur ab Hierosolymitana Ecclesia sicuti alia multa fluxisse : ibi enim sabbato ante dominicam palmarum frequens erat populi concursus ad Lazarium in Bethaniam, et legebatur « ipse locus de evangelio, ubi occurrit soror Lazari Domino. » (*S. Silviae Peregrinatio*, 2ª edit., p. 58.) Istud ipsum Evangelium publice pœnitentibus specialiter aptatum fuisse apparet ex citato sermone S. Augustini, inter Maianos CXXV.

Periit finis meus: et spes mea a domino., Recordare paupertatis et transgressionis meae‹ absintii et fellis.,

Memoriam memor ero‹ et tabescit in me anima mea

Uenatione ceperunt me quasi abem inimici mei gratis., Lapsa est in lacu uita mea‹ et posuerunt lapidem super me., Inundauerunt aque super caput meum et dixi., Perii: Inuocabi nomen tuum domine‹ de lacis nobissimis., Uocem meam | 195 | audisti‹ ne auertas aurem meam a singultu meo‹ et clamoribus., Adpropinquasti in die quando inuocabi te‹ dixisti ne timeas.,

Iudicasti domine causam anime meae‹ redemtor uite meae., Uidisti domine iniquitatem aduersum me‹ iudica iudicium meum., Uidisti omnem furorem uniuersas cogitationes eorum aduersum me‹ audisti obprobria eorum domine‹ omnes cogitationes eorum aduersum me., Labia insurgentium mici‹ et meditationes eorum aduersum me tota die

Sessionem eorum et resurrectionem eorum uide‹ ego sum psalmus eorum. Reddes eis uicem domine‹ iusta omnia opera manuum suarum., Dabis eis scutum cordis‹ laborem tuum.,

Persequeris eos in furore‹ et contere eos sub caelis domine., ‖

Hoc recolens in corde meo‹ *in* deo sperabo., Pars mea dominus dixit anima mea‹ propterea expectabo eum., Bonus est dominus sperantibus in eum‹ anime querenti illum., Bonum est prestolare salutare domini‹ cum silentio., Bonum est uiro‹ quum portaberit iugum ab adulescentia sua., Sedeuit solitarius et tacebit‹ quia leuabit super se.,

Ponet in pulbere os suum‹ si forte sit spes., Dabit percutienti se maxillam‹ satiauitur obprobriis., Quia non reppellet in sempiternum dominus., amen

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (I Petr. IV 13-19)

KARISSIMI‹ comunicantes . xpi passionibus gaudete‹ ut et in reuelatione gloriae eius‹ gaudeatis exultantes.,

17 reddes s *add. sup. lin. 2 manu* 20 meo] ideo *corr. 2 manu*

Si exprobramini in nomine xpi beati estis‹ quoniam gloria dei spiritus in uobis requiescit., | 196 |

Quod ab illis quidem blasfematur‹ a uobis autem honorificatur., Nemo autem patiatur quasi homicida⸌ aut fur⸌ aut maledicus‹ aut alienorum appetitor., Si uero ut xpistianus‹ non erubescat., Glorificet autem deum in isto nomine‹ quoniam tempus inquoationis iudicii de domo dei., Si autem initium a nobis⸌ quis finis eorum qui non credunt dei euangelio., Et si iustus uix sal*ba*bitur‹ peccator et impius ubi parebit., Ideoque‹ et hii qui patiuntur secundum uolumtatem deî . fideli creatori comendant animas suas in bene factis., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM
(V 28-29, VII 51-53, 58-59)

In illo tempore‹ dominus noster ihesus xps loquebatur iudeis dicens.,

Amen amen dico uobis‹ quia uenit *h*ora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei. ‖ et qui audierint uibent.,

Nolite mirari hoc quia uenit hora in qua omnes qui in monumenti sunt audient uocem eius‹ et procedent.,

Qui bona fecerunt in resurrectionem uite., Qui uero mala egerunt‹ in resurrectionem iudicii., Amen amen dico uobis si quis sermonem meum serbaberit‹ mortem non uidebit in aeternum.,

Dixerunt ergo iudaei.,

Nunc cognobimus‹ quia demonium habes., Abra*h*am mortuus est et prohete⸌ et tu dicis qui sermonem meum serbaberit mortem non uideuit in aeternum ?

Numquid tu maior es patre nostro abra*h*am⸌ qui mortuus est et prophetae mortui sunt⸌ quem te ipsum facis ?

Respondit ihesus., Amen amen dico uobis‹ ante quam abraham fieret‹ ego sum., | 197 |

Tulerunt ergo lapides: ut iactarent in eum.,

8 salbabitur ba *sup. lin.* 16 ora 24, 27 Abraham h *add. sup. lin.*

Sed nemo misit in illum manus‹ quia nondum ueuerat hora eius.,

ITEM LEGENDUM IN DOMINICO DE.˙, LAZARO AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI‹ LEUITICI., (XXIII 5-8, 23-28, 39-41)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est moyses filiis srahel dicens.,

Mense primo quarta decima die mensis ad uesperum‹ fase domini est., Et in quinta decima die mensis huius‹ sollemnitas azimorum domini est.,

Septem diebus azima comedetis., Dies primus‹ erit uobis celeberrimus sanctusque., Omne opus seruile non facietis in eo‹ sed offeretis sacrificium in igne domino septem diebus., Dies autem septimus‹ erit celeberrior et sanctior., Nullumque opus serbile‹ || facietis in eo., Loquutusque *est* dominus‹ ad moysen dicens.,

Loquere filiis srahel., Mense septimo prima die mensis‹ erit uobis sabbatum memorabile clangentibus tubis^ et uocabitur sanctum.,

Omne opus serbile non facietis in eo‹ et offeretis olocaustum domino., Loquutusque est dominus‹ ad moysen dicens.,

Decimo die mensis huius septimi‹ dies expiationis erit celeberrimus‹ et uocabitur sanctus.,

Affligetisque animas uestras in eo‹ et offeretis holocaustum domino.,

Omne opus non facietis in tempore diei huius‹ quia dies expiationis est ut propitiaetur uobis dominus deus uester.,

Die prima et die octaba‹ erit sabbatum id est . requies.,

Sumetisque uobis die primo fructus harboris pulcerrime patu-

14 est *add. marg. 2 manu*

7 *quarta decima die*] Conf. in Brev. Rom. Responsorium I Dominica de Passione ad Matutinum.

lasque palmarum⸵ | 198 | et ramos ligni densarum frondium et salices de torrente⸵ et letabimini coram domino deo uestro.,. Celebrabitisque sollemnitatem eius⸵ septem diebus per annum., Legitimum sempiternum erit⸵ in generationibus uestris., amen.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI AD GENTES., (V 16-20)

KARISSIMI⸵ si quis scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem⸵ petat pro eo et dauit ei uitam deus.,

Sed peccantibus⸵ non ad mortem.,

Est enim peccatum ad morte⸵ non pro illo dico ut roget.,

Omnis iniquitas peccatum est⸵ et est peccatum ad mortem.,

Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat⸵ sed generatio dei conserbat eum⸵ et malignus non tangit eum.^

Scimus quoniam ex deo sumus⸵ et mundus totus in maligno positus est., Et scimus quoniam filius dei . || uenit et carnem induit nostri causa⸵ et passus est et resurrexit a mortuis.,

Adsumsit nos⸵ et dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerum.^ et simus in uero filio eius ihesu xpo., Hic est uerus deus⸵ et uita aeterna.,

LECTIO SANCTI EUANGELII⸵ SECUNDUM IOHANNEM (XI 1-52)

IN ILLO TEMPORE⸵ erat quidam langue*n*s lazarus⸵ a bethania de castello marie⸵ et marta sororis eius.,

Maria autem erat quae huncxit dominum ungento⸵ et extersit pedes eius capillis suis⸵ cuius frater lazarus infirmabatur., Miserunt ergo sorores eius ad eum⸵ dicentes.,

21 languens n *2 manu*

9 *non pro illo dico ut roget.*] Solebant ea aetate fideles pro poenitentibus rogare pontificem : quo etiam pertinere censeo hunc locum homiliae cuiusdam in Evangelium de Lazaro : « Certe, fratres, non cessatis dicere : Solvite « illum (quemlibet excommunicatum), solvite « illum. Atque utinam clamaretis ad Christum : « Domine, suscita illum, suscita illum, et sic « sacerdotibus diceretis, Solvite illum. » (Cod. Brit. Addit. 30853, fol. 54. Infra, append. III.)

Domine⸵ ecce quem amas infirmatur., Audiens autem ihesus⸵ dixit eis., Infirmitas haec⸵ non est ad mortem⁚ sed pro gloria dei⸵ ut glorificetur filius dei per eum., | 199 |

Diligebat autem ihesus martam⸵ et so*ro*rem eius mariam et lazarum.,

Ut ergo audiuit quia infirmatur⸵ tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus., Deinde post haec⸵ dicit discipulis suis.,

Eamus in iudeam iterum.,

Dicunt ei discipuli., Rabbi⸵ nunc querebant te lapidare iudei⸌ et iterum uades illuc ? Respondit ihesus.,

Nonne duodecim hore sunt diei ? Si quis ambulauerit in diem non o*f*fendit⸵ quia lucem huius mundi uidet.,

Si autem ambulaberit in nocte⸵ offendet quia lux non est in eo., Haec ayt., Et post haec⸵ dicit eis., Lazarus amicus noster dormit⁚ sed uado ut a somno suscitem eum.,

Dixerunt ergo discipuli eius.,

Domine⸵ si dormit salbus erit.,

Dixerat autem ihesus⸵ de morte eius., ||

Illi autem putaberunt⸵ quia de dormitionem somni diceret., Tunc ergo⸵ dixit eis ihesus manifeste., Lazarus mortuus est⸌ et gaudeo propter uos ut credatis⸵ quoniam non eram ibi . sed eamus ad eum., Dixit ergo tomas qui dicitur didimus⸵ ad condisculos suos., Eamus et nos⸵ et moriamur cum eo.,

Uenit itaque ihesus⸵ et inuenit eum quatuor dies⁚ iam in monumento habentem.,

Erat autem bethania iuxta iherosolimam⸵ quasi stadiis quindecim., Multi autem ex iudaeis uenerant ad martam et mariam⸵ ut consolarentur eas de fratre suo., Marta ergo ut audiuit quia ihesus uenit⸵ occurrit illi.,

Mari*a* autem⁚ domui sedebat.,

Dixit ergo marta ad ihesum.,

Domine si fuisses hic⸵ frater meus | 200 | non fuisset mortuus.,

4 sororem 10 *suppl. sup. lin.* 12 ofendit *corr.* 30 Mariautem *corr.*

Sed et nunc scio quia quecumque poposceris a deo‹ dauit tibi deus

Dicit illi ihesus., Resurget frater tuus.,

Dicit ei marta., Scio‹ quia resurget . in resurrectione‹ in nouissimo die., Dicit ei ihesus.,

Ego sum resurrectio et uita.,

Qui credit in me‹ et si mortuus fuerit‹ uiuet., Et omnis qui uiuit et credit in me‹ non morietur in aeternum.,

Credis hoc ? Et ait illi marta.,

Utique domine ego credidi quia tu es xps filius dei∴ qui in hunc mundum uenisti.,

Et quum haec dixisset‹ abiit et uocauit mariam sororem suam silentio dicens.,

Magister adest et uocat te.,

Illa ut audiuit surgit cito et uenit ad eum., Nondum uenerat ihesus in castellum‹ sed erat aduc in illo loco‹ ubi occurrerat ei marta., ||

Iudaei igitur qui erant cum ea in domo et consolabantur eam‹ quum uidissent mariam qui*a* cito surrexit et exiit‹ sequuti sunt eam dicentes., Quia uadit ad monumentum‹ ut ploret ibi.,

Maria ergo quum uenisset ubi erat ihesus‹ uidens eum cecidit ad pedes eius., Et dixit ei.,

Domine si fuisses hic‹ frater meus non fuisset mortuus.,

Ihesus ergo ut uidit eam plorantem‹ et iudaeos qui uenerant cum ea plorantes‹ fremuit spiritu et turbauit semet ipsum‹ et dixit., Ubi posuistis eûm.,

Dicunt ei., Domine‹ ueni et uide.,

Et lacrimatus est ihesus.,

Dixerunt iudaei., Ecce quo modo amabat eûm.,

Quidam autem‹ dixerunt ex ipsis.,

Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere‹ ut hic homo non moreretur ? | 201 |

19 quia a *sup. lin.*

Ihesus ergo rursum fremens in semetipso∕ uenit ad monumentum.,

Erat autem spelunca∕ et lapis superpositus erat ei., Ait ihesus.,

Tollite lapidem., Dicit ei marta soror eius∕ qui mortuus fuerat., Domine . iam fetet⁚ quadriduanus enim est.,

Dicit ei ihesus., Nonne dixi tibi∖ quoniam si credideris uideuis gloriam dei ?

Tulerunt ergo lapidem.,

Ihesus ergo elebatis sursum oculis∕ dixit., Pater gratias ago tibi∕ quoniam audisti me.,

Ego autem sciebam∕ quia semper me audis., Sed propter populum qui circum sta*t* dixi∕ ut credant quia tu me misisti.,

HAEC QUUM DIXISSET∕ uoce magna clamabit.,

LAZARE∕ ueni foras., Et statim qui fuerat mortuus prodiit ligatis pedes et manus institis∕ et facies illius sudario erat ligata., Dicit eis ihesus.,

Soluite eum∕ et sinite abire., ||

Multi aergo ex iudaeis qui uenerant ad mariam et uiderant quae fecit ihesus∕ crediderunt in eum.,

QUIDAM AUTEM EX IPSIS . abierunt ad fariseos⁚ et dixerunt eis quae fecit., Collegerunt ergo pontifices et farisei consilium∕ et dicebant.,

Quid faciemus∖ quia hic homo multa signa facit.,

Si dimittimus eum sic∕ omnes credunt in eum et uenient romanî . et tollent nostrum locum et gentem.,

Unus autem ex ipsis nomen cayphas quum esset pontifex anni illius∕ dixit ad eos.,

Uos nescitis quicquam nec cogitatis∕ quia expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo∕ et non tota gens pereat., Hoc autem a semet ipso non dixit∕ sed quum esset pontifex anni illius | 202 | profetabit∕ quia ihesus moriturus erat pro gente.,

13 circum sta *corr.*

Et non tantum pro gente‹ sed ut fili*o*s dei qui erant dispersi‹ congregaret in unum.,

LEGENDUM IIª FERIA . AD NONAM . POST LAZARO.,

LECTIO LIBRI‹ ABBACUC PROPHETE, (I 2-4, II 1)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit abbacuc.,
Usquequo domine clamabo et non exaudies‹ uociferabo ad te uim patiens et non salbabis., Quare hostendisti mici iniquitatem et laborem‹ uidere predam et iniustitiam contra me˜. Et factum est iudicium et contradictio* potentior ? Propter hoc lacerata est lex‹ et peruenit usque ad finem iudicium‹ quia impius praebaluit aduersus iustum., Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius ‖ in semet ipso‹ iustus autem in fide uiuit . amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES., (II 26-29)

KARISSIMI‹ haec scripsi uobis de his qui seducunt uos.,
Et uos hunctione qua accepistis in eo‹ maneat in uobis., Et non necesse habetis ut aliquis doceat uos‹ sed sicut hunctio eius docet uos de omnibus‹ et uerum est et non est mendacium., Et sicut docuit uos‹ manete in eo.,
Et nunc filioli manete in eo‹ et cum apparuerit habeamus fiduciam et non confundamur ab eo‹ in aduentum eius., Scitis quoniam iustus est‹ scitote quoniam omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (X 27-31)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Obes meae uocem | 203 | meam audiunt‹ et ego cognosco eas . et sequuntur me‹ et ego uitam

1 filios o *ex* u   9 contradictior r *erasum*

aeternam do eis‹ et non peribunt in aeternum., Et non rapiat eas quisquam‹ de manu mea.,

Pater meus quod dedit mici‹ maius omnibus est.,

Et nemo potest rapere‹ de manu patris mei., Ego et pater unum sumus., Sustulerunt lapides iudaei‹ ut lapidarent eum., Et nemo misit in illum manus‹ quia nundum uenerat hora eius., amen

LEGENDUM III^a FERIA POST LAZARO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE.,

(Thren. I 9-10, 12, III 21-22)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est iheremias dicens., Uide domine afflictionem meam‹ quoniam erectus est inimicus.,

Manuum suam misit hostis‹ ad omnia desiderabilia eius.,

O uos omnes qui transitis uiam‹ adtendite et audite si est dolor sicut dolor meus‹ || quoniam uindemiauit me ut loquutus est dominus in die ire furoris sui., Hoc recolens in corde meo ideo sperabo‹ quia non defecerunt miserationis eis., amen.,

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (II Petr. III 8-9)

KARISSIMI‹ hoc uobis non lateat quia unus dies aput deum‹ tamquam mille anni.,

Et mille anni‹ sicut dies huna.,

Non tardat dominus promissis‹ sed patienter et propter uos nolens aliquos perire‹ sed omnes ad penitentiam reuerti per ihesum xpm dominum nostrum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,

(X 32-38)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis et turbis dicens., Multa opera bona hostendi

1 rapiant 2 *manu*   11 Uiddne *corr.*

uobis ex patre meo‹ propter quod eorum opus me lapidatis., Responderunt iudei., De bono opere non lapidamus te‹ sed de blasfemia., | 204 |

Et tu homo quum sis‹ facis te ipsum deum? Respondit ihesus et dixit., Nonne scriptum est in lege uestra‹ quia ego dixi dii estis? Si illo dixit deos ad quod sermo dei factus est et non solbi scriptura‹ quem pater sanctificauit et misit in mundum‹ et uos dicitis quia blasfemas‹ quia dixi filius dei sum?

Si non facio opera patris mei‹ nolite credere mici., Si autem facio et mici non uultis credere‹ operibus credite.,

Ut cognoscatis et credatis‹ quia in me est pater et ego in patrem.,

LEGENDUM IIII[a] FERIA POST LAZARO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE.,

(Thren. I 19-22, III 25, 32)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est iheremias dicens., Uocabi amicos meos‹ et ipsi deceperunt me., Uide domine quoniam tribulor uenter meus conturbatus est‹ omnes inimici mei. || audierunt malum meum.,

Letati sunt‹ quoniam tu fecisti.,

Adduxisti diem consolationis‹ et fient similis mei.,

Ingrediatur omne malum eorum coram te‹ et de uindemia eos sicut uindemiasti me‹ propter omnes iniquitates meas.,

Multi enim gemitus mei‹ et cor meum merens., Bonus est dominus‹ sperantibus in eum‹ animae querenti illum.,

Quia si abiecerit‹ et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum., amen.,

EPISTOLA PETRI APOSTOLI AD GENTES., (II Petr. I 10-11)

KARISSIMI‹ ita agite ut per bona opera‹ certam uestram uocationem electione faciatis., Haec enim facientes‹ non pec-

cabitis aliquando., Sic enim habundanter ministrauitur uobis introitus in aeternum‹ regnum domini nostri et salbator ihesu xpi., amen., | 205 |

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XV 1-5)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Ego sum uitis uera‹ et pater meus agricola est.,

Omnem palmitem in me non facientem fructum‹ tollit eum., Et omnem qui fert fructum purgabit eum‹ ut fructum plus adferat., Iam uos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum uobis‹ manete in me et ego in uobis.,

Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso‹ nisi manserit in uite‹ si nec uos nisi manseritis in me.,

Ego sum uitîs . uos palmites.,

Qui manet in me‹ et ego in eo., amen

LEGENDUM U^a FERIA IN EBDOMADA POST LAZARO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (Thren. I 16, III 54-56)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit iheremias.,

Ecce ego plorans et oculus meus educens aquam‹ quia longe factus est consolator meus‹ || conuertens animam meam.,

Facti sunt filii mei perditi‹ quoniam inualuit inimicus.,

Inundaberunt aque super caput meum‹ et dixi., Perîi., Inuocabi nomen tuum domine‹ de lacis nouissimis., Uocem meam audisti‹ ne abertas aurem tuam a singultu meo., amen.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES., (I 4-7)

KARISSIMI‹ haec scribimus uobis ut gaudium uestrum sit plenum.,

26 Conf. Epistolam « secundo dominico ad missam », supra p. 89.

Et haec est adnuntiatio quam audiuimus ab eo‹ et adnuntiamus uobis., Quoniam deus lux est‹ et tenebre in eo non sunt ulle.,

Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo‹ et in tenebris ambulamus‹ mentimus et non facimus ueritatem., Si autem in luce ambulamus sicut et ipse in luce est‹ societatem habemus ab inuicem: et sanguis ihesu xpi filii eius mundat nos ab omni peccato., amen | 206 |

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM
(XV 12-16)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Hoc est praeceptum meum‹ ut diligatis inuicem sicut dilexi uos., Maiorem hanc dilectionem nemo habet‹ ut animam suam ponat . quis pro amicis suis.,

Uos amici mei estis‹ si feceritis ea que ego precipio uobis.,

Iam non dicam uos serbos quia serbus nescit quid faciat dominus eius., Uos autem dixi amicos‹ quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis.,

Non uos me elegistis‹ set ego elegi uos., Et posui uos ut eatis‹ et fructum adferatis‹ et fructus uester maneat in aeternum.,

Ut quodquumque petieritis in nomine meo‹ det uobis.,

LEGENDUM UI^a FERIA POST LAZARO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE.,
(Thren. I 13, 18, III 24)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit ihaeremias

Misit inimicus ignem in ossibus meis‹ et erudiuit me., Expandit retem pedibus meis . et conuertit me retrorsum.,

Iustus est dominus quia os eius ad iracundiam prouocabi.,

19 elegistis s *sup. lin.*

Audite obsecro uniuersi populi⁄ | pars mea dominus dixit anima mea⁄ propterea expectabo eum., amen.,

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI AD GENTES., (II Petr. I 5-8)

KARISSIMI⁄ curam omne subinferentes ministrante in fide uestra uirtutem⁄ in uirtute autem scientiam., In scientia autem⁄ abstinentiam., In patientia autem amorem fraternitatis caritatem.,

Hec enim adsint⁄ et superent.,

Non uacuos nec sine fructum⁄ constituent in domini nostri ihesu xpi cognitione., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM IHOANNEM (XII 44, 46-50)

In illo tempore⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur | 207 | discipulis suis et turbis dicens

Qui credit in me⁄ credit in eum qui misit me., Et lux in mundum uenit⁄ et omnis qui credit in me in tenebris non manet., et si quis audierit uerba mea et non custodierit ea⁄ ego non iudicabo eum., Non ueni enim ut iudicem mundum⁄ sed ut salbificem mundum.,

Qui spernit me et non accipit uerba mea⁄ habet qui iudicet eum., Sermo quem loquutus sum⁄ ille iudicabit eum in nouissimo die.,

Quia ego ex me ipso non sum loquutus⁄ sed qui misit me pater ipse mici mandatum dedit⁄ quid dicam aut quid loquar., Et scio quia mandata eius uita eterna est., amen

LEGENDUM SABBATO AD III[a]

LECTIO LIBRI⁄ IOB., (XXX 13, 20-21, 23-24) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS⁄ Loquutus est iob dicens., Dissipaberunt || inimici mei itinera mea insidiati sunt mici et preualuerunt⁄

18 salbificem m *add. 2 manu*

et non fuit qui ferret auxilium., Clamabo ad te domine et non exaudis‹ sto . et non respicis.,
Mutatus es mici in crudele‹ et in duritiae manus tuae aduersaris mici., Scio quia morti trades me‹ ubi constituta est domus omni uibenti., Uerum tamen‹ non ad consumationem meam emi*t*tis manum tuam‹ et si corruero ipse salbabis., amen.

EPISTOLA IOHANNIS APOSTOLI‹ AD GENTES., (II 7-10)

KARISSIMI‹ non mandatum nobum scribo uobis‹ sed mandatum enim uetus est uerbum quod audistis., Iterum mandatum nobum scribo uobis‹ quod uerum est et in ipso et in nobis., Quoniam tenebre transierunt‹ et lumen uerum iam lucet., Qui dicet se in luce esse | 208 | et fratrem suum odit‹ in tenebris est usque aduc., Qui diligit fratrem suum‹ in lumine manet.,

LECTIO SANCTI EUGL** SECUNDUM IOHANNEM., (VII 1-10, 30)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ ambulabat in galileam.,

Non enim uolebat ambulare in iudeam‹ quia uolebant eum iudei interficere.,

Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenofegia.,

Dixerunt autem fratres eius ad eum.,

Transi hinc et uade in iudeam‹ et discipuli tui uideant opera tua que facis.,

Nemo enim in occulto quid facit‹ et quaerit ipse in palam esse., Si haec facis‹ manifesta te ipso mundo., Neque enim fratres eius‹ credebant in eum

Dixit ergo eis ihesus., Tempus meum nondum uenit‹ tempus autem uestrum semper adest paratum.,

Non potest mundus odisse uos.,

6 emitis *corr.*

Me autem odit‹ quia ego testimonium || peribeo de illut‹ quia opera eius mala sunt., Uos ascendite ad diem festum hunc‹ ego non ascendo ad diem festum istum.,

Quia tempus meum‹ nondum adinpletum est., Haec quum dixisset‹ mansit in galilea.,

Ut autem ascenderunt fratres eius . tunc et ipse ascendit ad diem festum.,

Iudaei ergo querebant eum adpraeendere., Et nemo misit in illum manus‹ quia nondum uenerat hora eius., amen

LEGENDUM IN RAMOS PALMARUM AD MATUTINUM.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XLIX 22-26)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Ecce ego lebo ad gentes manum meam‹ et ad populos exaltabo signum meum., Et adferent filios tuos in ulnis‹ et filias tuas super umeros portabunt.,

Et erunt reges nutricii tui‹ | 209 | et reginae nutrices tuae.,

Uultu in terra dimisso adorabunt te‹ et pulberem peduum tuorum lingent.,

Et scies quia ego dominus‹ super quo non confundentur qui expectant eum., Numquid tolletur afforte preda‹ aut quod cabtum fuerit a robusto‹ salbum esse poterit ?

Quia haec dicit dominus., Et quidam et cabtiuitas afforte tolletur‹ et quod ablatum fuerit a robusto salbabitur.,

Eos uero qui iudicaberunt te ego iudicabô . et filios tuos ego salbabo., Et cibabo hostes tuos carnibus suis‹ et quasi musto sanguine suo in*h*ebriabuntur.,

Et sciet omnis caro quia ego dominus salban*s*te‹ et redemtor tuus fortis iacob., amen

26 inhebriabuntur h *sup. lin.* 27 salbante *corr.*

10 *in ramos palmarum ad matutinum.*] Hic est conventus ille celeberrimus de quo agitur apud Hildefonsum *De Cognit. Baptismi*, c. 27 et 28. Vide praefat. huiusce voluminis.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (I Petr. I 25-II 10) DEO GRATIAS., ||

KARISSIMI‹ hoc est uerbum fidei‹ quod euangelizatum est in uos., Deponentes igitur omnem malitiamˎ et omnem dolumˎ et simulationemˎ et inuidiamˎ et omnes detractiones‹ sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo *lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem‹ si gustatis quoniam dulcis est dominus.*, Ad quem accedentes lapidem uibumˎ ab omnibus quidem reprobatumˎ a deo autem electum et honorificatemˎ et ips*i* tamquam lapides uiui‹ superedificamini domus spirital*i*s sacerdotium sanctum.,

Offerte spiritales hostias deo‹ acceptabiles per ihesum xpm., Propter quod continet scriptura.,

Ecce ponam in syon lapidem summumˎ electumˎ pretiosumˎ et qui crediderit in eo‹ non confundetur.,

Uobis igitur honor credentibus‹ | 210 | non credentibus autem lapis quem reprobauerunt edificantes‹ hic factus est in caput anguli., Et lapis offensionis‹ et petra scandali., Qui offendunt uerbo‹ nec credunt in quo depositi sunt.,

Uos AUTEM genus electumˎ regale sacerdotiumˎ gens sanctaˎ populus adquisitionis‹ ut uirtutibus adnuntietis eius˄ qui de tenebris uocauit uos in admirabile lumen suum.,

Qui aliquando non populus‹ nunc autem populus dei., Qui non consequuti misericordiam‹ nunc autem misericordia consequuti‹ per fidem quae est in xpo ihesu domino nostro . amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MARCUM., (VII 31-37)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps exiens de finibus tyri uenit per sidonem ad mare galilee inter medios

6-7 lac —est dominus *suppletum in marg.* 9 ipsi i *ex* e 10 spiritalis *item*

26-12] Hoc ipsum Euangelium notatum mihi | uidetur in Capitulari Neapolitano *Sabbato*

fines decap*o*leos., Et adducunt ei ‖ surdum et mutum‹ et deprecabantur eum ut inponat illi manum.,

Et adpreendens eum de turba seorsum‹ misit digitos suos in auriculas eius‹ et expuens tetigit linguam eius., Et suspiciens in caelum‹ ingemuit et ayt illi.,

Epheta‹ quod est aperire.,

Et statim aperte sunt aures eiusˎ et solutum est uinculum lingue eius‹ et loquebatur recte.,

Et praecepit illi‹ nec cui diceret.,

Quanto autem ei* praecipiebat‹ tanto magis plus predicaba*tˆ et eo amplius admirabant dicentes.,

Bene omnia fecit‹ et surdos fecit audire‹ et mutos loqui., amen.,

ITEM LEGENDUM | 211 | IN RAMOS PALMARUM AD MISSAM

LECTIO LIBRY‹ EXODI., (Ex. XIX 4-5 ; Deuter. V, VI, IV, X, XI, XXX, XXVIII passim.)

HAEC DICIT DOMINUS

Suscepi uos tanquam pullos sub alas aquilae‹ et adplicabi uos ad me dicit dominus., Et nunc si audieritis uocem meamˎ et serbaberitis testamentum meum . eritis mici ple*ps* sancta ex omnibus gentibus

Custodite ergo‹ et facite quae praecipio uobis., Non declinabitis neque ad dext*ram neque ad sinistram‹ sed per uiam quam praecipio *uobis* ‖ ambulabitisˎ ut uibatisˎ et bene sit uobisˆ et protelentur dies in terra posessionis uestre. Timete dominum

1 decapuleos *corr. 2 manu* 10 eis s *erasum* predicabant n *eras.* 20 plebsancta *corr.* 23 dexteram e *eras.* 24 uobis *add. marg. 2 manu*

sancto mane, quando etiam Romano more fiebat « Ephphetatio ». Conf. Sacramentarium Gelas. lib. I, n. 42. — L. Duchesne, *Origines du culte chrétien*, p. 292-293. — Exstat in eumdem Marci locum homilia Bedae genuina (II, 19), in qua is quoque meminit ritus ephphetationis necnon catechumenorum, « qui salutare lavacrum *proximo hoc paschae tempore* suscepturi » essent.

14 *in ramos palmarum ad missam.*] In hac missa fieri solebat sollennis Traditio symboli (Miss. Mozarab., p. 151) ; eoque manifeste referuntur lectiones heic adsignatae.

deum uestrum‹ et custodite omnîa mandata et praecepta eius quae praecipio uobis et filiis uestris.,

AUDITE:^ obserbate et facite ea., Cabete diligenter . ne oblibiscamini dominum qui eduxit uos de tenebris‹ et de domo seruitutis

Dominum deum uestrum timebitis ipsi soli seruietis‹ et per nomen illius iurabitis., Non ibitis post deos alienos cunctorum gentium quae in circuitu uestro sunt quoniam deus emulator dominus in medio uestri.,

Non temtabitis‹ dominum deum uestrum.,

Custodite praecepta eius et testimonia ac cerimonias eius que precipio uobis‹ et facite quod placitum est et bonum in conspectum domini:^ | 212 | ut bene sit uobis^., Uos tulit dominus et eduxit de fornace ferrea ut haberet populum ereditarium‹ sicut est in presenti die., Custodite mandata domini dei uestri que praecepit uobis‹ qui aderetis domino deo uestro

Non addetis ad uerbum quod uobis loquor‹ neque auferetis ex eo., Quia dominus deus uester ipse est deus deorum‹ et dominus dominantium.,

Deus magnus potens est adque terriuilis‹ qui personam non accipit nec munera., Facit iudicium pupillo et uidue‹ amat peregrinos‹ et dat illis uictum atque uestitum.,

Et uos ergo amate peregrînos . quia et ipsi estis in terra peregrini., Dominum deum uestrum timebitis ipsi seruietis‹ ipsi aderetis . iurabitisque in nomine illiûs., Ipse est laus uestra et deus uester‹ qui facit uobis haec omnia adque terribilia‹ || quae uiderunt oculi uestri.,

CABETE ne forte decipiatur in aliquo cor uestrum‹ et recedatis a domino deo uestro:^ seruiatisque diis alienis et adoretis eos., Iratusque dominus‹ claudat caelum‹ et publie non descendant in terra‹ et humus non germinet‹ pereatisque uelociter de terra ista.,

Sed ponite haec uerba in cordibus et in animis uestris‹ et

suspendite ea pro signo in manibus/ et inter oculos uestros conlocate., Docete filios uestros/ ut illa meditentur.,

Quando sederitis in domo\ et ambulaberitis in uia\ et accubueritis adque surrexeritis/ scrib*i*te ea super postes et in ianua domus uestrae/ et multiplicentur dies uestri et filiorum uestrorum.,

Si custodieritis mandata quae praecipio uobis\ et feceritis ea\ ut diligatis dominum deum uestrum\ | 213 | et ambulaberitis in omnibus uiis eius adherentes ei/ derelinquet dominus deus uester captibitatem uestramˆ et miserebitur uestri.,

Congregabit uos de uniuersis populis in quibus uos ante dispersit/ inde uos retraet et bendicens bendicet uobis/ et maioris numeris esse uos faciat quam fuer*u*nt patres uestri.,

Uideruntque omnes terrarum populi quod nomen domini inuocatum est super uos/ et timebunt uos.,

Et habundare uos faciet omnibus bonis/ et dabit uobis hereditatem aeternam

EPISTOLA IOHANIS APOSTOLI/ AD GENTES., (II 9-17)

KARISSIMI/ qui dicet se in luce esse\ et fratrem suum odit/ in tenebris est usque aduc.,

Nam qui diligit fratrem suum in lumine manet/ et scandalum in eo non est.,

Qui autem odit fratrem suum/ ‖ in tenebris est\ et in tenebris ambulat\ et nescit quo eat quoniam tenebrae obcecaberunt occulos eius.,

Scribo uobis filioliˆ quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius.,

Scribo uobis patres/ quoniam cognobistis eum qui ab initio est.,

Scribo uobis iubenes/ quoniam uicistis malignum.,

Scribo uobis infantes/ quoniam cognobistis patrem.,

Scribo uobis adulescentes/ quia fortes estis et uerbum dei in

4 scribite i *e.r* e   12 fuerunt u *e.r* i

uobis manet‹ et uicistis malignum., Nolite diligere mundum‹ neque ea que in mundo sunt.,

Si quis diligit hunc mundum‹ non est karitas patris in eo., Quoniam omne quod est in mundo‹ concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est‹ et superuia uite que non est ex patre | 214 | sed ex hoc mundo est.,

Et mundus transiit et concupiscentia eius.,

Qui autem facit uolumtatem dei‹ manet in aeternum‹ sicut et deus manet in aeternum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IHOANNEM.,
(XI 55-XII 13)

IN ILLO TEMPORE‹ proximum erat pasca iudeorum.,

Et ascenderunt multi iherosolimam de regione ante pascha ut sanctificarent seipsos., Querebant ergo ihesum‹ et conloquebantur ad inuicem dicentes.,

Quid putatis‹ quia non uenit ad diem fêstum.,

Dederunt ergo pontifices et farisei mandatum‹ ut si quis cognoberit ubi sit indicarent‹ ut adpreenderent eum., Ihesus autem ante sex dies pasche‹ uenit bethania ubi fuerat || lazarus mortuus‹ quem suscitauit ihesus., Fecerunt autem ei ibi cenam magnam‹ et marta ministrabat.,

Lazarus uero‹ unus erat ex discumbentibus cum eo.,

Maria ergo accepit libra ungenti nardi pistici pretiosi‹ et uncxit pedes ihesu et extersit capillis suis pedes eiûs . et domus impleta est ex odore ungenti.,

Dixit ergo hunus ex discipulis eius iudas scariothes‹ qui erat eum traditurus.,

Quare hoc ungentum non uendidit trecentis denariis‹ et datum est egênis.,

23-24 *et uncxit pedes ihesu.*] Dominica Palmarum « dies unctionis » appellatur ab Hildefonso (*De Cogn. Bapt.*, c. 34).

Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum‹ sed quia fur erat et loculos habens‹ et ea que mittebantur foris portabat.,

Dixit ergo ihesus., Sine illâ . ut in die sepulture meae | 215 | serbet illut., Pauperes enim semper uobiscum habebitis‹ me autem non semper habebitis.,

Cognouit autem turba multa ex iudaeis quia illic esset‹ et uenerunt., Non propter ihesum tantum‹ sed ut lazarum uiderent quem suscitabit a mortuis., Cogitaberunt autem principes sacerdotum ut lazarum interficerent‹ quia multi propter illum habiebant ex iudaeis et credebant in ihesum.,

In crastinum autem turba multa que benerat ad diem festumˎ quum audissent quia uenit ihesus iherosolimam‹ acceperunt ramos palmarûm . et processerunt ouiam ei et clamabant.,

Osyanna‹ benedictus qui benit in nomine domini rex srael.,

ITEM LECTIONES IN II EBDOMADA MAIORE.˙, SECUNDA FERIA AD NONA.˙,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE., (LVII 1-4, 13)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est esayas dicens., Ecce iustus periit et nemo est qui recogitet in corde suo‹ et uiri misericordie colliguntur‹ quia non est qui intellegat.,

Affaciae malitie enim‹ collectus est iustus.,

Ueniet pax‹ et requiescat in cubili suo., Uos accedite huc filii aug*u*riatricis semen adulteri et fornicarieˎ super quem inlusistis super quem dilatastis os‹ et egecistis linguam.,

Nam qui fiduciam habet mei‹ hereditauit terram et possideuit nomen sanctum meum., amen

25 auguriatricis u *in rasura*

EPISTOLA PETRI APOSTOLI‹ AD GENTES., (I Ioan. II 27-28)
| 216 |

KARISSIMI‹ hunctionem quam accepistis a deo‹ maneat in uobis‹ et non necesse habetisˆ ut aliquis doceat uos.,

Set sicut hunctio eius docet uos de omnibus‹ et uerum est‹ et non est mendacium.,

Et sicut docuit nos‹ manete in eum., Et nunc filioli‹ manete in eum‹ ut quum apparuerit habeamus fiduciam‹ et non confundemur in aduentum eius., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (VII 43-VIII 2)

IN ILLO TEMPORE‹ discensio facta est in turba propter dominum ihesum., Quidam autem ex ipsis uolebant adpreendere eum‹ sed nemo misit in illum manus.,

Uenerunt ergo ministri ad pontifices et fariseos‹ et dixerunt eis illî.,

Quare non adduxistis êum.,

Responderunt ministri.,

Numquam sic loquutus est homo‹ || sicut hic homo., Responderunt eis farisei., Numquid *et uos seducti estis? Numquid* aliquis ex principibus crediderunt in eum\ aut ex fariseis? Sed turba haec quae non nobit legem‹ maledicti sunt.,

Dicit nicodemus ad eos\ ille qui uenit ad eum nocteˆ qui hunus erat ex ipsis.,

Numquid lex nostra iudicat hominem\ nisi audierit ab ipso prius . et cognoberit quid faciet? Responderunt et dixerunt ei., Numquid et tu galileus es? Scrutare scripturas et uide\ quia

20 et uos s. e. Numquid *add. marg.* 23 Dicit] nicit *expunctum*

3 *hunctionem quam accepistis.*] Alluditur unctioni, quam catechumeni die praecedenti acceperant, ex Hildefonso loc. cit. c. 27.

profetia a galilea non surrexit., Et reuersi sunt unusquisque in domum suam.,

Ihesus autem ⁄ perrexit in montem olibeti., Et diluculo iterum uenit *****plum.,

Et omnis populus uenit ad eum ⁄ et sedens docebat eos.,

LEGENDUM III^{a} FERIA IN EBDOMADA MAIORE., | 217 |

LECTIO LIBRI ⁄ ESAYE PROPHETE., (L 5-8)

IN DIEBUS ILLIS ⁄ loquutus est esayas dicens., Dominus aperuit mici aurem ⁄ ego autem non contradico . retrorsum non abii ⁄ corpus meum dedi percutientibus ⁄ et genas meas uellentibus., Faciem meam non aberti ab increpationibus ⁄ et conspuentibus., Dominus meus ausiliator meus ⁄ ideo non sum confusus., Ideo posui faciem meam ut petram durissimam ⁄ et scio quoniam non confundar., Iuxta est enim qui me . iustificat., amen

EPISTOLA PETRI APOSTOLI ⁄ AD GENTES., (I Ioan. III 6-9)

KARISSIMI ⁄ omnis qui in deo manet ⁄ non peccat., Omnis qui peccat ⁄ non uidet dominum nec cognouit eum., Filioli ⁄ nemo uos seducat., Qui facit iustitiam ⁄ iustus est.,

Qui facit peccatum ⁄ ex diabolo est.,

Quoniam ab initio ⁄ diabolus peccat., ||

In hoc apparuit filius dei ⁄ ut dissolbat opera diaboli.,

Omnis qui natus est ex deo ⁄ peccatum non facit.,

Quoniam semen ipsius in eo manet ⁄ et non potest peccare quoniam ex deo natus est., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII ⁄ SECUNDUM IOHANNEM., (VIII 46-51)

IN ILLO TEMPORE ⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur iudaeis dicens., Quis ex uobis arguet me de peccâto.,

4 uenit] in mon *expunctum*

Si ueritatem dico∖ quare uos non creditis mîci .
Qui est ex deo‹ uerba dei audit.,
Propterea uos non auditis‹ quia ex deo non estis.,
Responderunt iudaei‹ et dixerunt.,
Nonne bene . dicimus nos quia samaritanus es tu∖ et demonium habes ? Respondit ihesus., Ego daemonium non habeo‹ sed honorifico patrem meum˄ et uos inhonorastis me., Ego autem non | 218 | quero gloriam meam‹ est qui querat et iudicet., Amen amen dico uobis., Si quis sermonem meum serbaberit‹ mortem non uidebit in aeternum., amen.

LEGENDUM IIIIª FERIA IN EBDOMADA MAIORE.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXVI 13-15)

HAEC DICIT DOMINUS., Bonas facite uias uestras et studia uestra‹ et audite uocem domini dei uestri‹ et paenitebit dominum mali quod loquutus est aduersum uos., Ego autem in manibus uestris sum‹ facite mici quod bonum et quod rectum uidetur in oculis uestris., Uerumtamen scitote quod si occideritis me‹ sanguinem innocentem tradetis contra uosmet ipsôs . et ciuitatem histam et habitatores eius.,

In ueritatem enim misit me dominus ad uos‹ ut loquerer in auribus uestris omnia || uerba haec., amen

EPISTOLA IUDAE APOSTOLI‹ AD GENTES., (20-25)

KARISSIMI‹ sanctissima fide edificamini in spiritu dei sustinentes misericordiam domini in uitam aeternam‹ et quosdam de igne rapite., Dubiis autem‹ miser*e*mini in timore.,

Odientes que est a carne‹ maculata tunica., Ei autem exibete uos‹ qui potest custodire uos sine delictô . et confirmare in honorem suum., Inlibatos∖ inmaculatos∖ castificatos‹ in exultatione ante conspectu eius., Soli deo salbatori nostro honor et gloria et potestas in secula seculorum. amen.,

25 miseremini e *ex* i

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM.,

(Matth. XXVI 2-5, Marc. XIV 3-11)

IN ILLO TEMPORE⁄ dominus noster ihesus xps⁄ ait discipulis suis.,

Scitis quia post uiduum pascha fiet⸜ et filius hominis tradetur⸜ ut crucifigatur ? | 219 |

Tunc congregati sunt pontifices et scribe et seniores populi in atrium sacerdotis qui dicebatur caiphas⁄ et consiliati sunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent.

Dicebant enim., Non in die festo⁄ ne forte tumultus fieret in populo., Et quum esset *ihesus* bethania in domo simonis leprosi . et recumberet⁄ uenit mulier habens alabastrum ungenti⁄ nardi pistici pretiosi., Et alabastro apertô . effudit super caput eius., Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos⁄ et dicentes.,

Ut quid perdictio hista ungenti facta êst. Poterat enim ungentum hoc . uenundare plus quam trecentis denariis⁄ et dare pauperibus.,

Et fremebant in eam., Ihesus autem dixit., Sinite illam., ||

Quid ei⁄ molesti estis.,

Bonum opus⁄ operata est in me.,

Semper enim pauperes habebitis uobiscum⁄ et quum uolueritis potestis illis bene facere.,

Me autem⁄ non semper habebitis.,

Quod abuit⁄ hoc fecit.,

Praeuenit unguere corpus meum⁄ in sepultura.,

Amen amen dico uobis.,

Ubi quumque fuerit praedicatum euangelium histut in uniuersum mundum⁄ et quod fecit haec narrabitur in memoria eius.,

Tunc iudas scariothes unus ex duodecim habiit ad sumos

11 ihesus *ex* in   19 ihesus s *sup. lin. 2 manu*

sacerdotes‹ ut proderet eum illis., Qui audientes‹ gabisi sunt., Et promiserunt ei‹ pecuniam se daturos., Et querebat‹ quomodo illum oportune traderet eis., Et nemo iniecit in illum manus quia nondum uenerat ora eius.,

LEGENDUM IN CENA DOMINI AD MATUTINUM.,

LECTIO LIBRI‹ IOB., (XXIV 14-25, I 22) DEO GRATIAS

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est iob dicens., | 220 |

Mane primo consurgit omicida‹ ad interficiendum egenum et pauperem.

Per noctem uerô . uenit quasi fur.,

Oculus adulteri‹ obserbat caliginem dicens., Non me uideuit oculus tuus‹ et operiet uultum suum.,

Perfodit in tenebris domos‹ sicut in die con*dix*erant sibi‹ et ignoraberunt lucem.,

Si subito apparuerit aurora‹ arbitratur umbra mortis.,

Et sic in tenebris quasi in lucem ambulant‹ lebis est super faciem aque., Maledicta sit pars eius in terra‹ nec ambulet per uiam uinearum.,

Ad nimium calorem transeat ab aquis nibium‹ et usque ad inferos peccatum illius., Obliuiscatur eius misericordiâ . dulcedo illius uermis., Non sit in recordatione‹ sed conteratur || quasi lignum infructuosum.,

Pabit enim sterilem et que non parit‹ et bidue uene non fecit., Detraxit fortes in fortitudine sua‹ et cum steterit non credit uite suae., Dedit ei deus locum penitentiae‹ et ille abutitur eum in superuia.,

5 ad] MT   13 considerant *corr. seriori manu*

2. *quomodo illum oportune traderet eis.*] « Quarta feria... presbyter ante cancellum stat, « et accipit evangelium, et legit illum lo- « cum, ubi Judas Scariothes hivit ad Judeos, « definivit quid ei darent, ut traderet Domi- « num. » (*S. Silviae Peregrinatio*, 2 edit. p. 61).

3. *Et nemo — nondum venerat ora eius.*] In eadem verba exit evangelium Dominicae de Lazaro ad matutinum, itemque feriae secundae et sabbati subsequentis.

Oculi enim eius sunt ⁒ in uiis illius., Elebati sunt ad modicum ⁒ et non subsistent., Et humiliabuntur sicut omnia et aufferentur ⁒ et sicut summitates spicarum conterentur., Quod si non ita est ⁒ quis me poterit arguere et esse mentitum ⁒ et ponere ante deum uerba mea., In omnibus his non peccabit iob labiis suis ⁒ coram domino deo suo., amen

EPISTOLA PETRI APOSTOLI ⁒ AD GENTES., (I Petr. II 21-25)

KARISSIMI ⁒ in hoc uocati estis quia xps passus est | 221 | pro uobis relinquens nobis exemplum ⁒ ut sequamini uestigia eius., Qui peccatum non fecit ⁒ nec inuentus est dolus in ore eius., Qui quum malediceretur ⁒ non remaledicebat., Quum pateretur ⁒ non comminabatur.,

Tradebat autem se iudici ⁒ iudicanti iniuste.,

Qui peccata nostra portauit in corpore suo super lignum ⁒ ut a peccatis mortui iustitiae uiberemus ⁒ cuius libore sanati estis., Eratis enim sicut obes errantes ⁒ sed conuersi estis nunc ad pastorem et uisitatorem animarum uestrarum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII ⁒ SECUNDUM MATHEUM.,
(XX 20-28)

IN ILLO TEMPORE ⁒ accessit ad dominum ihesum mater filiorum zebe dei cum filiis suis adorans ⁒ et petens aliquid ab eo.,

Dixitque ei., Quid uis., Ait illi., ||

*D*ic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuâm . et alius ad sinistram tuam in regno tuo., Respondens autem ihesus dixit., Nescitis quid petatis., Potestis bibere calicem ⁒ quem ego bibiturus sum ? Dicunt ei.,

Possumus., Ait illis., Calicem quidem meum bibetis ⁒ sedere autem ad dexteram meam aut sinistram non est meum dare uobis ⁒ sed quibus paratum est a patre meo.,

23 Dic D *ex* S

Et audientes decem⁄ indignati sunt de duobus fratribus.,

Ihesus autem uocauit illos ad se⁄ et ait illis., Scitis quia principes gentium dominantur eorum\ et qui maiores sunt potestatem exercent in eis ?

Non ita erit inter uos.,

Sed quicuumque uoluerit inter uos maior fierî . sit uester minister., Et qui uoluerit | 222 | inter uos esse primus⁄ erit uester serbus., Sicut filius hominis non uenit ministrari . sed ministrare⁄ et dare animam suam redemtionem pro multis., *amen*

LEGENDUM AD IIIª IN CENA DOMINI.,

LECTIO LIBRI⁄ EXODI., (XIX, 1-19)

IN DIEBUS ILLIS⁄ mense tertio egressionis srael de terra egypti⁄ in die hac uenerunt in solitudinem synay., Nam profecti de rafidin et peruenientes usque in desertum synay⁄ castra meta**ti sunt in eodem loco., Ibique srahel fixit temtoria⁄ e regione montis.,

Moyses autem⁄ ascendit ad dominum.,

Uocauitque eum dominus de monte⁄ et ait., Haec dices domui iacob⁄ et adnuntiabis filiis srahel.,

Uos ipsi uidistis quid fecerim egyptiis\ quomodo portaberim uos super alas aquilarum et adsumserim mîci.,

Si ergo audieritis uoce meam\ ‖ et custodieritis pactum meum⁄ eritis mici in peculium de cunctis populis., Mea est autem omnis terrâ . et uos eritis mici regnum sacerdotalem et gens sancta.,

HAEC SUNT UERBA quae loqueris ad filios srael., Uenit ergo moyses et conuocatis maioribus natu populi⁄ exposuit omnes sermones quos mandaberat dominus., Responderuntque uniuersa

11 exaudi *corr.*   15 metatati ta *expunctum*

10 *ad IIIª*] Quod praecedenti Dominica acceperant symbolum hac die competentes sacerdoti reddebant (Hildef., *De Cogn. Bapt.*, c. 34. — Concil. Laodic. c. 46; Bracar. II, c. 49). Propterea novum testamentum cum vetere adversum in lectionibus exhibetur.

multitudo simul., Cuncta quae loquutus est dominus faciemus., Quumque retullisset moyses uerba populi ad dominum‹ ait ei dominus., Iam nunc ueniam ad te in caligine nubis‹ et audiat me populus loquentem ad te . et credat tiui in perpetuum.,

Nuntiauit ergo moyses uerba populi ad dominum., Qui dixit ei.,

Uade ad populum et sanctifica illos | 223 | hodie et cras‹ labentque uestimenta suâ . et sint parati in diem tertium.,

Die enim tertio‹ descendet dominus coram omni plebe‹ super montem synay.,

Constituesque terminos populo per circuitum‹ et dices.,

Cabete . ne ascendatis in montem‹ ne tangatis fines illius., Omnis qui tetigerit montem‹ morte morietur.,

Manus non tagent eum‹ sed lapidibus opprimetur‹ et confodietur iaculis.,

Sibe iumentum fuerit . sibe homo‹ non uiuet., Quumque ceperit clangere bucina‹ tunc ascendunt in montem.,

Descenditque moyses ad populûm . et sanctificauit eum.,

Quumque labissent uestimenta sua‹ a*y*t ad eos., Estote parati in dieṁ tertium‹ et ne adpropinquetis uxoribus uestris., ‖

Iam uenerat tertius dies et mane inclaruerat‹ et ecce ceperunt audire tonitrua\ micare fulgura\ et nubs densis*si*ma‹ operire montem.,

Clangorque bucine‹ ue*e*mentius perstrepebant., Timuit autem populus^ qui erat in castris.,

Quumque eduxisset eos moyses in ocursum dei de loco castrorum‹ steterunt ad radicem montis., Totus autem mons synay . fumabat‹ eo quod descendisset dominus super eum in igne‹ et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace., Eratque mons omnis terribilis‹ et sonitus bucine paulatim crescebat in maius‹ et prolixius tendebatur., Moyses loquebatur . et dominus respondebat ei., amen.,

19 ayt y *ex* i   22 densissima si *sup. lin.*   24 ueimentius *corr.*

EPISTOLA PAULI‹ APOSTOLI AD EBREOS., (XII 12-28)

KARISSIMI‹ remissas manus et soluta genua erigite‹ et gressos rectos facite‹ | 224 | pedibus uestris ut non claudicans erret‹ magis autem sanetur.,

Pacem sequimini cum omnibus et sanctimonia‹ sine qua nemo uideuit deum., Contemplantes ne quis desit gratiae dei.,

Ne qua‹ radix amaritudinis sursum germinans inpediat‹ et per illam inquinentur multi.,

NE QUIS FORNICATOR⸌ aut profanus ut esau‹ qui propter unam aescam uendidit primitibam suam., Scitote enim‹ quoniam et postea cupiens haereditari benedictionemˆ et reprobatus est.,

Non enim inuenit paenitentiae locum‹ quum quam cum lacrimis inquisisset eam.,

Non enim accessistis ad tractauilem et accessibilem ignem⸌ et tube sonum⸌ et turbinem⸌ et caliginem⸌ et procellam⸌ et uocem uerborum quam qui audierunt excusaberunt se‹ ne eis fieret uerbum., ||

Non enim portabant quod dicebatur., Et si bestia tetigerit montem‹ lapidabitur., Et ita terribile erat‹ quod uidebatur.,

MOYSES . dixit., Ex*territus sum et tremebundus‹ sed accessistis ad syon montem et ciuitatem dei uibentis iherusalem . caelestem⸌ et multorum milium angelorum frequentiae⸌ et aeclesiam primitiborum‹ qui scripti sunt in caelis⸌ et iudicem omnium deum spiritus iustorum perfectorum⸌ et testamenti nobi mediatorum ihesum‹ et sanguinis adspersionem melius loquentem quam abel., Uidete‹ ne recussetis loquentem.,

Si enim illi non refugierunt recusantes eum qui super terra loquebatur‹ multo magis nos qui de caelis loquentem nobis auertimur., | 225 |

Cuius uox tunc mobit terram . modo autem repromittit dicens., Aduc semel . ego mobebo non solum terramˆ sed aetiam caelum.,

13 inquisisset s *add. sup. lin.*

Quod autem aduc semel dicit‹ declarat mobilium translationem tanquam factorum‹ ut maneat ea quae sunt inmobilia., Itaque regnum inmobile suscipientes‹ habemus gratiam per quam serbiamus placentes deo‹ cum metu et reuerentia., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XII 27-36)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquutus est ******** dicens., Nunc anima mea turbata est‹ et quid dicam.,

Pater‹ salbum me fac ex hora hac.,

Sed propterea ueni in horam hanc.,

Pater‹ clarifica nomen tuum

Uenit ergo uox de caelo dicens..

Et clarificabi‹ et iterum clarificabo.,

Turba ergo quae stabat‹ || et audiebat dicebat‹ tonitruum factum est.,

Alii dicebant∶ angelus ei loquutus est., Respondit ihesus‹ et dixit., Non propter me haec uox uenit‹ sed propter uos.,

Nunc iudicium est mundi.,

Nunc princeps huius mundi‹ eicietur foras., Et ego si exaltatus fuero ad terra‹ omnia traam ad me ipsum., Haec dicebat‹ significans qua morte esset moriturus., Respondit ei turba., Nos audiuimus ex lege quia xps manet in aeternum‹ et quomodo tu *di*cis oportet exaltare filium homînis.,

Quis est histe filium homînis.,

Dixit ergo eis ihesus., Aduc modicum in uobis lumen est.,

Ambulate dum lucem habetis‹ ut tenebrae uos non conpreendant., Et qui ambulat in tenebris‹ nescit quo eat.,

Dum lucem habetis‹ credite in lucem ut filii lucisitis., amen

| 226 |

7 loquutus est] fariseis *erasum* 23 dicis di *sup. lin.*

ITEM LEGENDUM.˙, IN CENA DOMINI AD.˙, MISSAM.˙,

LECTIO LIBRI‹ ZACCARIAE PROPHAETE., (II 13-III 5, XI 7-14, XIII 7-9)

SILEAT OMNIS CARO AFFACIE DOMINI‹ QUIA CONSURREXIT de habitaculo san*c*to suo.,

Et hostendit mici dominus ihesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini‹ et satan stabat a dextris eius‹ ut aduersaretur ei., Et dixit dominus ad satan., Increpet dominus in te satan‹ *et* increpet dominus in ‖ te qui elegit iherusalem.,

Num quid non iste torris erutus est de igne?

Et ihesus erat uestibus indutis sordidîs et stabat ante faciem angeli., Qui respondit‹ et ait ad eos qui stabant coram se dicens.,

Aufferte uestimenta sordida‹ ab eo.,

Et dixit ad eum., Ecce abstuli a te iniquitatem tuam et indui te mutatoriis.,

Et dixit., Ponite citharim mundam‹ super caput eius.,

Et posuerunt citharim mundam *super capud eius*‹ et induerunt eum uestibus suis

Et adsumsi mici duas uirgas.,

Unam uocabi decorem‹ et aliam uocabi funiculum . et pabi gregem‹ et succidi tres pastores in mense uno‹ et contristata est anima mea in eis‹ siquidem anima eorum uariauit in me‹ et dixi.

Non parcam., Quod moritur | 227 | moriatur‹ et quod succiditur succidatur., Et reliqui uos unusquisque carnem proximi sui deuoret., Et tuli uirgam.meam quae appelabatur decus et abscisi eam‹ ut irritum facerem faedus meum quod percussi . cum omnibus populis., Et irritum deductum est in die illa.,

Et cognoberunt sic pastores gregis qui custodiunt mici quia uerbum domini est.,

5 sancto c *sup. lin.* 9 et *add. 2 manu* 17 super capud eius *add. marg. 2 manu*

Et dixi ad eos., Si bonum est in oculis uestris‹ afferte mercedem meamˆ et si non quiescite., Et appenderunt mercedem meam‹ triginta argentos., Et dixit dominus ad me.,

Proice illut ad statuarium decorum‹ praetium quod adpretiatus sum ab eis., Et tuli triginta argenteos et proieci illos in domum domini ad statuarium decorum‹ pretium ‖ quod apretiatus sum ab eis.,

Et precidi uirgam meam secunda quae appellatur funiculus ut dissolberem germanitatem inter iudeam et iherusalem.,

Framea suscitarem super pastorem meum‹ et super uirum coerentem mici dicit dominus exercituum.,

Percute pastorem‹ et dispargantur obes⸜ et conuertàm manum meam ad parbulos‹ et erunt in omni terra dicit dominus partes due.,

In ea dispargentur et deficient‹ et tertia pars relinquetur in ea., Et ducam tertiam partem per ignem‹ et huram eos sicut huritur argentûm⸜ et probabo eos . sicut probatur aurum.,

·Ipse inuocauit nomen meum et ego exaudiam eum.,

Dicam populus meus es tu⸜ et ipse dicit deus meus es tu., *amen*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS PRIMA.,
(XI 23-32)

FRATRES‹ ego accepi a domino‹ | 228 | quod et tradidi uobis‹ quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur‹ accepit panem et gratias egit et fregit dicens., Accipite et manducatê . hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur‹ hoc facite in meam commemorationem., Similiter et calicem post quam cenauit‹ dicens., Hic calix‹ nobum testamentum est in meo sanguine‹ hoc facite quotiens quumque biueritis‹ in meam commemorationem., Quotiens quumque manducaberitis panem hunc‹ et calicem biberitis‹ mortem domini adnuntiabitis . donec ueniam ad uos.,

19 amen *in rasura*

Itaque qui quumque manducaberit panem *hunc*\ et biberit calicem indigne‹ reus erit corporis et sanguinis domini., Probet autem se homo‹ et sic de pane illo aedat et de calice bibat., ‖ Qui enim manducat et bibit indigne‹ iudicium sibi manducat et bibit‹ non discernens corpus domini., Ideo inter uos multi inbecilles et infirmi‹ et dormiunt multi., Quod si nosmetipsos iudicaremus‹ non utique iudicaremur., Dum iudicamur autem a domino corripimur‹ ut non cum hoc mundo damnemur., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHOANNEM.,

IN ILLO TEMPORE‹ ANTE DIEM FESTUM PASCE\ sciens dominus *ihc* quia uenit hora eius . ut transeat ex hoc mundo ad patrem‹ quum dilexisset suos qui erant in mundo\ in finem dilexit eos., Intrauit autem sat*h*anas in iudam qui cognominatur scarioth‹ unum de duodecim., Et abiit et loquutus est *cum* principibus sacerdotum et mag*i*stratibus‹ quem ad modum illum traderet eis., Et gauisi sunt | 229 | et pacti sunt pecuniam illi dare‹ et spopondit., Et querebat oportunitatem‹ ut traderet illum sine turbis.,

Prima autem *die* azimorum in qua necesse erat occidi pasca‹ misit petrum et iohannem‹ dicens., Euntês . parate nobis pasca‹ ut manducemus.,

At illi dixerunt., Ubi uis‹ paremus., Et dixit ad eos.,

Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem‹ occurr*e*t uobis homo‹ anforam aque portans., Sequimini eum in domum in qua intrat‹ et dicetis patri . familias domus., Dic*i*t ti*b*i magistêr., Ubi est

1 hunc *sup. lin.* 11 ihc *add. seriori manu* 13 sathanas h *sup. lin.* 15 cum *add. in marg.* magestratibus *corr.* 19 die *add. post.* 23 occurret e *ex* i 25 Dicet tiui *corr.*

9 *secundum iohoannem.*] Immo secundum omnes Evangelistas, ex quorum verbis contexta est sicut in Gallicano ita et in nostro Lectionario historia dominicae Passionis. Huc referre iuvat verba Augustini serm. 232, c. 1 : « Passio autem, quia uno die legitur, « non solet legi, nisi secundum Matthaeum. « Volueram aliquando, ut per singulos annos « *secundum omnes Evangelistas* etiam passio « legeretur : factum est : non audierunt homines « quod consueverant, et perturbati sunt. »

diuersorium \ ubi pasca cum discipulis meis manducem., Et ipse ***** uobis hostendet cenaculum magnum stratum ‹ et ibi parate *nobis*.,

Euntes autem ‹ fecerunt sicut dixit . illis *ihesus* ‹ ‖ et parabe-runt pasca.,

Et quum facta fuisset hora ‹ discubuit *ihesus* et duodecim apostoli cum eo., Et ayt illis.,

Desiderio desiderabi hoc pasc*h*a manducare uobiscum ‹ ante quam patiar*.,

Dico enim uobis ‹ qui*a* ex hoc non manducabo illut ‹ donec impleatur in regno dei.,

Cenantibus autem illis ‹ accepit ihesus panem et benedixit hac fregit \ deditque discipulis suis et ait illis.,

Accipite et manducatê . hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur ‹ hoc facite in meam commemorationem.,

Similiter et calicem post quam cenabit \ accepit gratias egit \ et dedit illis dicens.,

Bibite ex hoc omnes \ hic est enim sanguis meus nobi testamenti ‹ quod pro multis effundetur in remissione peccatorum |230|

Dico enim uobis ‹ non bibam amodo de hoc genimine uitis ‹ usque in diem illum cum illut bibam uobiscum nobum in regno patris mei.,

Ihesus autem sciens quia omnia dedit ei pater in manus \ et quia a deo exiuit et ad deum uadit ‹ surgit accena et ponit uestimenta sua \ Et quum accepisset linteum precinxit se., Deinde ‹ misit aquam in pelb*im* et cepit labare pedes discipulorum ‹ et extergere linteo quo* erat praecinctus.,

Uenit ergo ad s*y*monem petrum ‹ et dicit ei petrus.,

Domine ‹ tu mici labas pedes ?

Respondit ihesus et dicit ei.,

Quod ego facio tu nescis modo ‹ scies autem postea.,

Dicit ei petrus., Non lababis mici pedes ‹ in aeternum.,

3 nobis *add. sup. lin.* 4, 6 ihesus *item* 8 pasca *corr.* 10 quia a *om. in prima scriptione* 26 pelbim im *ex* e 27 quod d *expunctum* 28 symonem y *ex i*

Respondit ihesus., Si non la*ua*bero te‹ non habebis partem mecum.,

Dicit ei symon petrus., ||

Domine non tantum pedes‹ sed manus et caput., Dicit ei ihesus.,

Qui lotus est non indiget *nisi ut pedes lauet*‹ sed est mundus totus.,

Et uos mundi estis‹ sed non omn*e*s., Sciebat enim‹ quisnam esset qui traderet eum.,

Propterea dixit‹ non estis mundi omnes., Post quam ergo lauit pedes eorum‹ accepit uestimenta sua., Et quum recubuisset‹ iterum dicit eis.,

Scitis quid fecerim uobis?

Uos uocatis me magister et domine‹ et bene dicitis.,

Sum‹ et enim., Si ergo ego labi pedes uestros dominus et magister uester‹ et uos debetis alter alterius labare pedes.,

Exemplum enim dedi uobis‹ ut quem admodum ego feci uobîs . ita et uos faciatis.˙,

Amen amen dico uobis.,

Non est serbus maior domino suo‹ neque apostolus maior eo qui | 231 | misit illum., Si hec scitis‹ beati eritis‹ si feceritis ea.,

Non de omnibus uobis dico‹ ego scio quos elegerim.,

Sed ut impleatur scriptura quae dixit., Qui manducat meum panem‹ lebauit contra me calcaneum suum.,

QUUMQUE HEC DIXISSET‹ turbatus est spiritu‹ et protestatus est dicens., Amen dico uobis‹ quia hunus ex uobis‹ tradet me., Filius quidem hominis uadit‹ sicut scriptum est de eo., Uae autem homini illi‹ per quem filius hominis tradetur., Bonum erat illi‹ si non fuisset natus homo ille.,

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli‹ esitantes de quo diceret., Erat autem recumbens hunus ex discipulis eius in sinu ihesu‹ quem diligebat ihesus., ||

1 lauabero ua *sup. lin. 2 manu* 6 nisi u. p. lauet *sup.* ut labet *eraso* 8 omnes e *ex* i

Innuit ergo s*y*mon petrus‹ et dicit ei., Quis est de quo dicit.,

Itaque cum recubuisset ille supra pectus ihesu‹ dicit ei.,

Domine‹ quis est., Respondit ihesus.,

Ille est‹ cui ego intinctum panem porrexero., Et quum intinxisset panem‹ dedit iudae symonis scari*o*th*i*s.,

Et post bucellam‹ tunc introibit in illum sathanas.,

Ayt autem dominus., Symon : symon‹ ecce sathanas expetibit uos ut cribaret sicut triticum‹ ego autem rogabi pro te ut non deficiat fides tua., Et tu aliquando conuersus‹ con**firma fratres tuos.,

Et ymno dicto‹ exierunt in montem olibeti.,

Tunc dicit illis ihesus.,

Omnes uos‹ scandalum pati*e*mini in me in ista nocte., | 232 |

Scriptum est enim.,

Percutiam pastorem‹ et dispargantur obes gregis., Post quam autem *re*surrexero‹ precedam uos in galilea.,

Respondens autem petrus‹ ait illi., Et si omnes scandalizati fuerint in te‹ ego numquam scandalizabor., Ait illi ihesus.,

Amen dico tibî . quia in hac nocte ante quam gallus cantet‹ ter me negabis., Ait illi petrus.,

Etiam si me oportuerit mori pro te‹ non te negabo., Similiter et omnes discipuli dixerunt.,

Tunc uenit cum illis ihesus in uillam qui dicitur g*et*samani‹ et dicit discipulis suis., Sedete hic‹ donec uadam illuc et horem.,

Et adsumto petro et du*o*bus || fili*i* zebedei‹ cepit contristari‹ et me*s*tus esse.,

Tunc ait illis., Tristis est anima mea ualde‹ tristis est usque ad mortem sustinete hic et uigilate mecum.,

Et progressus pusillum‹ procidit in faciem suam horans et dicens., Pater mi‹ si possibile est transeat a*me calix iste., Uerum tamen‹ non sicut ego uolo sed sicut tu uis., Apparuit autem illi angelus de caelo‹ confortans eum.,

1 symon y *ex* i   5 scarithes *corr.*   12 patiemini e *sup. lin.*   15 resurrexero re *in marg. seriori manu*   22 getsamani et *2 m. in ras.*   24 duabus filiu *corr.*   25 mestus s *add. sup. lin. 2 manu*   31 angelus] domini *add. post. sup. lin.*

Et factus *** in agonia‹ prolixius orabat.,

Et factus est sudor illius‹ sicut gutte sanguinis decurrentis in terra.,

Et quum surrexisset ab oratione uenit ad discipulos suos‹ et inuenit illos dormientes pre tristitia.,

Et ait petro sic., Non potuistis | 233 | una hora uigilare mecum?

Uigilate et oratê . ut non intretis in temtationem.,

Spiritus quidem promtus *est* caro autem infirma., Iterum secundo abiit et orauit dicens.,

Pater mi‹ si non potest calix hic transire nisi ** bibam illum‹ fiat uolumtas tua., Et uenit iterum‹ et inuenit eos dormientes., Erant autem oculi eorum grabati‹ pre tristitia., Et relictis illis‹ iterum abiit et orabit tertio‹ eundem sermonem dicens., Tunc uenit ad discipulos suos‹ et dicit illis.,

Dormite iam‹ et requiescite., Ecce adpropinquabit hora‹ et filius hominis tradetur in manus peccatorum., Iterum dicit eis., Surgite eamus‹ ecce adpropinquauit qui || me tradet., Aduc eo loquente‹ ecce iudas hunus de duodecim uenit‹ et cum eo turba multa quum gladiis et fustibus‹ missi a principibus sacerdotum‹ et senioribus populi.,

Qui autem tradidit illum‹ dedit illis signum dicens.,

Que quumque obsculatus fuero‹ ipse est tenete eum.,

Et confestim accedens ad ihesum‹ dixit illi., Abe rabbi‹ et obsculatus est eum.,

Dixitque illi ihesus., Iuda obsculo filium hominis trades?

Tunc ihesus sciens omnia que uentura erant super eum‹ processit *ouiam eis* et dixit eis.,

Quem queritis., Responderunt ei.,

Ihesum nazarenum., Dicit ei ihesus.,

Ego sum., Stabat autem et iudas qui tradebat eum‹ cum ipsis., Ut ergo dixit ego sum‹ abierunt retrorsum‹ | 234 | et ceciderunt in terram.,

8 est *add. post.* 27 ouiam eis *add. post. sup. lin.* 29 Ihesum nazarenum *neumae sup. syllabas*

Iterum interrogauit eos dicens., Quem queritis.,

Illi autem dixerunt.,

Ihesum nazarenum.,

Respondit ihesus.,

Dixi uobis⁄ quia ego sum.,

Si ergo me queritîs⁄ sinite hos . abire.,

Ut impleretur⁄ sermo quem dixit.,

Quia quos dedisti mici⁄ non perdidi ex illis quemquam.,

Symon ergo petrus habens gladium⁄ eduxit illum et percussit pontificis serbum⁄ et abscidit eius auriculam dexteram., Dixit autem ihesus petro., Mitte gladium tuum in uagina.,

Omnis enim qui gladio operatur⁄ gladio moritur.,

Calicem quem dedit mici pater non *uis ut* uibam ?

An putas quia non possum rogare patrem *meum*⁄ et exibebit || *mici modo plus quam* duodecim ***** legiones angelorum ? Sed quo modo ergo inplebuntur scripture⁄ quia sic oportet fierî . Et quum tetigisset auriculam eius⁄ sanauit eum in illa hora.,

Luc Dicit ihesus turbis.,

Quasi ad latronem cum gladiis et fustibus existis ?

Quum cotidie uobiscum fuerim in templo et non extendistis manus in me⁄ sed haec est hora uestrâ . et potestas tenebrarum.,

Tunc relicto eo omnes discipuli⁄ fugierunt.,

At illi tenentes ihesum duxerunt eum ad cayphan principem sacerdotum⁄ qui erat pontifex anni illius., Erat autem cayphas qui consilium dedit iudaeis⁄ qui*a* expedit ut unum | 235 | hominem mori pro populo.,

Petrus autem sequebatur eum a longe⁄ usque in atrium principis sacerdotum., Et ingressus intro⁄ sedebat cum ministris ut uideret finem rei.,

Principes *autem* sacerdotum et omne* concilium⁄ querebant

3 Ihesum nazarenum *neumae sup. syllabas* 13 non] nis ut *add. post.* 14 patrem] meum *add. post.* 15 mici m. p. quam *in ras.* duodecim] milia *eras.* 18 Luc *add. marg. post.* 26 quia a *suppletum man. seriori* unus homo••• moriatur *m. seriori* 30 rei *eras.* 31 autem *add. marg. manu seriori* omne m *in fine uocis erasum*

falsum testimonium contra ihesum ut eum morti traderent‹ et non inuenerunt.,

Nouissime autem‹ uenerunt duo falsi testes et dixerunt.,

Hic dixit., Possum dextruere templum hoc‹ et post triduo reedificare illut.,

Et surgens princ*eps* sacerdotum‹ ait illi.,

Nicil respond*e*s ad ea‹ quae isti aduersus te testificantur ?

Ihesus autem tacebat., Et princeps sacerdotum‹ ait illi., ||

Adiuro te per deum uibûm . ut dicas nobis . si tu es xps filius dei uiui., Dicit illi ihesus.,

Tu dixisti., Uerum tamen‹ dico uobis., Amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis . dei‹ et uenientem in nubibus caeli.,

Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens., Blasfemauit.,

Quid aduc egemus testibus.,

Ecce nunc audistis blasfemia ?

Quid uobis uidetûr., At illi responderunt dicentes.,

Reus est morti*s*., Tunc expuerunt in faciem eius‹ et colafis eum cederunt.,

Alii *autem* palmas in faciem ei dederunt‹ dicentes.,

Profetiza nobis xpiste.,

Quis est qui te percûssit.,

Petrus uero‹ sedebat foras in atrio.,

Et accessit ad eum unam ex ancillis‹ dicens., Et tu | 236 | cum ihesu galileo eras.,

At ille negauit coram hom*nibus dicens., Nescio quid dicis., Exeunte autem illo ianua‹ uidit eum alia ancilla‹ et ait his qui ibi erant., Et hic erat cum ihesu nazareno., Et iterum negauit quum iuramento‹ quia non nobi hominem.,

Et post pusillum‹ accesserunt qui stabant et dixerunt petro., Uere *et* tu ex illi*s* es., Nam et loquella tua‹ manifestum te

2 inueniebant *man. seriori* 6, 14 princeps *correct. ex* principes 7 respondis *1 m.* 19 morti *corr.*
21 Alii palmas in faciem autem 27 hominibus 32 Uere] et *add. m. seriori* illies *corr.*

facit., Tunc cepit detestar*i* et iurare‹ quia non no*ui*sset hominem.,

Et continuo‹ gallus cantauit., Et recordatus est petrus uerbi ihesu‹ quod dixerat prius quam gallus cantet‹ ter me negabis., Et egressus foras‹ flebit amare., ‖

LEGENDUM IN CENA DOMINI PER TITULOS.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XX 11-12)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est iheremias dicens., Dominus mecum est quasi bellator fortis‹ idcirco qui persequuntur me cadent et infirmi erunt.,

Confundantur ueementer quia non intellexerunt obprobrium sempiternum‹ quod numquam deleuitur.,

Et tu domine exercituum probator iuste qui uides renes et cor‹ uideam queso ultionem tuam ex eis‹ tiui enim reuelauit causam meam., amen

Require apostolum in cena domini ad matutinum., Karissimi

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XVI 29-32)

IN ILLO TEMPORE‹ loquuti sunt discipuli ad dominum ihesum dicentes.,

Ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis? Nunc scimus quia scis omnia‹ et non opus est tiui ut quis | 237 | te interroget.

In hoc credimus‹ quia a deo existi.,

Respondit ihesus., Modo creditis., Ecce uenit hora et iam

1 detestari i *ex* e   nouisset ui *sup. lin.*

6 *per titulos.*] Hoc est, « per parochiarum ecclesias longe positas », ut scribit Hildefonsus, *De Cogn. Bapt.* c. 108. Nam ex ceteris ecclesiis cathedrali subiacentibus omnes conueniebant sacros huius diei ac sequentis sabbati ritus una cum episcopo suo peracturi.

uenit ut dispargamini unusquisque in propria‹ et me solum relinquatis., Sed non sum solus quia pater mecum est., amen

ITEM LEGENDUM IN PARASCEPHEN.,

ESAYE‹ PROPHETE‹, (LII 13-LIII 12)

HAEC DICIT DOMINUS.,

ECCE intelleget serbus meus‹ et exaltauitur et elebauitur et sublimis erit ualde., ‖

Sicut obstipuerunt su*per* te multi‹ sic ingloriosus erit inter uiros aspectus . eius‹ et forma eius inter filios hominum., Iste adsparget gentes multas . super ipsum continebunt reges os suum‹ quia quibus non est nuntiatum de eo uidebunt êum . et qui non audierunt contemplati sunt., Quis credit auditui nostro‹ et bracium domini cui reuelatum êst.,

Et ascend*e*t quasi uirgultum coram eo‹ et sicut radix de terra sitienti., Non est species ei‹ neque decor., Et uidimus eum‹ et non erat aspectus., Et desiderauimus eum despectum et nobissimum uirorum dolorum et scientem ferre infirmitatem‹ et quasi absconditus uultus eius et despectus., Unde‹ nec reputauimus eum., Uere | 238 | langores nostros ipse portauît . et dolores nostros ipse tulit.,

Et nos putauimus eum‹ quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum., Ipse autem humiliatus est propter iniquitates nastras‹ et adtritus est propter scelera nostra.,

Disciplina pacis nostre super eum‹ et libore eius sanati sumus.,

Omnes nos quasi obes errabamus‹ unusquisque in uiam suam declinauit‹ et dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum., Oblatus est quia ipse uoluit‹ et non aperuit os suum., Sicut obis ad occisionem ducitur‹ et quasi agnus coram tondentem se‹ obmutescit‹ et non aperuit os suum.,

8 super per *in ras.* 14 ascendet e *ex*

De angustia et de iudicio sublatus est., Generationem eius quis enarrabit\ qui abscisus est de terra ‖ uibentium⁏ propter scelus populi mei percussi eos., Et dauit impios pro sepultura eius\ et diuites pro morte sua⁏ eo quod iniquitatem non fecerît . neque dolus fuerit in ore eius., Et dominus uoluit contere eum⁏ in infirmitate.,

Si posuerit pro peccato animam suam⁏ uideuit semen longebum⁏ et uolumtas domini in manu eius dirigetur.,

· Pro eo quod laborauit anima sua⁏ uideuit et saturauitur., In scientia sua iustificabit ipse iustus serbos meos multos⁏ et iniquitates eorum ipse portauit., Ideo dispertiam ei plurimôs . et fortium diuidet spolia., Pro eo quod tradidit in morte animam suam⁏ et cum scelaritis deputatus est.,

Et ipse peccata multorum tulit⁏ et pro transgressoribus | 239 | orauit.,

PAULI APOSTOLI⁏ AD CORINTIOS . I^a., (Cento ex I Cor. Gal. Hebr. I Petr.)

FRATRES predicamus uobis ihesum xpm⁏ et hunc crucifixum.,

Iudaeis quidem scandalum⁏ gentibus uero stul*ti*tiam.,

Nam pasca nostrum imolatus est xps.,| Ipse enim tradidit semet ipsum pro peccatis nostris⁏ ut nos eriperet de presenti seculo nequam⁏ secundum uolumtatem dei et patris nostri.,| Nam et ego per legem legi mortuus sum ut deo uibam⁏ xpo confixus sum cruci., Uibo autem iam non ego⁏ uibit uero in me xps., Quod uibo in carne⁏ in fide uibo filii dei qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me⁏ non abicio gratiam dei.,

Si enim per legem iustitiam⁏ ergo xps grati*s mortuus est., ‖

O stulti galate\ quis uos fascinauit ueritati non obedire\ ante corum oculos xps ihesus pre scriptus et crucifixus êst.,

20 stultitiam ti *add. sup. lin.* 28 gratias a *expunctum*

Ipse enim dominus noster quum aduc infirmi essemus‹ secundum tempus pro impiis mortuus est.,

Iustus pro iniustis‹ ut nos offeret deo., Mortificatos autem carne‹ uiuificatus quidem spiritu., An ignoratis fratres⸌ quia qui quumque babtizati sumus in xpo ihesu⸌ in morte ipsius babtizati sumus ?

Consepulti per ipsum‹ in morte ipsius.,

Ipse enim particeps earundem passionum factus est‹ ut per mortem dextrueret hunc qui abebat mortis imperium id est diabolum‹ et liberaret eos qui per totam uitam obnoxii erant serbituti.,

Xps nos redemit a maledicto legis‹ | 240 | factus pro nobis maledictus.,

Quia scriptum est., Maledictus omnîs . qui pependit in ligno.,

Ut in gentibus benedictio fieret abrahe‹ ut benedictionem spiritus accipiamus per fidem.,

Qui semetipsum exinanibit⸌ formam serui accipiens⸌ in similitudinem hominis factus⸌ et abitu⸌ inuentus ut homo‹ humiliauit se usque ad mortem‹ mortem autem crucis., Delens quod aduersum nos erat cirographum decreti‹ tulitque illut affigens cruci.,

Spolians principatus et potestates‹ transduxit confidenter triumfos in semet ipsum., Xps autem ueniens pontifex futurorum omnium bonorum amplius et perfectius‹ tabernaculum non manu factum non huius creature neque per sanguinem ‖ ircorum et taurorum‹ sed per proprium sanguinem introibit in sanctam redemtionem inuentam., Si ergo sanguis ircorum et taurorum et cinis uitule adsparsus quoinquinatos sanctificat ad emundationem carnis‹ quanto magis sanguis ihesu xpi⸌ qui emundauit conscientias uestras ad seruiendum deo uibo et uero., Ubi enim testamentum‹ mors necesse est ut intercedat testatoris., Testamentum enim‹ in mortuis confirmatum est.,

Alioquin‹ non ualet dum uibit qui testatur., Unde nec primum quidem sine . sanguine‹ dedicatum est.,

Lecto enim mandato‹ uniuersis in populo.,

Tunc moyses accipiens . sanguinem ircorum . et taurorum cum aqua et lana coccinnea | 241 | et ysopo‹ ipsumque librum omni populo adsparsit dicens., Hic est sanguis nobi *et* aeterni testamenti‹ que mandauit ad uos dominus.,

In hoc enim uocati estis quia xps ihesus pro uobis passus est‹ relinquens nobis exemplum‹ ut sequamur uestigia *pedum eius*.,

Qui peccatum non fecit‹ nec inuentus est dolus in lingua eius.,

Qui quum malediceretur‹ non remaledicebat.,

Quum pateretur‹ non conminabatur.,

Conmendabat autem se iudici‹ iudicanti iniuste., Qui peccata nostra portauit in corpore suo super lignumˎ ut a peccatis nostris separati . cum iustitia uibamusˎ qui sicut oues errabamus‹ ‖ cuius uulnere sanati sumus., Nunc uero conuertimini ad pastorem‹ et uisitatorem animarum uestrarum.,

| 242 | PASSIO DOMINI NOSTRI . IHESU XPI . ET SALBATOREM SECUNDUM CARNEM., (ex quatuor evangelistis)

Non RSPNDTR . Deo gratias.,

IN ILLO TEMPORE‹ consilium inierunt omnes principes sacerdotum et senioribus populi aduersus dominum ihesum‹ ut eum morti traderent‹

Et uinctum . eum adduxerunt et tradiderunt pontio pilato presidi.

TUNC UIDENS iudas qui eum tradidit quod damnatus esset‹ ‖ penitentiam ductusˎ retulit triginta argenteos principibus sacerdotum‹ et senioribus dicens., Peccabî . tradens sanguinem iustum.,

At illi dixerunt., Quid ad nôs . tu uideris., Et proiectis . argenteis in templo‹ abiit et laqueo se suspendit., Principes autem sacerdotum acceptis argenteis‹ dixerunt.,

4 et *add. s. lin.* 6 passus s *in ras.* 7 sequamini *marg.* pedum eius *in ras.* 21 traderent] non invenerunt *eras.*

Non licet mittere eos in corban‹ quia pretium sanguinis est.,

Consilio autem inito‹ emerunt ex eis agrum figuli‹ in sepulturam peregrinorum.,

Propter hoc uocatus est ager ille . lingua eorum aceldemach‹ hoc est ager sanguinîs . usque in odiernum diem.,

Tunc adimpletum est quod dictum est a domino‹ per iheremiam prophetam dicentem., Acceperunt triginta argenteos pretium | 243 | adpretiati quod adpretiaberunt filii srahel‹ et dederunt eos in agrum figulî . sicut constituit mici dominus.,

Ihesus autem‹ stetit ante presidêm . et interrogabit cum preses dicens., Tu es rex iudeorum ? Respondit ihesus.,

A temetipso hoc dicis‹ an alii tiui dixerunt de me.,

Respondit pilatus,,

Numquid ego iudaeus sum ?

Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mici‹ quid fecîsti., Respondit ihesus.,

Regnum meum‹ non est de hoc mundo., Si de hoc mundo esset regnum meum‹ ministri mei utique certarentur‹ ut non traderer iudaeis., Nunc autem regnum meum non est de hinc.,

Dixit itaque ei pilatus.,

Ergo rex es tu ? Respondit ihesus., ||

Tu dicis‹ quia rex sum.,

Ego in hoc natus sum‹ et ad hoc ueni in hunc mundum.,

Adduxerunt ergo ihesum ad cayp*h*an in pretorium‹ erat autem mane.,

Et ipsi non introierunt in pretorium ne contaminarentur‹ sed ut manducarent pascha.,

Exibit ergo pilatus ad eos foras‹ et dixit.,

Quam accusationem affertis‹ aduersus hominem hûnc.,

Responderunt et dixerunt ei.,

Hic si non esset malefactor‹ non eum tiui traderemus.,

Dixit ergo eis pilatus.,

1 corbanam *marg.* 24 cayphan h *sup. lin. 2 manu*

Accipite eum uos ⁒ et secundum legem uestram iudicate.,

Dixerunt iudaei., Nobis non licet interficere quemquam.,

Ut sermo ihesu impleretur quem dixit ⁒ significans qua morte esset moriturus.,

Dicit eis pilatus., | 244 |

Accipite eum uos ⁒ et crucifigite . ego uero nullam inuenio in eo causam.,

Responderunt iudaei.,

Nos legem habemus et secundum legem debet mori ⁒ quia filius dei se fecit.,

Quum ergo audisset pilatus hunc sermonem ⁒ magis timuit., Et ingressus pretorium ⁒ iterum dicit ad ihesum.,

Unde es tû., Ihesus autem responsum non dedit ei., Dicit ei pylatus., Mici non loqueris ? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te ⁒ et potestatem habeo dimittere te ? Respondit ihesus.,

Non haberes ime potestatem nullâm . nisi data esset tibi desuper. Propterea qui me tibi tradidit ⁒ magis peccatum habet.,

Exinde pilatus ⁒ querebat dimittere eum ||

Iudaei autem clamabant dicentes., Si hunc dimittis ⁒ non es amicus cesaris., Omnis enim qui se regem facit ⁒ contradicet cesari.,

Pilatus autem quum audisset hos sermones ⁒ adduxit foras ihesum., Et sedens pro tribunali ⁒ interrogauit eum preses dicens.,

Tu es rex iudeorum ?

Dicit illi ihesus., Tu dicis.,

Et quum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus nicil respondit.,

Tunc dicit illi pilatus.,

Non audis quanta aduersus te ⁒ dicunt testimonia ?

Ihesus autem non respondit illi ullum uerbum ⁒ itâ . ut miraretur preses ueementer.,

PER DIEM AUTEM sollemnem ⁒ consueberat preses dimittere unum uinctum quem uoluissent., | 245 |

14 pylatus y *ex a*

Habeba*t autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabbas‹ qui erat propter sedictionem quamdam in ciuitatem‹ et homicidium missus in carcerem.,

Pilatus autem dicit eis.,

Uultis\ dimittam uobis regem iudeorum ? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum‹ summi sacerdotes., Sedente autem illo pro tribunali‹ misit ad eum uxor eius dicens.,

Nicil tiui et illi iustô . multa enim passa sum odie per uisum‹ propter eum.,

Principes autem sacerdotum et seniores‹ persuaserunt popul*o* ut peterent barabban‹ ihesum uero perderent.,

Respondens autem preses‹ ayt illis.,

Quem uultis de duobus\ dimittam uobis., At illi dixerunt.,

Barabban., Dicit illis pilatus., ||

Quid igitur faciam de ihesu‹ qui dicitur xps., Dicunt omnes.,

Crucifigatur., Ait illis preses.,

Quid enim male fêcit.,

At illi‹ multo magis clamabant dicentes., Crucifigatur.,

Dixit itaque illis pilatus.,

Regem uestrum crucifigam ?

Responderunt pontifices.,

Nos non habemus regem‹ nisi cesarem., Iterum pilatus loquutus est ad illos‹ uolens dimittere ihesu.,

At illi‹ multo magis clamaban*t* dicentes.,

Crucifîge . crucifige eum.,

Uidens autem pilatus quia nicil proficeret\ sed magis tumultus . fieret in populo‹ accepit aqua labit manus coram populo dicens.,

Innocens ego sum a sanguine huius iusti‹ uos uideritis.,

Et respondens omnis populus‹ dixit.,

Sanguis huius‹ super nos et super filios nostros., | 246 |

Tunc dimisit illis . barabban.,

Ihesum uero flagellis cesum‹ tradidit eis ut eum crucifigerent.,

1 habebant n *erasum*   10 populo o *in rasura*   24 clamabant t *sup. lin.*

Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorio⁄ congregaberunt ad eum uniuersam cohortem., Et ex*uen*tes eum⁄ clamidem coccineam circumdederunt ei.,

Et plectentes choronam de spinis posuerunt super caput eius⁄ et arundinem in dextera eius⁄ et genuflexu ante eum⁄ inludebant eum dicentes., Habe rex iudeorum ?

Et expuentes in eum⁄ acceperunt arundinem et percutiebant caput eius.,

Et post quam inluserunt ei⁄ exuerunt eum clamidem coccineam et induerunt eum uestimento eius⁄ et duxerunt ut cruci eum affigerent., Exeuntes autem⁄ ‖ inuenerunt hominem cyrinensem nomen symonem⁄ hunc angariaberunt ut tollere*t crucem eius.,

Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum quae plangebant et lamentabant eum., Et dixit eis ihesus., Filiae iherusalem nolite flere super me⁄ sed super uos met ipsas flete et super filios uestros., Quoniam ecce ueniunt dies quibus dicent⁄ beate steriles quae non genuerunt⁄ et ubera quae non lactaberunt.,

Tunc incipient dicere . montibus cadete super nos⁄ et colles cooperite nos.,

Quia si in uiride ligno haec fiunt⁄ in arido quid fiet.,

Et benerunt in locum qui dicitur golgotha quod est calbarie locus⁄ et dederunt ei acetum cum felle mixtum | 247 | Et quum gustasset⁄ noluit bibêre . ut adimpleretur quod dictum est per prophaetam.,

Et dederunt in esca mea fel⁄ et in siti mea potaberunt me aceto., Ihesus autem dicebat.,

Pater dimitte illis⁄ non enim sciunt quid faciunt.,

Scripsit autem et titulum pilatus⁄ et posuit super crucem.,

Erat autem scriptum ihesus nazarenus⁄ rex iudeorum.,

Hunc ergo titulum multi legerunt iudaeorum⁄ quia prope ciuitate erat locus ubi crucifixus est ihesus.,

2 exeuntes *corr. 2 manu* 12 tollerent n *erasum*

Erat autem scriptum‹ ebrayce . grece et latine., Dicebant ergo pilato‹ pontifices iudaeorum., Noli scribere rex iudaeorum‹ sed quia ipse dîxit . rex sum iudaeorum . RS . pilatus.,

Quod scribsi scripsi.,

Milites uero quum crucifixissent eum‹ acceperunt || siui uestimenta eius‹ et fecerunt quatuor . partes unicuique militi partem., Erat autem tunica inconsutilìs . desuper contexta per totum.,

Dicebant ergo ad inuicem.,

Non scindamus illam‹ sed sortiamus de illa cuius sit.,

Ut adinpleretur scriptura quem dixit., Diuiserunt siui uestimenta mea‹ et super uestem meam miserunt sortem.,

Et milites quidem hec fecerunt‹ et sedentes serbabant eum.,

Tunc crucifixerunt cum eo duo* latrones‹ unum ad dexteram‹ et alium ad sinistram., Pretereuntes autem‹ blasfemabant eum‹ et mobentes capita sua et dicentes.,

Ua: qui dextruis templum\ et in triduo rehedificas illut ? | 248 |

Salba temet ipsum., Si filius dei es‹ descende de cruce.,

Similiter et principes sacerdotum‹ inludentes eum cum scribis et senioribus dicebant., Alios . salbos fecit\ se ipsum salbum facere non potest ?

Si rex srahel est‹ descendat nunc de crucem‹ et credimus ei., Confidit in domino‹ liueret eum si uult., Dixit enim‹ quia filius dei sum.,

Unus autem qui pendebant latronibus‹ blasfemabat eum dicens., Si tu es xps‹ salba temet ipsum et nos.,

Respondens autem alius‹ increpabat eum dicens.,

Neque tu times deum\ cum in eadem damnatione es ? Nos quidem iuste‹ nam digna facta recepimus., Hic uero‹ nicil male fecit., Et dicebat ad ihesum., Domine‹ memento mei‹ || dum ueneris in regnum meum.,

Et dixit illi ihesus., Amen dico tibî . hodie mecum eris in paradiso.,

13 duos s *erasum* 22 eum] nunc *add. marg. manu seriori* 24 Unus autem] camatrax est nomen eius *marg.* 26 alius] Ionathas humilis *marg.*

A SEXTA AUTEM HORA‹ tenebre facte sunt in uniuersam terram‹ usque in horam nonam.,

Et circa hora nona‹ clamabit ihesus uoce magna *dicens*.,

Heli . heli . lama . zabacdani‹ hoc est deus deus meus‹ quare me dereliquisti., Quidam autem illic stantes et audientes dicebant., Heliam uocat iste? Et continuo currens unus ex eis acceptam . sfungiam‹ implebit acceto et inposuit harundini‹ et dabat ei bibere., Ceteri dicebant sinê . uideamus an ueniat helias liberare eum.,

Et clamabit iterum ihesus‹ uoce magna dicens.,

Pater mi‹ in manus tuas commendo spiritum meum., | 249 |

Et *h*ec dicens‹ emisit . spiritum.,

ET ECCE uelum templi scissum est in duas partes‹ assummo usque deorsum., Et terra mota est‹ et petre scisse sunt‹ et monumenta aperta sunt‹ et multa corpora sanctorum qui dormierunt‹ resurrexerunt.,

Exeuntes de monumentis post resurrectionem eius‹ uenerunt in sanctam cibitatem et apparuerunt multis., Centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihesum‹ uiso terre motu et . is . quae fiebant‹ timuerunt ualde dicentes.,

Uêre . filius dei erat iste.,

Iudaei ergo quoniam parascephen erat‹ ne remanerent in cruce corpora . sabbato‹ erat enim magnus dies ille sabbati.,

Rogaberunt pilatum ut frangerentur eorum crura‹ et tollerentur de cruce., ||

Uenerunt quidem milites‹ et primi quidem fregerunt crura‹ et alterius qui crucifixus est cum eo., Ad ihesum autem quum uenissent‹ et uiderunt eum iam mortuum‹ non fregerunt eius crura.,

Sed unus militum lancea latus eius aperuit‹ et continuo exiit sanguis et aqua., Et qui uidit testimonium peribuit‹ et uerum est testimonium eius.,

3 dicens *add. m. seriori* 4 eloy . eloy . lamasabacthani *marg. 2 manu.* 12 hec h *add. s. lin.*
30 militum] nomine longinus *marg.*

Et ille scit quia uera dicit‹ ut uos credatis.,

Facta sunt haec omnia‹ ut scriptura impleretur quae dicit., Os non cominuetur ex eo., Et iterum *alia scriptura dicit.,

Uidebunt in quem transfixerunt.,

QUUM SERO AUTEM factum fuisset‹ uenit quidam homo diues ab arimazia nomine ioseph‹ | 250 | qui et ipse discipulus erat ihesu., Hic accessit ad pilatum‹ petens corpus ihesu.,

Tunc pilatus‹ iussit reddi corpus., Et accepto corpore ihoseph inuolbit illum in sindone munda‹ et posuit illum in monumento suo nobô . quod exciderat in petra., Et aduolbit saxum magnum ad hostium monumenti‹ et abiit.,

Erat autem ibi maria mhacdalene⸌ et alia maria‹ sedentes contra sepulcrum.,

Altera autem diae que est post parascephen‹ conuenerunt principes sacerdotum et farisei ad pilatum‹ dicentes., Domine‹ recordati sumus quia seductor ille dixit . aduc uibens‹ post tertium diem resurgam.,

Iube ergo custodire sepulcrum usque in diem tertium‹ ‖ ne forte ueniant discipuli eius nocte et furentur illum‹ et dicant plebi quia surrexit a mortuìs . et erit nobissim*us* error peior priori.,

Ait illis pilatus., Habetis custodiam‹ ite custodite sicut scitis.,

Illi autem abeuntes‹ munientes sepulcrum‹ signantes lapidem cum custodibus.,

LEGENDUM DIE SABBATO PER TITULOS.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (I 9-10, 17-18)

IN DIEBUS ILLIS‹ ego ihoannes serbus ihesu xpi‹ fui in spiritu et audiui uocem de caelo dicentem mici., Ego sum primus⸌ et ego nobissimus et uibus⸌ et fui mortuus‹ et ecce sum uibens . in secula seculorum.,

20 nobissimus u *ex* i   23 Illi abeuntes autem *1 manu*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD COLOSENSES., (III 1-3)

FRATRES‹ si consurrexistis quum xpo‹ quae sursum sunt querîte . ubi xps est in dextera dei sedens., | 251 |

Que sursum sunt sapite‹ non que super terra.,

Mortui enim estis‹ et uita uestra abscondita est quum xpo in deo.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXVIII 10-19)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquutus est mulieribus dicens., Nolite timere., Ite nuntiate fratribus meis‹ ut eant in galilea‹ ibi me uidebunt., Que quum abissent‹ ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem‹ et nuntiaberunt principibus sacerdotum omnia que quumque facta fuerant.,

Et congregati cum senioribus concilio accepto‹ pecuniam dederunt militibus dicentes.,

Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt: et furati sunt eum nobis dormientibus., ||

Et si hoc auditum fuerit a preside‹ nos suadebimus ei‹ et securos uos faciemus.,

At illi accepta pecunia‹ fecerunt sicut erant docti.,

Et dibulgatum est uerbum istut aput iudaeos‹ usque in odiernum diem.,

Undecim autem discipuli abierunt in galileam in montem‹ ubi constituerat illis ihesus.,

Et uidentes eum adoraberunt‹ quidam autem duuitaberunt.,

Et accedens ihesus‹ loquutus est eis dicens., Data est mici‹ omnis potestas in caelo et in terra.,

Euntes ergo docete omnes gentes‹ babtizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti., amen., | 252 |

ITEM LECTIONES IN UIGILIA . PASCE.˙,

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (I 1-II 6) DEO.,

IN PRINCIPIO‹ CREAUIT DEUS CELUM ET TERRA.,

Terra autem erat inanis et uacua‹ et tenebre *erant* super faciem abissi‹ et spiritus domini ferebatur super aquas.,

Dixit quoque deus., Fiat lux.,

Et facta est lux., Et uidit deus lucem quod esset bona‹ et diuisit lucem a tenebris., Appellauitque lucem diem‹ et tenebras noctem.,

Factumque est uesperê . et mane dies unus.,

Dixit quoque deus., ||

Fiat firmamentum in medio aquarum‹ et diuidant aquas ab aquis., Et fecit deus firmamentum., Diuisitque aquas quae erant *sub firmamento‹ ab his que erant* super firmamentum‹ et factum est ita.,

Uocabitque deus firmamentum caelum‹ et factum est uespere et mane dies secundus.,

Dixit uero deus., Congregentur aque quae sub caelo sunt in locum unum‹ et appareat arida., Et factum est ita., Et uocauit deus aridam terram‹ congregationesque aquarum:˙ appellauit maria., Et uidit deus quod esset bonum‹ et ait.,

Germinet terra herbam uirentem et facientem semen‹ et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum‹ cuius semen in semet ipsum sit super terram.,

Et factum est ita., | 253 |

Et protulit terra herbam uirentem et facientem semen iusta genus suum‹ lignumque faciens fructum‹ et habens quoque unum sementem secundum specïem suam.,

Et uidit deus quod esset bonum:˙ factumque est uespere et mane dies tertius., Dixit autem deus.,

5 erant *add. s. lin.* 15 sub f. a. h. q. erant *suppletum in marg. m. seriori*

Fiant luminaria in firmamento caeli‹ et diuidant diem et noctemˎ ut sint in signa et temporaˎ et dies . et annosˎ ut lu*c*e*ant in firmamento caeli‹ et inluminent terram.,

Et factum est ita.,

Fecitque deus deo magna luminaria . luminare maius ut pre esset diei‹ et ** luminare minus ut pre esset nocti et stellas., Et posuit eas in firmamento caeli ut lucerent super terram‹ ut pre essent diei ac nocti || et diuiderent lucem a*c* tenebras.,

Et uidit deus quod esset bonumˆ et factum est uespere et mane dies quartus.,

Dixit etiam deus., Producant aque reptile anime uibentis et uolatile super terram‹ sub firmamento caeli.,

Creauit*que deus* cete grandia ** et omnem animam uibentem . atque mutabilem quam produxerant aque in species suas‹ et omne uolatile secundum genus suum.,

Et uidit deus quod esset bonumˆ benedixitque eis dicens., Crescite et multiplicamini et replete aquas maris‹ abesque multiplicentur super terram., Et factum est uespere et mane dies quintus

Dixit quoque deus., Producat terra animam uibentem in genere suo‹ iumentaˎ et reptiliaˎ et bestiae terre‹ | 254 | iuxta species suas.

Factumque est ita., Et fecit deus bestias terrae iuxta species suas‹ et iumenta . et omne reptile terrae‹ in genere suo.,

Et uidit deus quod esset bonum‹ et ait., Faciamus hominem ad ymaginem‹ et similitudinem nostram., Et pressit piscibus marisˎ et uolatilibus caeliˎ et bestiis huniuersisque terrae‹ omnique reptile quod mobetur super terram.,

Et creauit deus hominem ad imaginem‹ et similitudinem suam., Ad imaginem dei creauit illumˆ masculum et feminam creauit eos., Benedixitque illis deus‹ et ait.,

Crescite et multiplicamini et replete terram‹ et su*bicite

3 luceant *correctum ex* luciant *in actu scriptionis* 8 a tenebras *corr. 2 manu* 13 que deus *add. s. n.* 32 subbicite b *erasum*

eam., Et dominamini piscibus maris et uolatilibus caeli‹ et uniuersis animantibus || quae mobentur super terram.,

Dixitque deus., Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram‹ et uniuersa ligna quae habent in semet ipsis sementem generis sui‹ ut sint uobis in aescam et cunctis animantibus terre omnique uolucre caeli et uniuersis que mobentur super terram‹ in quibus est anima uibens ut habeant ad uescendum.,

Et factum est ita.,

Uiditque deus cuncta quae fecit‹ et erant ualde bona.,

Et factum est uespere‹ et mane dies sextus., Igitur perfecti sunt caeli et terra‹ et omnis ornamentus eorum.,

Conpleuitque deus diae septimo opus suum quod fecerat‹ et requiebit die septimo ab omni opere . quod operaberat., Et benedixit diei septimo | 255 | et sanctificauit illum‹ quia in ipso cessaberat ab omni opere suo‹ quod creauit deus ut faceret.,

Iste generationes caeli et terrae quando creati sunt‹ in die quod fecit deus caelum et terram‹ et omne uirgultum agri . ante quam crearentur in terra: omneque herba regionis . prius quam germinaret., Non enim pluerat dominus deus super terram‹ et homo non erat qui operaretur ea.,

Sed fons ascendebat eterra‹ inrigans huniuersa super f*i*ciem terrae., amen.,

LECTIO II[a]

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (II 7-III)

FORMAUIT DOMINUS DEUS hominem de limo terre‹ et inspirauit in faciem eius spiraculum uitae‹ et factus est homo in animam uibentem., Plantaberat *autem* || dominus deus paradisum uolumtatis a principio‹ in quo posuit hominem quem formaberat., Produxitque dominus deus de humo hom*ne‹ lignum pulcrhum uisum et ad uescendum suabe.,

22 super ficiem i *ex* a 28 autem *add. marg.* 30 homine i *erasum*

Lignumque aetiam uitae in medio paradisi‹ lignum scientiae boni et mali.,

Et flubius egrediebatur de loco uoluptatis ad inrigandum paradisum‹ quae inde diuiditur in quattuor capita., Nomen uni fyson . ipse est qui circuit omnem terram euilath ubi nascitur aurum‹ et aurum terrae illius obtimum est., Ibique inuenitur uidellium‹ et lapis hunicinus.,

Et nomen flubii . secund*i* geon‹ ipse est qui circuit omnem terram eziopie., Nomen uero flumen tertii tygrîs . | 256 | ipsae uadit contra assyrios.,

Flubius autem quartus‹ ipse est eufrates., Tulit ergo dominus deus hominem et posuit eum in paradiso uolumtatis‹ ut operaretur et custodiret illum., Precepitque ei dicens., Ex omni ligno paradisi comede‹ de ligno autem scientiae boni et mali ne comedas., In quoquumque enim diae comederis ex eo‹ morte morie*r*is., Dixit quoque dominus deus., Non est bonum hominem esse solum‹ faciamus ei adiutorem similem sibi.,

Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terrae‹ et uolati*li*bus caeli uniuersis‹ adduxit eas ad adam . ut uideret quid uocaret ea., Omne enim quod uocauit adam animae uibentis‹ ipsut est nomen eius.,

Appellauitque adam nominibus ‖ suis cuncta animantia‹ et huniuersa uolatilia caeli‹ et omnes bestias terrae.,

Ade uero‹ non inueniebatur adiutorium similem eius.,

Inmisit ergo dominus deus‹ soporem in adam., Quumque obdormisset‹ tulit unam de costis eiûs . et repleuit carnem pro ea., Et edificabit dominus deus costam quam tulerat de adam in mulierem‹ et adduxit ea ad adam., Dixitque adam.,

Hoc nunc . os . ex ossibus meis‹ et caro de carne mea.,

Haec uocauitur uirago‹ quoniam de uiro sumta est.,

Quam ob rem‹ derelinquet homo patrem suum et matrem‹ et aderebit huxoris suae‹ et erunt duo in carne una.,

8 secundi i *ex* o 16 morieris r *in ras.* 19 uolatilibus li *sup. lin.*

Erant autem uterque nudi adam scilicet et huxor eius‹ et non erubescebant sibi.,

SET ET SERPENS erat callidior | 257 | cunctis animantibus terraê . que fecerat dominus deus.,

Qui‹ dixit ad mulierem.,

Qur precepit uobis deus ut non comede*re*tis de omni ligno paradîsi., Cui respondit mulier., De fructu lignorum quae sunt in paradiso‹ uescemur., De fructu ligni quod est in medio paradisi‹ precaepit nobis ne comederemusˎ et ne tangeremus illut‹ ne forte moriamur., Dixit autem serpens ad mulierem., Nequaquam moriemini., Scit enim deus quod in quo quumque die comederitis ex eo . aperientur occuli uestri‹ et eritis ut diî . scientes bonum et malum.,

Uidit igitur mulier quod bonum est lignum ad uescendumˎ et pulcrum oculisˎ aspectumque delectabile‹ tulit de fructum illius et comedit‹ ‖ deditque uiro suoˎ qui comedit‹ et aperti sunt oculi amborum.,

Quumque cognouissent esse se nudos‹ consuerunt folias ficus‹ et fecerunt sibi perizomata., Et quum audissent uocem domini de*i* *de*ambulantis in paradiso ad auram post meridiem‹ abscondit se adam et uxor eius affaciae domini dei: in medio ligni paradisi.,

Uocauitque dominus *deus* adam‹ et dixit ei., Adam‹ ubi es.,

Qui ait., Uocem tuam audiui in paradisoˎ et timui eo quod nudus essem‹ et abscondi me., Cui dixit.,

Quis enim indicauit tibi eo quod nudus essesˎ nisi quod ex ligno de quo tibi preceperam ne comederes comedîsti., Dixitque adam.,

Mulierem quam dedisti mici sociam‹ dedit mici de ligno et comedi., Et dixit dominus ad mulierem., | 258 |

Quare hoc fecîsti., Que respondit.,

Serpens decepit me‹ et comedi.,

Et ait dominus ad serpentem.,

6 comederetis re *add. 2 manu* 20 dei *add. m. seriori* 22 deus *supplet. s. lin.*

Quia fecisti hoc‹ maledicta es inter omnia animantia‹ et bestias terrae., Super pectus tuum gradieris‹ et terra comedes‹ cunctis diebus uitae tuae., Inimicitias ponam inter te et mulierem‹ et semen tuum‹ et semen illius., Ipsa conteret caput tuum‹ et tu insidiaberis calcaneum eius., Mulieri quoque dixit.,

Multiplicabo erumnas tuâs . et conceptos tuos.,

In dolore paries filios‹ et sub uiri potestate eris‹ et ipse dominabitur tui.,

Ad adam uero‹ dixit.,

Quia audisti uocem huxoris tuae‹ et comedisti ex ligno ex quo preceperam tibi ne comederes‹ maledicta terra in opere tuo., ||

In laboribus comedes eâm . cunctis diebus uitae tuae.,

Spinas et tribulos germinauit tibi‹ et comedes herbas terrae., In sudo*re* uultus tui uesceris panem‹ donec reuertaris in terra de qua sumtus es‹ quia pulbis es‹ et in pulberem reuerteris.,

Et uocauit adam nomen huxoris suae eua‹ eo quod mater esset cunctorum uibentium.,

Fecit quoque dominus deus adam et huxori eius tunicas pellicias‹ et induit eos et ait.,

Ecce adam factus est quasi unus ex nouis· sciens bonum et malum., Nunc ergo ne forte mittat manum suam et summat aetiam de ligno uitae et comedat et bibat in aeternum‹ emisit eum dominus deus de paradiso uolumtatis ut operaretur terra‹ de qu*a* sumtus est., | 259 |

Egecitque adam‹ et conlocauit ante paradisum uolumtatis cherubin et flameum gladium atque uersatilem‹ ad custodiendam uiam ligni uitae., AMEN.,

In hac lectione pergit episcopus cum diaconibus ad fontes babtizare.,

14 sudore re *add. s. lin.* 24 qua *correct. ex* quo

28 *ad fontes babtizare.*] Ergo lectiones istae non omnes, sicuti Romae mos erat, neophytorum baptismo praemittebantur, sed partim etiam comitabantur.

LECTIO TERTIA.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (Cap. LV)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Omnes sitientes uenite ad aquas . et qui non habetis argentum properate . emite et comedite., Uenite emite argentum‹ absque ulla comutatione uini et lac., Quare appendistis argentum non in panibis‹ et laborem uestrum non in saturitâte.,

Audite audientes me ‖ et comedite bonum‹ et delectauitur in grassitudine anima uestra.,

Inclinate aurem uestram et uenite ad me et audite me‹ et uibet anima uestra.,

Et feriam uobiscum pactum sempiternum‹ misericordias dauit fideles.,

Ecce testem populis dedi eum‹ ducem ac preceptorem gentibus., Ecce gentem quam nesciebas uocabis‹ et gentes quae tae non agnoberunt ad te currunt‹ propter dominum deum tuum et sanctum srahel qui glorificaui*t*te.,

Querite dominum dum inueniri potest‹ inuocate eum dum prope est., Derelinquat impius uias suas‹ et uir iniquus cogitationes sûas . et reuertatur ad dominum et misereuitur eius.,

Et ad dominum deum nostrum‹ quoniam | 260 | multus est ad ignoscendum., Non enim cogitationes meae cogitationes uestrae‹ neque uiae meae uiae uestrae dicit dominus., Quia sicut exaltati sunt caeli atterra‹ sic exaltate sunt uiae meae a uiis uestris‹ et cogitationes meae a cogitationibus uestris., Et quo modo descendit imber et nix de caelo et ill*u*c . ultra non reuertetur‹ sed inebriat terra et infundet eam‹ et germinare eam facit‹ et dat semen serendi‹ et panem comedenti‹ sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo., Non reuertetur ad me uacuum‹ sed faciet quaequumque uolui‹ et prosperauitur in his ad quos misi* illut.,

5 argentum ‹] *sequitur uox erasa*   17 glorificauite *corr.*   26 illuc *corr. ex* illic   30 misit t *erasum*

Quia in letitia egrediminî . et in pace deducimini., Montes et colles || cantabunt coram uobis laudem‹ et omnia ligna regionis plaudent manu.,

Pro saliuncula ascendet abies‹ et pro urtica crescet mirtus. Et erit dominus nominatus in signum eternum‹ quod numquam aufferetur.,

LECTIO QUARTA.,

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (V 31-VIII 21) DEO GRATIAS

In diebus illis‹ noe quum quingentorum esset annorum‹ genuit tres filios . sem . cham et iap*h*et., Quumque cepissent homines multiplicari . super terram‹ et filias procreassent‹ uidentes filii dei filias eorum quod essent pulcre‹ acceperunt sibi huxores . ex omnibus quas elegerant.,

Dixitque deus., Non permaneuit spiritus meus in homine in aeternum‹ quia caro est., Eruntque dies illius‹ centum uiginti annorum., Gigantes autem | 261 | erant super terrâm . in diebus illis., Post quam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illequae genuerunt‹ isti sunt potentes a seculo‹ uiri famosi., Uidens autem deus quod multa malitia hominum esset in terra‹ et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore‹ penituit eum quod hominem fecisset in terram., Et tactus dolore cordis intrinsecus‹ delebo inquid hominêm . quem creabi affacie taerrae.,

Ab homine‹ usque ad animantia
A reptilibus usque ad uolucres caeli‹ penitet me fecisse eos.,

Noe uero inuenit gratiam coram domino‹ hee generationes noe., Noe uir iustus atque perfectus‹ fuit in generationibus suis., ||

Quum deo ambulauit et genuit tres filios . sem . cham . et iap*h*et., Corrupta est autem omnis terra coram domino‹ et repleta est iniquitate.,

10, 29 iapet *corr.* 15 erantque *2 manu* 21 hominem i *eras. m. seriori*

Quumque uidisset deus terram esse corruptam‹ omnis quippe caro corruperat uiam suam super terram., Dixitque deus ad noe.,

Finis uniuerse carnis‹ uenit coram me., Repleta est terra . iniquitate affaciae eorum‹ et ego disperdam eos cum terra., Fac tibi arcam‹ de lignis leuigatis.,

Mansiunculas in arca facies‹ et uitumine linies intrinsecus et extrinsecus‹ et sic facies arcam., Trecentorum cubitorum erit longitudo arce‹ et quinquaginta cubitorum latitudô . et triginta cubitorum altitudo illius., Fenestram in arca facies‹ et in cubito | 262 | consummauis . summitatem eius.,

Osteum *autem* arce‹ pones ex latere deorsum., Cenacula et tristega‹ facies in ea.,

Ecce ego adducam dillubii aquas super terram‹ ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uitae est subter caelum‹ uniuersa quae in terra sunt consummentur.,

Ponamque fedus meum tecum‹ et ingredieris arcam.,

Tu‹ et filii tui . huxor tua⸜ et huxores filiorum tuorum tecum.,

Et ex cunctis animantibus uniuerse carnis‹ bina induces in arcam ut *ui*bant tecum., Et masculini sexus et femini*ni*⸜ de uolucribus iuxta genus suum⸜ et de iumentis in genere suo‹ ex omni reptile terrae secundum genus suum., Bina de omnibus ingredientur tecum‹ ut possint uibere., ||

Tolles igitur . tecum ex omnibus escis . quae manducari possunt‹ et conportabis aput te‹ et erunt tam tibi quam illis in*ci*bum.,

Fecit ergo noe‹ omnia quae preceperat illi deus.,

Dixitque dominus ad eum.,

Ingredere tu et omnis domus tua in arca‹ te enim uidi iustum coram me in generatione hac., Ex omnibus animantibus mundis‹ tolle septena septena masculum et feminam

De animantibus uero non mundis‹ duo et duo masculum et feminam.,

11 autem *supplet. s. lin.* 19 ut uibant *corr. ex* utbant feminini ni *add. s. lin.* 25 incibum *corr. ex* incubum

Sed et de uolatilibus caeli⁄ septena septena masculum et feminam ut salbetur semen super faciem *uniuerse* terrae.,

Adhuc enim et post dies septem⁄ ego pluam super terram quadraginta diebus | 263 | et quadraginta noctibus⁄ et delebo omnem substantiam quam feci⁄ de super faciem terrae.,

FECIT ERGO NOE⁄ omnia quae mandauerat ei dominus.,

Eratque sexcentorum annorum⁄ quando dillubii aquas inundaberunt super terram.,

Et ingressus est noe et filii eius\ huxor eius\ et huxores filiorum eius cum eo in arcam⁄ propter aquas dillubii.,

De animantibus quoque mundis\ et immundis\ et de bolucribus ex omni quod mobetur super terra⁄ duo et duo ingressa sunt⁄ ad noe in arca masculus et feminâ . sicut preceperat dominus noe., Quumque transisent septem dies⁄ aque dillubii inundaberunt super terram., Anno sexcentesimo uitae noe\ mense || secundo septimo decimo die mensis⁄ rupti sunt omnes fontes abissi magne⁄ et cateracte caeli aperte sunt.,

Et facta est plubia super terram⁄ quadraginta diebus et quadraginta noctibus.,

In articulo diei illius⁄

Ingressus est noe . sem . cham . et iaphet . filii eius huxor illius⁄ et huxores filiorum eius cum eo in arcam.,

Ipsi et omne animal secundum genus suum *uniuersaque iumenta in genus suum* . et omne quod mobetur super terram in genere suo⁄ cunctaque uolatilia secundum genus suum.,

Uniuersae abes omnesque uolucres ingresse sunt ad noe in arcam⁄ bina et bina ex omni carne^ in qua erat spiritus uitae.,

Et quae ingressa sunt masculus et faemina ex omni carne\ introierunt sicut preceperat ei deus⁄ et inclusit eum dominus deus de foris., | 264 |

Factumque est dillubium quadraginta diebus et quadraginta

2 uniuerse *add. marg.*   23 uniuersaq. i. i. g. suus *supplet. in marg.*   25 uolatile *manu seriori*

noctibus super terram‹ et multiplicate sunt aque et elebaberunt arcam in sublime a terra.,

Ueementer enim inundauerunt‹ et omnia repleuerunt in super faciem terrae.,

Porro arca ferebatur super aquas‹ et aque preualuerunt nimis super taerram., Opertique sunt omnes montes excaelsi . sub uniuerso caelo‹ quindecim cubitis altior fuit aqua‹ super montes quos operuerat.,

Consum*taque est omnis caro‹ que mobe*ba*tur super terra.,

Uolucrumˎ animantiumˎ bestiarumˎ et omnium reptilium‹ quae reptant super terram,, Uniuersi homines et cuncta in quibus spiraculum uite est in terra‹ *mortua sunt., Et deleuit omnem substantiam‹* quae erat super terram., ||

Ab homine usque ad pecusˎ tam reptile quam uolucres caeli . et deleta sunt de taerra.,

REMANSIT AUTEM SOLUS . NOE‹ et qui quum eo erant in arca.,

Obtinueruntque aque terras‹ centum quinquaginta diebus.,

Recordatusque est autem deus noe cunctorumque animantium‹ et omnium iumentorum quae erant cum eo in arca.,

Adduxit spiritum super terramˎ et inminute sunt aque‹ et clausi sunt fontes abissiˎ et cateracte caeli‹ et proibite sunt plubie de caelo.,

Reuerseque sunt aque de terra euntes et redeuntes‹ et ceperunt minui post centum quinquaginta dies.,

Requiebitque arca mense septimo uicesima septima die mensis‹ super montes armenie.,

At uero aque ibant et decrescebant usque ad decimum mensem., | 265 |

Decimo enim mense primo die mensis‹ apparuerunt cacumina montium.,

Quumque transisent quadraginta dies‹ aperiens noe fenestram arce quam fecerat˄ dimisit corbum.,

9 consumata a *erasum* mobetur *corr.* 12 mortua — substantiam *suppl. in marg.*

Qui egrediebaturˎ et *** reuertebatur‹ donec siccarent aque super terram., Emisit quoque columbam post eum‹ ut uideret si iam cessa*ss*ent aque super faciem terrae.,

Quumque non inuenisset ubi pes eius requiesceret‹ reuersa est ad eum in arca‹ aque enim erant super uniuersam terram.,

Extenditque manum et adpreendens eam‹ intulit in arcam., Expectatis autem ultra septem diebus aliis‹ rursum dimisit columbam ex arca., At illa uenit ad eum ad uesperam portans ramum olibe‹ uirentibus ‖ foliis in ore suo., Intellexit ergo noe‹ quod cessasent aque super terram., Expectauitque nicil ominus septem alios diês . et emisit columbam.,

Que‹ non est reuersa ultra ad eum.,

Igitur sexcentisimo primo annoˎ primo menseˎ prima die mensis‹ inminute sunt aque super terram., Et aperiens noe . tectum arce‹ aspexit uiditque quod exsi*c*casset aqua super faciem terrae.,

Mense secundo septima et uicesima die mensis‹ arefacta est terra., Loquutus est autem dominus ad noe dicens.,

Egredere de arca tuˎ et huxor tuaˎ filii tui‹ et huxores filiorum tuorum tecum.,

Cunctaque animantia quae sunt aput te ex omni carne‹ tam in uolatilibus quam in uestiisˎ et uniuersis reptilibus quae reptant super terra | 266 | educ tecum et ingredimini super terram‹ crescite et multiplicamini super eam.,

Egressus est ergo noe . et filii eiusˎ huxor eius‹ et huxores filiorum eius cum eo., Sed et omnia animantiaˎ iumenta et reptiliaˎ quae repunt super terram‹ secundum genus suum de arca egressi sunt.,

Edificabit autem noe . altare domino et tollens de cuntis pecoribus et uolucribus mundis‹ obtulit holocausta super altare.,

Odoratusque est dominus‹ odorem suabitatis., amen

3 cessassent ss *ex* r   15 exsicasset *corr.*

LECTIO U[a].,

LECTIO LIBRI‹ EXODI., (XIII 18-XV 21 nonnullis omissis)

IN DIEBUS ILLIS‹ armati ascenderunt filii srahel de terra egypti., Tulitque moyses ossa iosep . secum . eo quod adiurasset filios srahel dicens‹ uisitauit uos dominus‹ efferte oss*a* mea ‖ hinc uobiscum., Profectique de socotht‹ castra metati sunt in ethan‹ in extremis finibus solitudinis.,

Dominus autem precedebat eos ad ostendendam uiam per diem in columna nubis\ et per noctem in columnam ignis‹ ut dux esset itineris.,

Utroque tempore numquam defuit columna nubis per diem ^ nec columna ignis per noctem coram populo.,

LOQUUTUS EST AUTEM DOMINUS . ad moysen‹ dicens.,

Loquere filiis . srahel.,

Reuersi castra metentur e regione fiaroth\ quae est inter magdalum et mare contra beelsefon‹ in conspectu eius castra ponetis super mare., Dicturusque est farao insuper filiis srahel coartati sunt in terra‹ conclusit eos desertum., | 267 |

Et indurabo cor eius ac persequentur uos‹ et glorificabor in faraone et in omni exercitu eius‹ scient**que egyptii quia ego sum dominus.,

Feceruntque itâ . et nuntiatum est regi egypti‹ quod fu*g*isset populus., Inmutatumque est cor faraonis et seruorum eius super populum‹ et dixerunt.,

Quid uoluimus facere ut dimitteremus populum srael‹ ne seruirent nobis.,

Iuncxit ergo currum et omnem populum suum‹ adsumsit secum.,

Tulitque sexcentos curros electos quid quid in egypto currum fuit‹ et duces totius exercitus., Indurauitque dominus cor faraonis regis egypti‹ et *per*secutus est filios srael.,

5 ossa a *in rasura* 22 fugisset g *supplet. s. lin.* 31 persecutus per *s. lin.*

At illi‹ egressi erant in manu excelsa., Quumque persequerentur ‖ egyptii uestigia prece*ed*entium‹ reppererunt eos in castris super mare., Et omnis equitatus et currus faraonis et uniuersus exercitus‹ erat in fiarot . contra beelsefon., Quumque adpropinquasset farao‹ lebantes filii srael oculos uiderunt egyptios post se‹ et timuerunt ualde.,

Clamaberuntque ad dominum‹ et dixerunt ad moysen.,

Forsitan . non erant sepulcra in egypto\ ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine ?

Quidnam hoc facere uoluisti\ ut educeres nos ex egipto.,

Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in egypto dicentes\ recede a nobis\ ut seruiamus egyptiis\ multo enim melius est seruire eis\ quam mori in solitudine ? Et ayt moyses ad populum., | 268 |

Nolite timere., State et uidete magnalia domini‹ quae facturus est *h*odie.,

Egyptios enim quos nunc uidetis‹ nequaquam ultra uideuitis usque in sempiternum.,

Dominus pugnabit pro uobis‹ et uos tacebitis.,

Dixitque dominus ad moysen.,

Quid clamas ad me.,

Loquere filiis srahel‹ ut proficiscantur., Tu autem eleba uirgam tuam‹ et extende manum tuam super mare\ et diuide illut‹ ut gradiantur filii srael in medio mare per siccum.,

Ego autem indurabo cor egyptiorum ut persequantur uos‹ et glorificabor in faraone et in omni exercitu eiûs . in curribus et in equitibus illius., Et scient egypti‹ quia ego sum dominus‹ quum glorificatus fuero ‖ in faraone‹ et in curribus atque in equitibus eius..

Tollensque se angelus dei . qui precedebat castra srael‹ abiit post eos‹ et cum eo* pariter columna nubis . priora dimittens post tergum‹ stetit inter castra egyptiorum et castra srael., Et

2 precedentium ed *in ras.* 16 odie *t m.* 30 precedebat] eos *eras.* 31 cum eos s *erasum*

erat nubs tenebrosa et inluminans nocte‹ ut ad se inuicem tota noctis tempore accedere non balerent.,

Quumque extendisset moyses manum super mare‹ abstulit illut dominus flante uento *uehementi* et urente tota nocte‹ et uertit in siccum.,

Diuisaque est aqua et ingressi sunt filii srael per medium mari sicci‹ erat enim aqua quasi murus ad dexteram eorum et sinistram., Persequentesque egyptii‹ ingressi sunt post eos omnis equitatus | 269 | faraonis currus eius‹ et equites per medium maris.,

Iamque aduenerat uigilia matutina‹ et ecce respiciens dominus super castra egyptiorum per columnam ignis‹ et nubs interfecit exercitum eorum‹ et subuertit rotas curu*u*m: ** ferebanturque *in* profundum., Dixerunt ergo egyptii., Fugiamus srael‹ dominus enim pugna**t pro eis contra nos., Et ait dominus ad moysen., Extende manum tuam super mare ut reuertantur aque ad egyptios‹ super currus et equites eorum.,

Quumque extendisset moyses manum contra mare‹ reuersum est primo diluculo ad priorem locum.,

Fugientibusque egyptiis‹ occurerunt aque‹ et inuoluit eos dominus in mediis fluctibus.,

Reuerseque sunt aque et operuerunt || currus et equites cuncti exercitus faraonis qui sequentes ingressi fuer*a*nt mare: ne unus quidem superfuit ex eis., Filii autem srael perrexerunt per medium sicci maris‹ et aque eis erant quasi pro muris addextris et sinistris., Liuerauitque dominus in die illo srael de manu egyptiorum‹ et uiderunt egyptios mortuos super litus maris‹ et manum magnam quam exercuerat dominus contra egyptios.,

Timuitque populus dominum et crediderunt domino: et moysi serbo eius., Tunc cecinit moyses et filii srael carmen hoc domino‹ et dixerunt.,

CANTEMUS DOMINO‹ gloriose enim magnificatus est.,

4 uehementi *add. marg.* et euertit *man. serior.* 7 et sinistram *1 manu* et leba *in marg. 2 manu* 12 currum *(1 m.)* et *eras.* 13 in *supplet. in marg.* 14 pugnauit ui *erasum* 22 fuerant *correct. ex* fuerunt

AEquum et ascensorem‹ proiecit in mare., *fortitudo mea et laudatio mea dominus‹ factus est mihi in salute.*, Iste est deus meus‹ et honorificabo eum., | 270 |

CANTEMUS DOMINO‹ gloriose enim honorificatus est.,

Sumsit ergo maria pro*p*hetissa soror aaron timphanum in manum‹ et egresseque sunt omnes mulieres post eam quum timphanis et coris quibus pr*e*cinnebat dicens.,

CANTEMUS DOMINO‹ gloriose enim magnificatus est., amen

LECTIO SEXTA

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (XXII 1-18)

IN DIEBUS ILLIS‹ temtabit deus abraham‹ et dixit ad eum.,

Abraham abraham‹ et ille respondit., Adsum., Ayt ei.,

Tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac‹ et uade in terram uisionis adque offer eum mici in holocaustum‹ super unum montium que mon*s*trabero tibi.,

Igitur abraham de nocte consurgens strauit asinum suum‹ || ducen*s* secum duos iubenês . et ysaac filium suum.,

Quumque conci*d*isset lignam in holocaüstum‹ abiit ad locum quem preceperat ei deus., Die autem tertio elebatis oculis‹ uidit locum procul.,

DIXITQUE ad pueros suos.,

Expectate hic cum asino‹ ego et puer illuc usque properantes., Postquam adoraberimus‹ reuertemur ad uos., Tulit quoque ligna holocausti‹ et inposuit super y*saac filium suum.,

Ipse uero portabat in manibus suis‹ ignem et gladium.,

Quumque duo pergerent simul‹ dixit ysaac patri suo.,

Pater mi‹ at ille respondit.,

Quid uis fili mi ? Ecce inquid ignis et ligna‹ ubi est uictima holocâusti.,

1 fortitudo — in salute *add. marg. m. seriori* 5 prohetissa *m. 1.* 7 prcinnebat 16 monstrabero s *sup. lin.* 18 ducen secum *corr.* 19 concidisset d *e.r* s 23 Expectate] me *add. m. senor s. lin.*

Dixit abraham., | 271 |

Deus prouideuit sibi uictima olocausti fili mi ? pergebant ergo pariter.,

Ueneruntque ad locum quem ostenderat ei deus . in quo edificauit altare‹ et desuper ligna conposuit.,

Quumque conligasset ysaac filium suum‹ posuit eum in altari super ** struem lignorum., Extenditque manum et arripuit gladiûm . ut imolaret filium.,

Et ecce angelus domini de caelo‹ clamauit dicens.,

Abraham abraham‹ qui respondit., Adsum., Dixitque ei.,

Non extendas manum tuam super puerum‹ neque fac*ias* illi quicquam., Nunc cognoui quod times dominum‹ et non pepercisti filio tuo unigenito propter me.,

Lebauit abraham oculos suos‹ uiditque post tergum ‖ arietem‹ inter uepres herentem cornibus suis., Quem adsumens‹ obtulit holocaustum pro filio.,

Appellauitque nomen loci illius‹ dominus uidet.,

Unde usque hodie dicitur‹ in montem dominus uideuit.,

Uocauit autem angelus domin*i* abraham secundo de caelo‹ dicens.,

Per memet ipsum iuraui dicit dominus quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo unigenito propter me‹ benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli‹ et uelut harena quae est in litore maris., Possideuit semen tuum portas inimicorum suorum‹ et benedicentur in semini tuo omnes gentes terre‹ quia obedisti uoci meae., amen

LECTIO SEPTIMA., | 272 |

LECTIO LIBRI‹ DEUTERONOMIUM., (XXXI 28-XXXII 3, 44-45)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est moyses filiis srahel dicens.,

Congregate ad me omnes maiores natu per tribus uestras

7 super] in struem *in* erasum 11 facias as *sup. ras.* 19 domini *corr. ex* dominus

atque doctores‹ et loquar audientibus eis sermones istos‹ et inuocauo contra eos caelum et terram., Noui enim quod post mortem meam inique agetis‹ et declinauitis cito de uiam quam precipio uobis., Et occurrent uobis mala in extremo tempore‹ quando feceritis malum in conspectu domini^ ut i*rritetis eum per opera manuum uestrarum.,

Loquutus est ergo moyses audiente uniuerso cetu srahel uerba carminis huius‹ et ad finem usque conpleuit.,

Audite caeli quae loquar‹ audiet terra uerba oris mei., ||

Expectetur sicut plubia eloquium meum‹ et descendat sicut ros uerba mea.,

Sicut nimbus supra gramen et sicut nix supra fenum‹ quoniam nomen domini inuocaui.,

Uenit ergo moyses et loquutus est omnia uerba cantici huius in auribus populi‹ ipse et iosue filius nun.,

Conpleuitque moyses sermones istos loquens ad uniuersum srahel‹ et dixit ad eos.,

Audite caeli quae loquar‹ audiat terra uerba oris mei., amen

LECTIO OCTABA.,

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (XXVII 1-29)

IN DIEBUS ILLIS‹ senuit ysaac et caligaberunt oculi eius‹ et uidere non poterat., Uocauitque esau filium suum maiorem‹ et dixit ei., Fili mi‹ qui respondit., Adsum.,

Cui pater., Uides inquid quod senuerim‹ | 273 | et ignorem diem mortis meae?

Summe arma tua faretra et arcum‹ et egredere foras.,

Quumque uenatum aliquid adpreenderis‹ fac mici inde pulmentum sicut uelle me nosti‹ et adfer ut comedam‹ et benedicat tibi anima mea ante quam moriar.,

Quumque audisset reuecca‹ et ille abisset in agrum ut iussionem patris expleret‹ dixit fiiio suo iacob.,

Audiui patrem tuum . loquentem cum esau fratre tuo‹ et dicentem ei., Adfer mici de uenatione tua‹ et fac cibos ut comedâm . et benedicam tibi coram domino ante quam moriar.,

Nunc ergo fili miˎ adquiesce consiliis meisˎ et pergens ad gregemˎ adfer mici duos hedos obtimosˎ ut faciam || ex eis aescas patri tuo‹ quibus libenter uescetur., Quas quum intuleri*s* et comederit‹ benedicat tibi prius quam moriatur.,

Cui ille . respondit.,

Nosti quod esau frater meus homo pilosus sitˎ et ego lenis ?

Si adtractaberit me pater meus et senserit‹ timeo ne putet *me* siui uoluisse inludere‹ et inducat super me maledictionem . pro benedictionem ?

Ad quem‹ mater., In me‹ sit ista maledictio fili mi‹ tantum audi uocem meam et perge ad gregem‹ adfer mici quae dixi.,

Et abiit et atulit deditque matri.,

Parauit illa cibos sicut noberat uelle patrem illius‹ et uestibus esau ualde bonis quas aput se habebat domi‹ induit eum.,

Pelliculasque hedorum circumdedit‹ *manibus* et colli nuda protexit., | 274 |

Deditque pulmentum‹ et panes quas coxerat tradidit.,

Quibus inlatis‹ dixit.,

Pater mi‹ et ille respondit.,

Audio., Quis es tu fili mi ?

Dixitque ei iacob., Ego sum esau primo genitus tuus‹ feci sicut dixi*s*ti mici.,

Surge *sede* et comede de uenatione meâ . ut benedicat mici anima tua.,

Rursum ysaac ait ad filium suum., Quomodo inquid tam cito inuenire potuisti fili mi ? Qui respondit.,

Uolumtas dei fuit‹ ut cito mici occurreret quod uolebam.,

Dixitque ei ysaac., Accede huc ut tangam te fili mi‹ ut probem utrum tu sis filius meus esau‹ annon.,

6 intuleris *corr. m. serior ex* intulerit 11 me *supplet. sup. lin.* 18 manibus *add. marg.* 25 dixiti *corr.* 26 sede *om. in actu scriptionis*

Accessit ille ad patrem . et palpato eo‹ dixit ysaac.,

Uox quidem‹ uox iacob est.,

Manus autem‹ manus sunt esau., ||

Et non cognouit eum‹ quia pilose manus similitudinem maioris expresserat.,

Benedicens ergo illi‹ ait.,

Tu es filius meus esau ? Respondit.,

Ego sum., At ille.,

Offer inquid mici . cibos de uenatione tua fili mi‹ ut benedicat tibi anima mea

Quos quum oblatos comedisset‹ obtulit ei etiam et uinum., Quo austo‹ dixit ad eum., Accede ad me et da mici osculum fili mi‹ accessit et osculatus est eum., Statimque ut sensit uestimentorum illius fraglantia‹ benedicens illi ayt., Ecce odor fili mi‹ sicut odor agri pleni cui benedixit dominus ,

Det tiui dominus de rore caeli‹ et de pinguedine terre.,

Abundantia frumenti uini et olei et seruient tibi populi‹ | 275 | et adorent te tribus., *Esto dominus fratrum tuorum‹ et incurbentur ante te filii matris tue.*, Qui maledixerit tibi sit maledictus‹ et qui benedixerit *tibi* benedictionibus repleatur., amen

LECTIO NONA.,

LECTIO LIBRI‹ EXODI., (XII 1-42)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit dominus ad moysen et aaron in terra egypti.,

Mensis iste *uobis* principium mensuum‹ primus erit in mensibus anni.,

Loquimini ad uniuersum caetum filiorum srahel‹ et dicetis eis.,

Decima die mensis huius‹ tollat unusquisque agnum per familias et domus suas.,

Sin autem minor est numerus ut sufficere non possit ad esum

18-19 Esto — tue., *add. in marg.* 20 tibi *sup. lin.* 25 uobis *add. sup. lin.*

agni‹ adsummet uicinum suum qui iunctus est domui eius‹ iuxta numerum . animarum ‖ que sufficere poss*i*nt . ad esum agni., Erit autem agnus absque macula‹ masculus anniculus.,

Iuxta quem ritum tolletis . et edum‹ et serbabitis eum usque ad quarta decima die mensis huius., Imolauitque eum uniuersa multitudo filiorum srahel ad uespera‹ et sument de sanguine ac ponent super utrumque postem‹ et in superliminaribus domorum . in quibus comedent illum.,

Et edent carnes nocte illa assas ignî . et azimos panes cum lactucis agrestibus.,

Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua‹ sed . assum tantum igni.,

Caput cum pedibus‹ et intestinis uorabitis‹ nec remanebit ex eo quicquam usque mane., | 276 |

Si quid residuum fuerit‹ igne conburetis.,

Sic autem comedetis illum‹ renes uestros accingetis . et calciamenta abebitis in pedibus tenentes baculos in manibus‹ et comedetis festinantes., Est enim phase id est transitus domini.,

Et transibo per terra egypti nocte illam percutiamque omne primogenitum in terra egypti ab homine usque ad pecus‹ et in cunctis diis egypti faciam mirabilia ego dominus., Erit autem uobis sanguis in signum‹ et in *edibus* in quibus eritis.,

Et uidebo sanguinem et transibo uos‹ nec erit in uobis plaga disperdens‹ quando percussero terra egypti., Habebitis autem hunc diem in monumentum‹ et celebrauitis eam . ‖ solemn*em* domino in generationibus uestris‹ cultu sempiterno.,

Septem diebus . azima comedetîs . et in die primo non erit fermentatum in domibus uestris., Qui quumque comederit fermentatum‹ peribit anima illa de cetu srahel‹ a prima diae usque ad diem septimum., Dies prima erit sancta atque sollemnis . et dies septima‹ eadem festiuitatem uenerabilis est.,

Nicil operis facietis in eis‹ exceptis his que ad uescendum

2 possint *ex* possunt   22 edibus *corr. ex* diebus   25 solemnitatem *I manu*

pertinent et obserbabitis azima., In eadem enim ipsa diae educam exercitum uestrum de terra egypti∠ et custodietis diem istum in generationes uestras∠ ritu perpetuo.,

Primo mense . quarta decima diae mensis ad uespera∠ comedetis azima usque ad diem uicesimam . primam . | 277 | eiusdem mensis ad uesperam.,

Septem diebus∠ fermentatum non inuenietur . in domibus.. uestris., Qui quumque comederit fermentatum∠ periuit anima eius de cetu srahel tam de aduenis quam de indigenis terrae.,

Omne fermentatum non comedetis in cunctis habitaculis uestris^ edetis azima.,

Uocauit autem moyses omnes seniores filiorum srahel∠ et dixit ad eos., Ite tollentes animal . per familias uestras∠ imolate fase fasciculumque ysopi tinguite sanguine *que est in limine*^ et adspargite ex eo super liminare et utrumque poste., Nullus *uestrum* egredietur ostium *domus suae* usque ad mane∠ transiuit enim dominus percutiens egyptios., Quumque uiderit sanguinem in superliminari et utroque poste∠ ‖ transcendet osteum et non sinit percussorem ingredi domus uestras et ** ledere.,

Custodi uerbum istut legitimum tibi et filiis tuis∠ usque in aeternum., Quumque introieritis terram quam dominus deus daturus est uobis ut pollicitus est∠ obserbabitis cerimonias istas.,

Et quum di**xerint uobis filii uestri∖ que est ista religio∠ dicetis eis., Uictima transitus domini est∠ quando transiuit per domos filiorum srahel in egypto percutiens egyptios et domos *nostras* liuerans.,

Incurbatusque populus∠ adorauit domino^ et moysi serbo eius.,

Et egressi filii srahel∠ fecerunt sicut preceperat dominus moysi et aaron.,

Factum est autem in noctis medio∠ percussit dominus omne | 278 | primogenitum in terra egypti.,

14 que — limine *add. marg.* 16 uestrum *in rasura* domus suae *suppletum manu seriori* 23 dilexerint *I manu* 26 nostras *corr. ex* uestros

A primogenito faraonis qui sedebat in solio eius⁄ usque ad primogenito cabtibae que erant in carcere⁄ et omne primogenitum iumentorum.

Surrexitque farao nocte et omnis serui eius cunctaque egyptus⁄ et or**tus est clamor magnus in egypto⁄ neque enim erat domus in qua non iace*re*t mortuus.,

Uocatisque farao . moysen et aaron nocte⁄ ait.,

Surgite et egredimini a populo meo et filii srael⁄ ite imolate deo sicut scitis.,

Oues uestras et armenta adsumite ut petieratîs . et abeuntes benedicite mici.,

Urguebantque egyptii populum de terra exire uelociter dicentes⁄ omnes moriemur.,

Tulit igitur populus || consparsam farinam ante quam fermentaretur et ligans in palleis⁄ posuit super humeros eius.,

Feceruntque filii srahel⁄ sicut preceperat moyses.,

Et petierunt ab egyptiis uasa argentea⁄ et aurea⁄ et uestem plurimam.,

Dedit autem dominus gratiam populo coram egyptiis ut comodarent eis⁄ et expoliauerunt egyptios., Profectique sunt filii . srahel de ramasse in so*coth⁄ sexcenta fere milia peditum uirorum absque parbulis., Sed et uulgus promiscuum innumerabile⁄ ascendit cum eis.,

Oues et armenta et animantia diuersi generis⁄ multa nimis., Coxeruntque farinam quam dudum consparsam de egyto tulerunt⁄ et fecerunt subcinericios | 279 | panes azimos., Neque enim poterant fermentari cogentibus . exire egypti*y*s .⁄ et nullam facere sinentibus moram⁄ nec pulmenti quicquam occurrerant preparare.,

Abitatio autem filiorum . srael quae manserunt in egypto⁄ fuit quadringentorum triginta annorum.,

Quibus expletis⁄ eadem diae egressus est omnis exercitus domini⁄ de terra egypti.,

6 iaceret re *in rasura* 14 conspersam *man. 2* 25 tulerunt *corr. m. serior. in* tulerant 27 egyptiys y *in ras.*

Nox est ista obserbauilis domino‹ quando eduxit eos dominus de terra egypti.,

Hanc obserbare deuent omnes filii srahel‹ in generationibus suis., amen.,

LECTIO X^a^.,

LECTIO LIBRI‹ PARALIPOMENON., (II Paral. XXXIV 1-4, 30-33, XXXV 1-19) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ octo annorum erat iosias . || quum regnare cepisset‹ et triginta et uno anno regnauit in iherusalem.,

Fecitque quod erat rectum in conspectu domini‹ et ambulauit in uiis dauid patris sui.,

Non declinauit‹ neque ad dexteram neque ad sinistram.,

Octabo autem anno regni sui quum aduc esset puer‹ cepit querere deum patri sui dauit et duodecimo anno postquam ceperat‹ mundauit iudeam et iherusalem ab excaelsis et lucis simulacrisque et scluptilibus.,

Dextruxeruntque coram eo aras baalim‹ et simulacra quae superposita fuerant demoliti sunt.,

Ascendit ergo rex domum domini una cum omnes uiri iuda et habitatores iherusalem‹ sacerdotes et leuite‹ et cunctus populus | 280 | a minimo usque ad maxim*um*.,

Quibus audientibus‹ in domum domini legit rex omnia uerba uoluminis‹ et stans in tribunali suo‹ percussit faedus coram domino‹ ut ambularet post eum‹ et custodiret precepta et testimonia‹ et iustificationes eius in toto corde suo‹ et in tota anima sua: ut faceret quae scripta sunt in uolumine illo quod legerat., Adiurauit quoque super hoc omnes qui repperti fuerant in iherusalem‹ iuxta pactum domini dei patrum suorum.,

Abstulit ergo iosias cunctas abominationes de uniuersis regionibus filiorum srahel‹ et fecit omnes qui resudui erant in iheru-

21 maximo *1 manu* 26 elegerat *corr.*

salem seruire domino deo suo., Cunctis diebus eius‹ non recesserunt a domino deo patrum suorum., ‖

FECIT AUTEM IOSIAS IN IHERUSALEM phase domino‹ quod ymolatum est quarta decima diae mensis primi., Et constituit sacerdotes in officiis suis‹ hortatusque est eos ut ministrarent in domo domini.,

LEUITIS QUOQUE AD CORUM erudictionem omnis srahel sanctificauitur domino‹ sicut loquutus est.,

Ponite arcam in sanctuario templi quod hedificauit . salomon filius dauit‹ rex srahel., *Nequaquam enim eam ultra portabitis., Nunc autem ministrate domino deo uestro . et populo eius srael‹ et preparate uos per domos et cognationes uestras in diuisionibus singulorum‹ sicut precepit dauid rex srael., Aet dis*cri*p*sit salomon fili*u*s eius‹ et ministrate in sanctuario per familias turmasque leuiticâs . et sanctificati ymolate phase.,

Fratres etiam uestros ut possint iuxta uerba quae loquutus est dominus in manu mo*y*si facere‹ praeparate.,

DEDIT PRETEREA REX IOSIAS . | 281 | omni populo qui ibidem fuerat inuentus‹ in sollemnitatem phase.,

Agnos et hedos de gregibus‹ et reliqui pecoris triginta milia‹ bobum quoque tria milia., Haec de *regis‹ uniuersa substantia.,

Duces quoque eius sponte quod uoluerunt *obtulerunt*‹ tam populo quam sacerdotibus . et leuitis.,

Praeparatumque est ministerium et s*te*terunt sacerdotes in officio suo‹ leuite quoque in turmis iuxta regis imperiûm . et ymolatum est phase.,

Asparseruntque sacerdotes manus suas sanguine‹ et leuite detraxerunt pelles holocaustorum . et separaberunt ea‹ ut da*rent per domos et familias singulorum‹ ‖ et offerent*ur* domino sicut scriptum est in libro moysi.,

De bubus quoque *fecerunt* similiter., Et assaberunt phase super ignem‹ iuxta quod in lege preceptum est.,

9-12 Nequaquam — rex srael *add. marg. infer.* 12 Aet discripsit *corr. ex* Haec scribsit 13 filius *corr. ex* filiis 16 moysi y *in ras.* 20 regis *corr. ex* gregis 21 obtulerunt *in marg. pro* impleberunt *quod erat in textu* 23 sterunt *1 manu* 28 offerent 30 fecerunt *corr. marg. ex* facere

Pacificas uero hostias coxerunt in leuetis et coccabis et ollis‹ et festinato distribuerunt uniuersae pleui., Siui autem et sacerdotibus‹ postea paraberunt.,

Nam in oblatione holocaustorum . et adipum‹ usque ad nocte sacerdotes fuerunt occupati.,

Unde leuite et siui et sacerdotibus filiis aaron‹ postea paraberunt nobissimis., Porro cantores filii asaph‹ stabant in ordine suo iuxta preceptum dauit et asaph‹ et eman‹ et hetan‹ et idithun‹ | 282 | prophetarum regis‹ ianitores uero per portas singulas obserbabant‹ ita ut nec puncto quidem discederent a ministerio.,

Quamobrem‹ et fratres eorum leuite paraberunt eis cibos.,

Omnis igitur cultura domini rite conpleta est in die illa ut facerent phase‹ et offer*r*ent holocausta super altare domini: iuxta preceptum regis . iosie.,

Feceruntque filii srahel qui repperti fuerant ibi phase . in tempore illo‹ et sollemnitatem . azimorum . septem diebus., Non fuit p*h*ase similis huic in srahel‹ a diebus samuelis prophaete.,

Sed nec quisquam de cunctis regibus srahel fecit phase sicut iosias‹ sacerdotibus et leuitis et omnis iuda in srahel ‖ qui repperti fuerunt‹ et habitantibus in iherusalem.,

Octabo decimo anno regis iosie hoc pase‹ cel*e*bratum est domino., amen

LECTIO UNDECIMA

LECTIO LIBRI‹ HEZEZHIE.LIS PROPHETE., (XXXVII 1-14)
DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ facta est super me manus domini et eduxit me in spiritu dominus‹ et dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus‹ et circumduxit me per ea in giro.,

14 offerent *corr.* 18 pase 22 celebratum e *in rasura*

Erant autem multa super faciem campi siccaque ueaementer‹ et dixit ad me.,

Fili hominis‹ putasne bibent ossa ista? Et dixi.,

Domine deus tu nosti., Et dixit ad me.,

Uaticinare de ossibus istis‹ et dices eis.,

Ossa arida‹ audite uerbum domini., Haec dicit dominus deus ad ossibus istis., | 283 |

Ecce ego intromitto in uobis spiritum et uibetis‹ et dabo super uos nerbos . et suc**crescere faciam super uos carnes‹ et super extendam in uobis cutem‹ et dabo uobis spiritum et uibetis^ et scietis quia ego sum dominus.,

Et prophetaui‹ sicut preceperat mici dominus.,

Factum est autem sonus prophetantem me‹ et ecce comotio., Et accesserunt ossa ad ossa‹ unusquisque ad iuncturam suam.,

Et uidi et ecce super ea nerui‹ et carnes ascenderunt‹ et extensa est in eis cutis desuper‹ et spiritum non abebant.,

Et dixit ad me., Uaticinare filii hominis‹ et dices ad spiritum., Haec dicit dominus deus.,

A quattuor uentis ueni spiritus et insufla super interfectos istos‹ et reuiuescant., ‖

Et prophetaui . sicut preceperat mici dominus‹ et ingressus est in eis spiritus et uixerunt.,

Steteruntque super pedes suos‹ et erat exercitus grandis nimis ualde., Et dixit ad me., Fili hominis‹ ossa haec uniuersa domus srahel est., Ipsi dicunt aruerunt ossa nostra‹ et periit spes nostra et abscisi sumus.,

Propterea uaticinare‹ et dices ad eos., Haec dicit dominus deus.,

Eccego aperiam tumulos uestros . et educam uos de sepulcris uestris populus meus‹ et inducam uos in terram srael‹ et scietis quia ego dominus quum exieritis de sepulcris uestris‹ et eduxero uos de tumulis uestris populus meus et dedero spiritum meum in

9 suc**crescere c *in ras.* 14 iuncturam c *add. sup. lin.*

uobis et uixeritis., Et requiescere uos faciam super humum uestrum‹ et scietis quia *ego* dominus | 284 | loquutus sum et feci haec ait dominus omnipotens., amen.,

LECTIO XII[a]

LECTIO LIBRI‹ DANIHELIS PROPHETE., (III 1-24, 46-48, 49-51) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ nabuquodonosor rex . fecit statuam auream altitudinem cubitorum sexaginta‹ latitudinem cubitorum sex., Et statuit ea in campo . huran‹ prouinciae babilonis., Itaque nabuquodonosor rex‹ misit ad congregandos . satrap*as*ˎ et magistratusˎ iudices et ducesˎ et tyrannos et *prefectos . et* obtimates qui erat in potestat*ibus* constituti‹ et uniuersi principes regionum . ut conuenirent ad dedicationem statuaê . quam erexerat nabuquodonosor rex., Tunc congregati sunt . satrapesˎ magistratusˎ et iudicesˎ ‖ et ducesˎ et tiranni . et obtimates qui erant in potestatibus constituti‹ et uniuersi principes regionum . ut conuenirent ad dedicationem statuae quam erexerat nabuquodonosor rex.,

Stabant autem in conspectu statuae quam posuerat nabuquodonosor‹ et preco clamabat ualenter.,

Uobis dicitur populis et tribus . et linguisˎ in hora qua audieritis sonitum tubeˎ et fistule et cithare . sambuce et psalteriiˎ simphonieˎ et uniuersi generis musicorum‹ cadentes adorate statuam aurean∴ quam constituit nabuquodonosor *rex.*, Si quis autem non prostratus adoraberit‹ eadem hora mittetur in fornace ignis ardentis., | 285 |

Post haec igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubeˎ fist*u*leˎ et cithareˎ et psalteriiˎ et simphonieˎ et omnis

2 ego *add. manu seriori sup. lin.* 9 huran] duram *corr. marg. 2 manu* 10 satrapas *corr. ex* satrapes 11 prefectos et *add. marg. 2 manu* 12 potestat]ibus *in ras.* 24 rex *add. sup. lin.* 28 fistule *corr. manu seriori ex* fistole

generis musicorum⸵ cadentes autem populi omnes tribus et lingue adoraberunt statuam auream: quam constitu*erat* nabuquodonosor rex.,

Statimque in ipso tempore⸵ accesserunt uiri caldei⸵ accusaberunt iudeos.,

. Dixeruntque nabuquodonosor regi.,

Rex in aeternum uibe.,

Tu rex⸵ posuisti decretum . hoc⸌ ut omnis homo qui audierit sonitum tube⸌ fist*u*le⸌ cithare⸌ sambuce⸌ et psalterii⸌ et simphonie⸌ et uniuersis generis musicorum⸵ prosternant se⸵ et adorent statuam auream.,

Si quis *autem* prostratus non ***** adoraberit⸵ mittetur . || in fornace ignis ardentis.,

Sunt ergo uiri iudaei quos constituisti super opera regionis babilonie⸵ sedrac m*y*sac et abd*e*nago.,

Uiri histi⸵ contemserunt rex decretum tuum.,

Deos tuos non colunt: et statuam auream quam erexisti non adorant.,

Tunc nabuquodonosor rex in furore et in ira⸵ precepit ut adducerent sedrac misac et abd*e*nago.,

Qui confestim adducti sunt in conspectu regis⸵ prouincie babilonis.,

Pronuntiansque nabucodonosor rex⸵ ait eis.,

Uere ne sedrac misac et abd*e*nago⸌ deos meos non colitis⸌ et statuam auream quam constitui non adoratis ?

Nunc ergo⸌ si estis parati quaquumque hora audieritis | 286 | sonitum tube⸌ fist*u*le et cithare⸌ et sambuce⸌ et psalterii⸌ et simphonie et omnis generis musicorum⸵ prosternite uos et adorate statuam quam feci.,

Quod si non adoraberitis . eadem hora mittemini in fornace . ignis ardentis.,

Et quis est deus qui eripiat uos de manu mea.,

2 constituit *1 manu* 9, 27 fistule *corr. manu seriori ex* fistole 12 Si quis prostratus non autem *corr.* 15 misac 15, 20, 24 abdinago *1 m.*

Respondentes sedrac misac et abd*e*nago‹ dixerunt regi.,

Non oportet nos de ac re‹ respondere tibi., Ecce dominus noster quem colimus‹ potens est eripere nos de camino ignis ardentis‹ et de manibus tuis rex liberare., Quod si noluerit‹ notum tibi facimus rex‹ quia deos tuos non colimus‹ et statuam auream quam erexisti non adoramus.,

Tunc nabuquodonosor repletus ‖ est furore‹ et aspectus faciei illius inmutata est super sedrac misac . et abd*e*nago., Et precepit ut succenderetur fornax septuplum‹ qu*a*m succendi consueberat., Et uiris fortissimis de exercito suo‹ iussit ut ligatis pedibus sedrac misac et abd*e*nago mitterent eos in fornace ignis ardentis., Et confestim uiri illi uincti‹ cum brac*is suis . et th*iar*is . et calciamentibus‹ missi sunt in medium fornacis ignis ardentis., Nam iussio regis urguebat‹ fornax autem succensa erat nimis.,

Porro uiros illos qui miserant sedrac misac et abd*e*nago‹ interfecit flama ignis.,

Uiri autem hi tres sedrac misac . et abd*e*nago‹ cecinerunt in medio camino ignis . | 287 | ardentis conligati.,

Et deambulabant in medio flamme‹ laudantes . et benedicentes . deum.,

Et non cessabant qui miserunt eos ministri regîs . succendere fornacem.,

Napta et stuppa et pice et malleolis‹ et efundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nobe., Et erupit et incendit quos repperit iuxta fornacem‹ de caldeis.,

PROLOGO. Angelus domini simul descendit quum azaria et socii eius‹ in fornace., Et excussit flammam ignis de fornace et fecit medium fornacis‹ tamquam spiritu roris flante., Et non tetigit eos omnino ignis neque contristauit nec quicquam molestus eis fuit.,

1, 8, 11, 15, 17 abdinago *1 m.* 9 quam a *in rasura* 17 autem] hii id est tres *manu seriori*

26. PROLOGO] Id est, verba quae in modum prologi praemitti solebant hymno trium puerorum in reliquis anni sollennitatibus. Conf. Missale Mozarabicum, p. 93, et Lectionarium Romanum in Sabbato Quatuor Temporum.

Tunc hii tres quasi ex uno ore‹ ‖ laudabant et magnificabant et benedicebant dominum de fornace dicentes.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTHIOS PRIMA.,
(V 7-8)

FRATRES expurgate uetus fermentum‹ ut sitis noba consparsio sicut estis azima., Et enim pascha nostrum‹ ymolatus est cristus., Itaque emulemur non in fermento ueteri‹ neque in fermento malitiae et nequitiae‹ sed in azimis sinceritatis et ueritatis‹ in xpo ihesu domino nostro., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII SECUNDUM MATHEUM.,
(XXVIII 1-7)

IN ILLO TEMPORE‹ Uespere sabbati quae luce⁎*s*it in prima sabbati . uenit maria magdalene . et altera maria‹ uidere sepulcrum., Et ecce terre motus factus est magnus., | 288 |
Angelus enim domini descendit de caelo‹ et accedens reuoluit lapidêm . et sedebat super eum., Erat autem aspectus eius sicut fulgur‹ et uestimenta eius sicut nix.,
Prae timore autem eius exterriti sunt custodes‹ et facti sunt *uelut* mortui., Respondens autem angelus domini‹ dixit mulieribus., Nolite timere uos.,
Scio enim quod ihesum qui crucifixus est queritis‹ non est hic‹ surrexit enim sicut dixit., Uenite et uidete locum‹ ubi positus erat dominus., Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit‹ et ecce precedet uos in galilea ibi eum uidebitis., Et ecce‹ predixi uobis., amen

12 luce ⁎ sit s *in ras.* 19 uelut *add. marg. loco uocis erasae in textu* 25 predixit *corr.*

2 *dicentes.*] Heic praedictus hymnus trium puerorum in pulpito decantabatur ex *antiqua consuetudine*, quam sancivit Concilium Toletanum IV, decreto 14. Convenit semel hoc loco Lectionarium Luxoviense cum libro nostro Comico, itemque in officio Nativitatis Domini, quum alias hymnum trium puerorum apostolicae lectioni more gallicano postponat.

ITEM LEGENDUM ‖ IN HILARIA.˙, PASCHE.˙, AD MISSAM.˙,

PRINCIPIUM LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (I 1-18) DEO GRATIAS.,

REUELATIO IHESU XPI QUAM dedit illi deus palam facere seruis suis‹ que oportet | 289 | fieri cito., Et signauit mittens per angelum suum seruo suo io*h*anni qui testimonium peribuit uerbo dei‹ et testimonium ihesu xpi quae quumque uidet.,

Beatus qui legit et qui audit uerba prophetie‹ et serbat ea quae in ea scripta sunt‹ tempus enim prope est.,

Iohannes septem aeclesiis‹ quae sunt in asia.,

Gratiam uobis . et pax a deô . qui est et qui erat et qui uenturus est., Et a septem spiritibus qui in conspectu troni eius sunt‹ et a ihesu xpo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum‹ et princeps regum terrae., Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo‹ et fecit nostrum regnum ‖ sacerdotes deo et patri suô . ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum . amen.,

Ecce ueniet . cum nubibus et uideuit eum omnis oculus‹ et qui eum pupungerunt., Et plangent se super eum omnes tribus terrae‹ etiam amen.,

Ego sum . alfa . et . ω. principium et finis dicit dominus deus‹qui est et erat et qui uenturus est omnipotens.,

Ego iohannes frater uester et particeps in tribulatione et regno et patientia ihesu‹ fui in insula quae appellatur pathmos propter uerbum dei‹ et testimonium . ihesu., Fui in spiritu in dominico diae‹ et audiui post me uocem magnam‹ tamquam tube dicentis.,

Quod uides scribe in libro‹ et mitte septem eclesiis.,

6 iohanni h *add. sup. lin.*

2 *Principium libri apocalipsin.*] Eadem prophetia legitur in sacramentario Bobiensi. Confer decret. 17 Concil. Toletani IV, et ea quae Germanus Parisiensis episcopus scripsit de missa.

Ephso\ zmirne\ et pergamum\ | 290 | et thiathire\ sardis\ filadelfie‹ et laudociaê .

Et conuerus sum‹ ut uiderem uocem quae loquebatur mecum., Et conuersus uidi septem candelabra aurea‹ et in medio septem candelabrorum aureorum similem filium hominis uestitum phodere‹ et precinctum ad mamillas . zona aurea.,

Caput autem eius et capilli‹ erant candidi uelut lana alba‹ et tamquam nix.,

Et oculi eius‹ uelut flamma ignis., Et pedes eius‹ similes oricalco sicut in camino ignis ardentis.,

Et uox illiûs . tamquam uox aquarum multarum.,

Et habebat in dextera sua stellas septem‹ et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exiebat.,

Et facies eius‹ sicut sol || lucens in uirtute sua.,

Et quum uidisem eum‹ cecidi ad pedes eius tamquam mortuus‹ et posuit dexteram suam super me dicens.,

Noli timerê . ego sum primus et nobissimis et uibus et fui mortuus‹ et ecce sum uibens in secula seculorum., amen.,

EPISTOLA PAULI‹ APOSTOLI‹ AD CORINTHIOS PRIMA., (XV 1-11, 20-22)

FRATRES notum uobis facio euangelium quod predicaui uobis‹ quod et accepistis in quo et statis per quod et salbamini., Qua ratione ante predicaberim uobis debetis tenere‹ nisi frustra credidistis.,

Tradidi enim uobis in primis quod accepi‹ quoniam xps ihesus mortuus est pro peccatis nostris‹ secundum scripturas.,

Et quia sepultus est | 291 | et quia resurrexit tertia die‹ saecundum scripturas., Et quia uisus est cephe‹ et post haec undecim apostolis., De inde‹ uisus est plus quam quingentis fratribus simul‹ ex quibus permanent multis usque aduc.,

19 *ad corinthios prima.*] Eadem quoque Epistola in Lectionario Luxoviensi, sed ibi aliquanto brevior.

Quidam autem‹ dormierunt.,

De inde‹ uisus est iacob.,

De inde‹ apostolis omnibus.,

NOBISSIME AUTEM OMNIUM‹ tamquam abortibo uisus est mici., Ego sum enim minimus omnium apostolorum qui non sum dignus uocari apostolus‹ quoniam persecutus sum aeclesia dei., Gratia autem dei sum‹ id quod sum.,

Et gratia eius in me uacua non fuit‹ sed abundantius illis omnibus laborabi.,

Non autem ego‹ sed et gratia dei mecum., Siue enim ego siue . illi‹ || sic predicamus et sic credidistis.,

NUNC AUTEM xps resurrexit a mortuîs . primitiae dormientium.,

Quoniam sicut per hominem mors‹ et per hominem resurrectio mortuorum., Et sicut in adam omnes moriuntur‹ ita et in xpo omnes uiuificantur., Ipsi gloria et imperium in secula seculorum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,

(XXVIII 8-20)

IN ILLO TEMPORE‹ post quam resurrexit dominus ihesus‹ exierunt mulieres cito de monumento cum timore et gaudio magno‹ currentes nuntiare discipulis eius.,

ET ECCE IHESUS OCCURRIT ILLIS‹ dicens., Abetê . Ille autem acceserunt et tenuerunt pedes eius‹ et adoraberunt eum.,

Tunc ait illis ihesus.,

Nolite timêre., | 292 |

Ite nuntiate fratribus meis ut eant in galileam‹ ibi me uidebunt.,

Quae quum abissent‹ ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem‹ et nuntiaberunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant.,

12 resuresurrexit *corr.*

Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes.,

Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt‹ et furati sunt eum nobis dormientibus., Et si hoc auditum fuerit a preside‹ nos suadeuimus ei‹ et securos uos faciemus., At illi accepta pecunia‹ fecerunt sicut erant docti., Et diuulgatum est uerbum istut aput iudeos‹ usque in odiernum diem., ||

Undecim autem apostoli‹ abierunt in galileam in montem‹ ubi constituerat illis ihesus.,

Et uidentes eum adoraberûnt . quidam autem duuitaberunt.,

Et accedens ihesus‹ loquutus est eis dicens.,

Data est mici omnis potestas‹ in caelo et in terra.,

Euntes autem‹ docete omnes gentes babtizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti‹ docentes eos serbare omnia quaequumque mandaui uobis., Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus‹ usque ad consumationem seculi., amen.,

LEGENDUM . IIa FERIA . PASCE.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (II 1-7) DEO GRATIAS.,

HAEC DICIT‹ qui tenet septem stellas in dextera sua‹ qui ambulat in medio candelabrorum aureorum., | 293 |

Scio opera tua et laborem et patientiam quia malos non potes portare‹ et temtasti eos qui se dicunt apostolos esse et non sunt‹ et inuenisti eos mendaces‹ et patientiam habes‹ et portasti eos propter nomen meum et non defecisti.,

Sed habeo aduersus te‹ quod karitatem tuam . plurimam reliquisti.,

Memor esto itaque unde excideris et age penitentiam‹ et prima opera fac.,

Sin autem‹ uenio tibi et mobebo candelabrum tuum de loco

suo∠ nisi penitentiam egeris., Sed hoc habes quia odisti facta nicolaitarum∠ quae et ego odii.,

Qui habet aurem audiendi audiat∠ quid spiritus dicat aeclesiis., Uincenti dabo || aedere de ligno uitae∠ quod est in paradiso dei mei., amen.,

LECTIO LIBRI∠ ACTUUM APOSTOLORUM (I 15-26)

IN DIEBUS ILLIS∠ surgens petrus in medio discipulorum pariter quae erat cum his turba hominum∠ fere centum uiginti uiri.,

Et aperiens os suum∠ dixit.,

Uiri fratres oportet implere scripturam hanc quam predixit spiritus sanctus per os dauid∠ de iuda qui fuit dux eorum∠ qui conpreenderunt ihesum qui adnumeratus fuit inter nos et sortitus erat sortem ministerii huius.,

Hic igitur adquisiuit agrum∠ de mercedem iniquitatis suae., Et suspensus∠ crepuit mediûs . et effusa sunt omnia uiscera eius., Quod notum factum est omnibus habitantibus in iherusalem∠ | 294 | ita ut appellaretur ager ille lingua eorum aceldemac∠ hoc est ager sanguinis., Scriptum est enim∠ in libro psalmorum.,

Fiat habitatio eorum deserta et non sit qui inhabitet in ea∠ et episcopatum eius accipiat alter., Oportet ergo ex his uiris qui nobiscum congregati sunt∠ omni tempore quod intrauit et exiuit inter nos dominus ihesus.,

Incipiens a babtismate iohannis∠ usque in diem qua sublatus est a nobis testem resurrectionis eius∠ nobiscum fieri unum ex istis.,

Et statuerunt duos.,

Ioseph qui dicitur barnabas . qui cognominatus est iustus∠ et mathian.,

Et orantes∠ dixerunt.,

TU DOMINE qui corda nosti hominum‹ ‖ ostende nobis quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii huius., Et apostolatus de quo preuaricatus est iudas‹ ut iret in locum suum., Et dederunt sortes eorum‹ et cecidit sors super mathian., Et adnumeratus est cum undecim apostolis., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MARCUM., (XVI 1-7)

IN ILLO TEMPORE‹ maria magdalene et maria iacobi . et salome‹ emerunt aromata . et uenientes unguerent dominum ihesum.,

Et ualde mane prima sabbatorum‹ uenerunt ad monumento . orto iam sole‹ et dicebant ad inuicem.,

Quis reuoluit *nobis* lapidem‹ ab ostio monumenti.,

Et respicientes‹ uiderunt reuolutum lapidêm . | 295 | erat autem magnus ualde.,

Et introeuntes in monumentum‹ uiderunt iubenem sedentem in dextris coopertum stolam candidam‹ et obstipuerunt.,

Qui‹ dicit illis., Nolite expauescere.,

Ihesum queritis nazarenum . crucifixum‹ surrexit non est hic.,

Ecce locus‹ ubi posuerunt eum.,

Sed ite dicite discipulis eius et petro‹ quia precedet uos in galilea ibi eum uideuitis . sicut dixit uobis., amen.,

LEGENDUM III^a FERIA . PASCE.

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS (II 8-11)

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ audiui uocem de caelo dicentem mici.,

Angelo zmirne‹ aeclesie scribe., Haec dicit primus et nobissimus‹ qui fuit mortuus et uiuit.,

Scio tribulationem tuam et-inopiam‹ sed diues . es ‖ et blasfe-

13 nobis *add. 2 manu*

maris ab his qui se dicunt iudaeos esse et non sunt‹ sed sunt sinagoga sathane., Nicil horum timeas‹ quae passurus es.,

Ecce missurus est diabolus quosdam ex uobis in carcerem⸌ ut temtemini‹ et habebetis tribulationem diebus decem., Esto fidelis usque ad mortem‹ et dabo tiui coronam uitae.,

Qui habet aurem audiendi audiat‹ quid spiritus dicat aeclesiis., amen.,

LECTIO LIBRI‹ ACTUUM APOSTOLORUM., (II 22-41)

IN DIEBUS ILLIS‹ SURGENS . petrus in medio discipulorum‹ dixit.,

Uiri srhalite‹ audite uerba haec., Ihesum nazarenum uirum abprobatum a deo in uobis⸌ uirtutibus et prodigiis et signis quae fecit per illum deus in medio *uestri* sicut ipse scitis‹ | 296 hunc definito consilio et prescientia dei.,

Traditum per manus iniquorum‹ affigentes interemistis.,

Quem deus suscitauit a mortuis solutis doloribus inferni› iuxta quod inpossiuile erat eum tenere* illum ab eo.,

Dauit enim‹ dicit in eum.,

Preuidebam dominum in conspectu meo semper‹ quoniam ad dextris est micî . ne umquam comobear., Propter hoc‹ delectatum est cor meum et exultauit lingua mea‹ insuper et caro mea requiescet in spe., Quoniam non derelinques animam meam . in infernum‹ neque dauis sanctum tuum uidere corruptionem.,

Notas fecisti mici uias uite‹ repleuisti me iucunditate quum facie tua.,

Uiri fratres liceat audenter || dicere ad uos de patriarca dauit‹ quoniam et defunctus est⸌ et sepultus est⸌ et sepulcrum eius est aput nos‹ usque in odiernum diem.,

Propheta igitur quum eset⸌ et sciret quia iure iurando iurasset illi deus de fructum lumbi eius sedere super sedem eius‹ preuidens loquutus est de resurrectione xpi.,

13 uestri *add. marg. 2 manu*

Quia neque derelictus *est* in infernô . neque caro eius uidit corruptionem., Hunc ihesum resuscitauit deus‹ cuius nos omnes testes sumus.,

Dextera igitur dei exaltatus . et promissione spiritus sancti accepta a patre‹ effudit hoc donum quod uos uidetis et audistis.,

Non enim dauit ascendit in caelos‹ se*d*dicit ipse.

Dixit dominus domino meo sede addextris meis‹ donec | 297 | ponam inimicos tuos scabellum peduum tuorum.,

Certissime ergo sciat omnis domus srahel quia et dominum eum et xpm deus fecit‹ hunc ihesum quem uos crucifixistis.,

His auditis conpuncti sunt corde‹ et dixerunt ad petrum et ad reliquos apostolos., Quid faciemus uiri fratres‹ hostendite nobis.,

Petrus uero‹ ait ad illos.,

Paenitentiam agite‹ et babtizetur unusquisque uestrum in nomine ihesu xpi in remissionem peccatorum., uestrorum‹ et accipietis donum spiritus sancti., Uobis enim est repromissio et filiis uestris‹ et omnibus qui longe sunt . quos quumque aduocauerit dominus deus noster., Aliis aetiam pluribus uerbis testificatus est et exortabatur eos dicens., Salbamini‹ ‖ a generatione ista praba‹.,

Qui ergo receperunt sermonem eius‹ babtizati sunt . et apposite sunt in illa die animae circiter tria milia‹ per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XXIV 13-35) GLORIA

IN ILLO TEMPORE‹ duo ex discipulis ibant in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab iherusalem‹ nomine emaus.,

Et ipsi loquebantur ad inuicem‹ de his omnibus quae acciderant.,

1 est *add. 2 manu* 6 sedicit *corr.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Et factum est dum fabularentur et secum quererent‹ et ipse ihesus adpropinquans ibat cum illis., Oculi autem illorum tenebantur‹ ne eum agnoscerent.,

Et ait ad illos., Qui sunt hii sermones quos confertis ad inuicem ambulantes‹ | 298 | et estis trîstes., Et respondens unus cui nomen cleopas‹ dixit ei.,

Tu solus peregrinus es in iherusalem‹ et non cognouisti quae facta sunt in illa in his diebus ?

Quibus ille ait., Quê . et dixerunt., De ihesu nazareno qui fuit uir propheta‹ potens opere et sermone coram deo et omni populo.,

Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in damnatione mortis‹ et crucifixerunt eum., Nos autem sperabamus‹ quia ipse esset redemturus . srael.,

Et nunc super haec omnia‹ tertia die est odiê . quod haec facta sunt. Sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos‹ quae ante lucem fuerunt ad monumentum., Et non inuento corpore eius‹ uenerunt || dicentes‹ se aetiam uisionem angelorum uidisse‹ qui dicunt eum uibere.,

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum‹ et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt‹ ipsum uero non inuenerunt.,

Et ipse‹ dixit ad illos.,

O stulti‹ et tardi corde ad credendum in omnibus quae loquuti sunt prophete‹ nonne haec oportuit pati xpm‹ et intrare in gloriam suam ?

Et incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabatut illis in omnibus . scripturis‹ quae de ipso erant.,

Et adpropinquaberunt castello quo ibant‹ et ipse se finxit longius ire‹ et quo egerunt illum dicentes.,

Mane nobiscûm . quoniam aduesperescit iam dies., | 299 |

Et intrauit cum illis.,

Et factum est dum recumberet cum illis‹ accepit panem et benedixit et fregit‹ et porrigebat illis.,

Et aperti sunt oculi eorum . et cognoberunt eum‹ et ipse euanuit ex oculis eorum et dixerunt ad inuicem., Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia‹ et aperiret nobis scripturas ?

Et surgentes eadem horâ . regressi sunt‹ in iherusalem.,

Et inuenerunt congregatos . undecim‹ et eos qui quum . ipsis erant dicentes . quod surrexit dominus uere‹ et apparuit symoni., Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia‹ et quomodo cognoberunt eum in fractione panis., amen.,

LECTIO . IIII^a FERIA . PASCE., ||

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANIS., (III 7-13) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes., serbus ihesu xpi‹ audiui uocem de caelo dicentem mici.,

Angaelo filadelfie eclesie scribe

Haec dicit sanctus et uerus qui abet clabem dauit qui aperit et nemo claudit‹ et qui claudit et nemo aperit.,

Scio opera tua., Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere‹ quia modicam habes uirtutem‹ et serbasti uerbum meum‹ et non negasti nomen meum.,

Ecce dabo de sinagoga sathane‹ qui dicunt se iudaeos esse et non sunt‹ quia mentiuntur.,

Ecce faciam illos . ut ueniant et adorent ante pedes tuos‹ et scient quia ego dilexi te.,

Quoniam serbasti uerbum patientiae meae‹ et ego te serbabo ad hora | 300 | temtationis quae uentura** est* in orbem uniuersum temtare habitantes in terra.,

Ego autem uenio tibi cito‹ tene quod habês . ne quis accipiat coronam tuam.,

Qui uicerit faciam illum columnam in templo dei mei‹ et foras

7 symoni y *ex.* i

non egredietur amplius., Et scribam super illum nomen dei mei‹ nobe iherusalem quae descendit de caelo a deo meo‹ et nomen nobum.. Qui habet aurem audiendi audiat‹ quid spiritus dicat . aeclesiis., amen

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM (II 42-47)

IN DIEBUS ILLIS‹ erant quidam ex iudaeis perseberantes in doctrina apostolorum‹ et comunicatione fractione panis et orationibus in iherusalem‹ fiebat autem omni anime timor., Multa quoque prodigia et signa per apostolos || fiebant in iherusalem‹ et metus erat magnus in uniuersis.,

Omnes ergo qui credebant erant pariter‹ et habebant omnia comunia.,

Possessiones et substantias uendebant illa omnibus‹ pro ut quique opus erat.,

Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo et frangentes circa domos panem‹ summebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis‹ conlaudantes dominum et habentes gratiam ad omnem plebem.,

Dominus *autem* augebat‹ qui salbi fierent quotidie in idipsum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XXIV 1-12)

IN ILLO TEMPORE‹ una sabbati ualde diluculo uenerunt mulieres ad monumentum portantes que paraberant aromata‹ et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento., | 301 |

Et ingresse‹ non inuenerunt corpus domini ihesu., Et factum est dum . mente consternate essent diuisi‹ ecce duo uiri . steterunt iuxta illas in ueste fulgenti., Quum timerent autem et declinarent

19 autem *add 2 manu*

uultum in terra‹ dixerunt ad illas., Quid queritis‹ uiuentem‹ cum mortuis.

Non est hic‹ sed surrexit.,

Recordamini qualiter loquutus sit uobis‹ quum aduc in galilea esset dicens.,

Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi‹ et diae tertia resurgere.,

ET RECORDATI SUNT . uerborum eius . et egresse de monumento‹ nuntiaberunt haec omnia illis undecim . et ceteris omnibus.,

Erat autem . maria magdalene et ioanna‹ et maria iacobi‹ et cetere que quum eis erant‹ ‖ quae dicebant ad apostol*is* haec.,

Et uisa sunt ante illos sicut deliramenta uerba ista‹ et non credebant illis.,

PETRUS AUTEM SUREGENS‹ cucurrit ad monumentum., Et procumbens‹ uidit linteamina sola posita‹ et abiit secum mirans quod factum fuerat., amen

LEGENDUM IN DIEM . U[a] . FERIA . PASCE.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANIS., (II 12-17)

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ audiui uocem de celo dicentem mici.,

Angaelo pergami‹ aeclesiae scribe.,

Hec dicit qui habet gladium‹ ex utraque parte acutum.,

Scio ubi habitas ubi . sedis est sathane‹ et tenes nomen meum . et non negasti fidem meam in illis diebus‹ in quibus antipas testis meus fidelis . qui occissus est apût uos‹ ubi sathanas habitat.,

Sed habeo aduersus te pauca | 302 | qui habes illic tenentes doctrinam bal*a*am‹ qui docebat ualaac . mittere scandalum . coram filiis srahel‹ manducare immolata ex idolis et fornicari

Sic habes et tu tenentes doctrinam nycolaytarum‹ similiter age paenitentiam.,

11 apostolis is *2 manu* 27 balam *corr.*

Sin autem uenio tibi cito . et pugnabo cum *illo* gladio **** oris mei., Qui habet aurem audiendi audiat˘, quid spiritus dicat aeclesiis.,

Uincenti dabo edere de manna absconsum‹ et dabo ei calculum candidum . et in calculo nomen nobum scriptum‹ quod nemo scit nisi qui accipit., Ipse est testis fidelis et inmortalis‹ in secula seculorum., amen.,

LECTIO LIBRI‹ ACTUUM . APOSTOLORUM., (X 25-43)

IN DIEBUS ILLIS‹ quum introiret petrus cesaream‹ ‖ obiam processit ei cornelius.,

Et procidens ad pedes eiûs . adorauit eum., Petrus uero eleuabit eum dicens.,

Surge frater‹ et ego homo sum . sicut et tu., Et loquens cum illo‹ introibit in domum.,

QUUMQUE INUENISSET MULTOS‹ dixit ad illos., Uos scitis . quia inlicitum est uiro iudaeo coniu*n*gi‹ aut accedere ad alienigena.,

Sed . mici deus ostendit‹ neminem communem aut inmundum dicere hominem.,

Propter quod sine duuitatione‹ ueni arcessitus.,

Interrogo autem uos‹ quam ob causam . arcessistis mê.

ET CORNELIUS‹ ait., A nudius quarta die usque *in* hanc hora‹ eram ieiunans et horans in domo mea‹ et ecce uir stetit ante me in ueste splendida‹ et ait., | 303 |

CORNELI‹ exaudita est oratio tua et elemosine tue memorie abite sunt coram deo., Mite ergo in yoppen‹ et arcessire symonem qui cognominatur petrus., Hic ospitatur in domo simonis coriarii iuxta mare., Hic quum aduenerit˘ loquetur tiui uerba., Confestim itaque misi ad te., Tu autem bene fecisti beniendo ad nos.,

Nunc ergo nos omnes in conspectu tuo adsumus audire uolentes‹ omnia quae imperata sunt tibi a domino.,

1 cum gladio illo *corr.* 16 coniugi 21 in *add. 2 manu*

Aperiens autem petrus os suum‹ dixit., In ueritate conperi quia non est personarum acceptor deus‹ sed in omni gente . his qui timent illum et . operantur . iustitiam: acceptus est illi., Uerbum enim suum misit filiis srahel adnuntians ‖ pacem per ihesum xpm‹ hic est . enim omnium dominus.,

Uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam iudeam‹ incipiens enim a galilea‹ post babtismum quod predicabit iohannes., Ihesum nazarenum quem uncxit deus spiritu sancto et uirtute‹ hic perambulauit benefaciens et sanans omnes qui deprimebantur a diabulo‹ quia deus erat in illo., Et nos tes*tes* . horum su*mus‹ quae fecit in regione iudeorum et iherusalem., Quem iudaei reppulerûnt . et occiderunt suspendentes in ligno.,

Hunc deus suscitauit post diem tertium‹ deditque illum manifestum fieri non omni populo . sed in omnibus nobis predestinatis a deo‹ qui quum ipso manducabimus et bibimus postquam resurrexit a mortuis‹ | 304 | per dies quadraginta., Et precepit nobis predicare populo et contestari‹ quia ipse esset consti*tu*tus a deo iudex uiborum et mortuorum., Uhic omnes prophete testimonium peribent‹ quod remissionem peccatorum accipiant per nomen eius‹ omnes qui credunt in eum., amen .

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XX 1-9)

IN ILLO TEMPORE‹ una sabbati maria magdalene uenit ad monumentum quum aduc tenebre essent‹ et uidit lapidem sublatum a monumento., Cucurrit ergo et uenit ad symonem petrum‹ et ad alium discipulum quem amabat ihesus‹ et dixit eis., Tulerunt dominum de monumentô . et nescio ubi posuerunt eum.,

Exiit ergo petrus et ille alius discipulus‹ et uenerunt ‖ ad

11 testes tes *add. sup. lin.* summus m *expunctum* 19 constitus *corr.*

monumentum., Currebant autem duo simul., Et ille alius discipulus precucurri*t* citius petro⁄ et uenit prius ad munumento., Et cum se inclinasset⁄ uidit posita linteamina . non tamen introiuit., Uenit ergo symon petrus . sequens eum⁄ et introiuit in monumentum.,

Et uidit linteamina posita⁄ et sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum∴ sed separatim inuolutum in unum locum., Tunc ergo introibit et ille alius discipulus qui uenerat prius ad monumentum⁄ et uidit et credi*dit*.,

Nondum enim sciebat scripturas⁄ quia oportebat eum a mortuis resurgere., amen

LEGENDUM DIE . UI^a FERIA PASCE., | 305 |

LECTIO LIBRI⁄ APOCALIPSIN IOHANNIS., (II 18-29) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS⁄ EGO iohannes serbus . ihesu xpi⁄ audiui uocem de caelo dicentem mici.,

Angelo thiathire⁄ eclesiae scribe., Haec dicit filius dei qui habet oculos sicut flammam ignis⁄ et pedes eius similis oricalco.,

Scio opera tua et karitatem\ et fidem\ et ministerium\ et patientiam⁄ et opera tua nobissima plura priorum., Sed abeo aduersus te multa⁄ quia permittis mulierem . zezabel quae dicet se prophetissam esse⁄ et docet et seducet serbos meos fornicari et manducare idolis i*m*molata\ et dedi ei tempus ut agat penitentiam⁄ et non uult agere penitentiam de forni || catione sua., Ecce mitto illam in lecto et qui mecantur cum ea in tribulatione magna erunt⁄ si non egerint penitentiam ab operibus suîs . et filios eius occidam morte.,

Et scient omnis aeclesiae⁄ quia ego sum qui scrutor renes et corda., Et dabo uobis singulis secundum opera uestra.,

2 precucurrit t *2 manu* 9 credit *corr.* 12 UI^a *scripsi ; codex mendose* U^a 23 imolata

Uobis enim dico caeteris . qui in thiathira estis⸜ quiquumque non habet doctrinam hanc⸜ qui non agnoberunt profunda sathane sicut dicunt‹ non mitto super uos aliut pondus.,

Uerumtamen . quod habetis tenete‹ donec ueniam.,

Et qui uicerit et serbaberit usque in finem opera mea‹ dabo ei potestatem super gentes et reget eas in uirga ferrea⸜ et sicut uasa fictilia | 306 | confrigentur‹ quem ad modum et ego accepi a patre meo‹ et dabo eis stellam matutinam., Qui habet aurem audiendi audiat‹ quid spiritus dicat aeclessis., amen .

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM., (V 12-16)

IN DIEBUS ILLIS‹ per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe‹ et erant unanimiter omnes in porticum salomonis‹ et nemo audebat se coniungere cum illis‹ sed magnificabat illos populos.,

Magis autem augebatur credentium in domino multitudo uirorum hac mulierum‹ ita ut in plateis eicerent infirmos⸜ et ponerent in lectulis et grabatis‹ ut ueniente petro saltim umbra illius obumbraret quemquam eorum., Concurrebat autem et multitudo . ‖ uinicarum ciuitatum iherusalem‹ afferentes egros . et uexatos ab spirit*ibus* inmundis‹ et curabantur omnes in nomine domini., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XX 11-18)

IN ILLO TEMPORE‹ stabat maria ad monumentum foris plorans., Dum ergo fleret inclinabit se et prospexit in monumentum‹ et uidit duos angelos in albis sedentes⸜ unum ad caput . et unum ad pedes‹ ubi positum fuerat corpus ihesu.,

Dicunt ei illi., Mulier . quid ploras., Dicit eis.,

Quia tulerunt dominum meum∶ et nescio ubi posuerunt eum.,

Haec quum dixisset‹ conuersa est retrorsum‹ et uidit ihesum

20 spirit] ibus *in rasura*

stantem‹ et non sciebat quia ihesus esset., Dicit ei ihesus., Mulier quid ploras^ quem queris., Illa extimans | 307 | quia ortulanus . esset dicit ei., Domine si tu sustulisti eum dicito mici ubi posuisti eum‹ et ego eum tollam., Dicit ei ihesus.,

Maria‹ conuersa illa dicit ei.,

Rabboni‹ quod dicitur magister., Dicit ei ihesus.,

Noli me tangere^ nondum enim ascendi ad patrem meum.,

Uade autem ad fratres meos‹ et dic eis., Ascendo ad patrem meum‹ et ad patrem uestrum..

Ad deum . meum^ et ad deum uestrum .

Uenit maria magdalene adnuntians discipulis quia uidi dominum‹ et haec dixit mici., amen.,

LEGENDUM DIE SABBATO.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (III 1-16) DEO

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ audiui uocem de celo dicentem mici

Angelo sardis‹ aeclesiae scribe.,

Haec dicit qui habet septem . || spiritus dei‹ et septem stellas.,

Noui opera tua quoniam nomen abes tantum quia uiuis‹ et mortuus es., Esto uigilans^ et confirma cetera quae moritura erant.,

Non enim inueni opera tua recta‹ in conspectu dei mei.,

Memor esto quomodo accepisti et audisti‹ et serua et age penitentiam.,

Quod si non egeris penitentiam . et non uigilaberis‹ ueniam ad te tamquam fur‹ et nescis qua hora ueniam ad te.,

Sed habes pauca in sardis‹ nomina qui non inquinaberunt uestimenta sua et ambulabunt mecum in albis quia digni sunt.,

Qui uicerit‹ sic uestietur ueste candida et non delebo nomen eius de libro uite‹ et confitebor nomen illius coram patre meo‹ | 308 | et coram angaelis eius.,

Qui habet aurem audiendi audiat‹ quid spiritus dicat aeclesiis.,

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM., (XIII 26-39)

IN DIEBUS ILLIS‹ surgens petrus dixit ad plebem., Uiri fratres filii generis abraham et qui in uobis timent dominum‹ uobis uerbum salutis missum est., Qui enim habitant iherusalem et principes eius‹ hunc ignorantes et uoces prophetarum‹ que per omnes sabbatos leguntur iudicantes respuerunt.;

Et nullam causam mortis inuenientes in eum‹ petierunt a pilato ut interficerent eum., Quumque consummassent omnia quae de eo scripta erant‹ deponentes eum de ligno^ posuerunt in monumento.,

Deus uero suscitauit eum a mortuis tertia diae‹ qui uisus est ‖ per dies multos his qui simul ascenderunt cum eo de galilea in iherusalem‹ qui usque nunc sunt testes eius ad plebem.,

Et nos uobis adnuntiamus ea que ad patres nostros repromissio facta est‹ quoniam hunc deus adimpleuit filiis nostris resuscitans ihesus‹ sicut in psalmo secundo scriptum est., Filius meus es tu‹ ego odie genui te.,

Quod autem resuscitaberit eum‹ a mortuis amplius ad eum non reuersurum in corruptionem‹ ita dixit.,

Quia dabo uobis sancta dauit fidelia., Ideoque‹ et alibi dicit., Non dauis sanctum tuum uidere corruptionem.,

Dabit enim sua generatione quum administrasset‹ uolumtate dei dormiuit et adpositus est ad patres suos^ et uidit corruptionem.,

Quem uero deus suscitabit | 309 | a mortuis non uidit corruptionem., Notum igitur sit uobis fratres quia per hunc uobis remissio peccatorum adnuntiatur‹ ab omnibus quibus non potuistis in lege moysi iustificari.,

In hoc omnis qui credit‹ iustificabitur in domino., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,
(XXI 1-14)

IN ILLO TEMPORE‹ post quam resurrexit dominus ihesus‹ manifestauit se ad mare tiberiadis‹ manifestabit se autem sic.,

Erant simul symon petrus et tomas qui dicitur didimus‹ et nathanael qui erat a canahan galilee et filii zebedei‹ et alii ex discipulis eius duo., Dicit eis symon petrus., Uado piscari.,

Dicunt ei., Uenimus et nos tecum.,

Et exierunt et ascenderunt in nabem‹ et illa nocte nicil ceperunt., ‖

Mane autem iam facto‹ stetit ihesus in litore^ non tamen cognoberunt discipuli quia ihesus esset.,

DICIT ERGO EIS IHESUS.,

Pueri‹ numquid pulmentarium non habetis?

Responderunt., Non., Dixit eis.,

Mittite in dexteram nauigii rete‹ et inuenietis.,

Miserunt ergo retiam‹ et non ualebant illut traere pre multitudinem piscium.,

Dicit ergo discipulus ille‹ quem diligebat ihesus petro.,

Dominus est., Symon petrus quum audisset quia dominus est‹ tunica succincxit se‹ et misit se in mare.,

Alii uero discipuli‹ nauigio uenerunt., Non enim longe erant a terra‹ sed quasi cubitis ducentis traentis rete piscium.,

Ut ergo descenderunt in terram‹ uiderunt prunas positas. | 310 | et piscem superpositum et panem.,

Dicit eis ihesus., Afferte de piscibus quos preendidistis nunc.,

Ascendit symon petrus‹ et traxit retem in terram plenum magnis piscibus^ centum quinquaginta tribus., Et quum tanti essent‹ non est scissum rete

Dicit eis ihesus., Uenite prandete.,

Et nemo audebat discumbentium interrogare eum‹ tu qui es scientes quia dominus est.,

Et uenit ihesus et accepit panem et dedit eis et piscem similiter., Hoc iam tertio manifestatus est ihesus discipulis suis‹ quum resurrexisset a mortuis., amen.,

LEGENDUM IN DOMINICO DE OCTABAS PASCE.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (VII 2-12)
DEO GRATIAS

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesus xpi‹ uidi angelum descendentem . ‖ ab ortu solis‹ abentem signum dei uibi., Et clamabit uoce magna illis quattuor angelus‹ quibus datum est nocere terra et mare dicens., Ne nocueritis terram\ neque mare\ neque arbores‹ donec signemus serbos dei nostri in frontibus ipsorum., Et audiui numerum signatorum‹ centum quadraginta quat/uor milia signati^ ex omni tribu filiorum srael.,

Ex TRIBU IUDA‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU RUBEN‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU GAT‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU A*SER‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU NEPTHALIM‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU MANASSE‹ | 311 | duodecim signati.,
Ex TRIBU SYMEON‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU LEBI‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU ISACHAR‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU ZABULON‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU IOSEP‹ duodecim milia signati.,
Ex TRIBU UENIAMIN‹ duodecim milia signati.,

Post HAEC UIDI‹ et ecce turba multa quam dinumerare nullus poterat‹ ex omni tribu et gente et populus et linguis\ stantes ante tronum in conspectu agni amictis stolas albas‹ et palme in manibus eorum.,

Et clamabant‹ uoce magna . dicentes., Salus deo nostro‹ sedenti supra tronum et agno.,

9 angelus *seriori manu corr. in* angelos   13 quatuor *1 manu*

Et omnes angeli stabant . || in circuitu sedis et seniorum‹ et quattuor animalium.,

Et prociderunt in conspectu sedis . super facies suas‹ et adoraberunt eum dicentes . amen . Benedictio et honor et gloria . et gratiarum actio‹ et potestas et uirtus deo nostro . in secula seculorum., amen

LECTIO LIBRI‹ ACTUUM APOSTOLORUM., (VIII 26-40)

IN DIEBUS ILLIS‹ angelus dominus loquutus est ad philipum dicens., Surge et uade contra meridianum ad uiam quae descendit ab iherusalem in gazam‹ haec est deserta.,

Et exurgenens abiit., Et ecce uir quidam eziopus eunuchus . potens candacis quondam regione eziopum‹ qui erat super omnes gazas eius‹ uenerat hic adorare in iherusalem., Et reuertens‹ erat sedens super currum suum | 312 | legens prophetam esayam.,

Dixit autem spiritus philippo.,

Accede** et iungere ad currum istum., Et occurrens philippum‹ audiuit legentem illum esayam prophetam et ait.,

Putasne intellegis que legis ?

Qui ait., Et quomodo possum‹ si non aliquis hostenderit micî.,

Rogabitque philippum‹ ut ascendere*t et sedere*t secum in currum., Locus autem scripturae‹ quam legebat‹ erat hic., Tamquam obis ad occisionem ductus est‹ et sicut agnus coram tondentem se sine uoce^ sic non aperuit os suum.,

In humilitate‹ iudicium eius sublatum est.,

Generationem autem eius quis enarrauit‹ quoniam tolletur a terra uita eius.,

Respondens autem eunuchus AD PHILIPPUM DIXIT., ||

Obsecro te‹ de quo propheta haec dicit., De se‹ an de alio aliquo., Aperiens autem phi**lippus hossuum . incipiens ab hac scriptura‹ euangelizabit ihesum,,

16 occurrens s *add. 2 manu*   20 ascenderent et sederent *1 manu*

Et dum irent per uiam‹ uenerunt ad quandam aqua*m* . et ait eunuchus., Ecce aqua quis proibet me babtizari:

Et respondens illi philippus.,

Si credis ex toto corde tuo‹ ita demum potes., Ill*e* autem ait., Credo dei filiûm . esse xpm ihesum., Et iussit stare currum‹ hac descenderunt uterque in aqua p*h*ilippus et eunuchus‹ et babtizabit eum.,

Quumque ascendisset de aqua‹, spiritus domini rapuit philippum‹, et amplius eum non uidit eunuchus., Ibat enim eunuchus‹ per uiam suam gaudens., P*h*ilippus autem | 313 | inuentus est in azoto‹ et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis dominum nostrum ihesum xpm., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,
(XX 19-31)

IN ILLO TEMPORE‹ una sabbatorum cum sero esset et fores essent clause ubi erant discupli congregati propter metum iudeorum‹ uenit ihesus et stetit in medio eorûm . et dixit eis.,

Pax uobis., Et cum haec dixisset‹ hostendit eis manus et latus., Gabisi sunt ergo discupuli‹ uiso domino.,

Dixit ergo eis iterum., Pax uobis.,

Sicut misit me pater‹ et ego mitto uos., Hoc quum dixisset‹ insu*fflauit et dixit eis., Accipite* spiritum sanctum.,

Quorum remiseritis peccata‹ remittentur eis., Et corum retinueritis‹ retenta erunt.,

TOMAS AUTEM UNUS EX DUODECIM qui dicitur didimus‹ ‖ non erat cum eis quando uenit ihesus., Dixerunt ergo ei alii discipuli., Uidimus dominum., Ille autem‹ dixit eis.,

Nisi uidero in manibus eius fixuras claborum‹ et mittam digitum meum in locum claborum‹ et mittam manum meam in latus eius‹ non credam.,

1 aquam *m 2 manu*   4 Ille e *ex*   6, 10 philippus h *add. sup. lin.*   22 insufflavit — Accipite *seriori manu in rasura*

Et post dies octo⁄ iterum erant discipuli eius intus et tomas cum eis., Uenit ihesus ianuis clausis . et stetit in medio et dixit., Pax uobis.,

Deinde dicit tome., Infer digitum tuum huc⁄ et uide manus meas⁄ et affer manum tuam⁄ et mitte in latus meum⁄ et noli esse incredulus sed fidelis., Respondens tomas⁄ dixit ei., Dominus meus⁄ et deus meus., Dicit ei ihesus., Quia uidisti me et credidisti⁄ beati qui non uiderunt et crediderunt., | 314 |

Multa quidem et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc.,

Hec autem scripta sunt⁄ ut credatis quia xps ihesus filius dei est., Et ut credentes . uitam abeatis in nomine eius.,

ITEM LEGENDUM IN PRIMO DOMINICO POST OCTABAS PASCE.,

LECTIO LIBRI⁄ APOCALIPSIN IOHANNIS., (XXI 9-23) DEO GRATIAS

IN DIEBUS ILLIS⁄ ego iohannes uidi . angelum dicentem mici.,

Ueni hostendam tiui⁄ nobam nubtam uxorem agni.,

Et eduxit me dominus in spiritu in montem magnum et altum⁄ et hostendit mici ciuitatem sanctam iherusalem⁄ || descendentem de caelo a deo⁄ abentem gloriam dei.,

Et quod inluminat eam⁄ simile lapidi yaspidis in modum cristalli et habebat murum magnum et altum⁄ qui habebat postas duodecim.,

Et in portis⁄ angeli duodecim.,

Et nomina scripta: duodecim tribuum filiorum.,

Ab oriente⁄ porte tres.,

Ab aquilone⁄ porte tres.,

Ab austro⁄ porte tres.,

2 medio] eorū *add. manu recentiori*

Ab occidente‹ porte tres.,
Et muri ciuitatis‹ habent fundamenta duodecim.,
Et supra eos‹ duodecim nomina apostolorum agni.,
Et qui mecum loquebatur‹ habebat mensuram arundineam aurean‹ ut metiretur ciuitatem et portas et murum eius., Et ciuitas in quadro posita erat .‹ et longitudo eius tanta | 315 | est\ quanta et altitudo
Et mensus est ciuitatem calomo‹ duodecim milia stadiorum., Longitudo\ et latitudo eius et altitudo: equalia sunt.,
Et mensus est murus eius centum quadraginta quattuor milia cubitorum.,
Mensura hominis‹ qui est angeli et edificia muri eius‹ ex lapide yaspidis.,
Ciuitas autem‹ ex auro mundo similis uitreo mundo.,
Et fundamenta muri ciuitatis eius‹ ex omni lapide pretioso.,
i fundamentum primum‹ yaspidis.,
ii Secundum‹ zafirus.,
iii Tertium‹ calcedon.,
iiii Quartum‹ zmaracdum.,
u Quintum‹ sardinis.,
ui Sextum‹ sardion.,
uii Septimum‹ crisolitus,,
uiii Octabum‹ uerillus., ||
uiiii Nonum‹ topation.,
x Decimum‹ crisopasus.,
xi Undecimum‹ iaictum.,
xii Duodecimum‹ ametistum.,
Et duodecim porte erant\ duodecim margarite‹ et singule porte et singulis margaritis.,
Et plateae ciuitatis‹ tota aurum mundum quasi uitreum., Templum‹ non uidi in ea., Dominus enim deus omnipotens‹ templum eius est.,
Agnus et ciuitas non eget solem neque lunam‹ ut luceat ei., Nam claritas dei inluminat eam‹ et lucerna eius agnus est., amen.,

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM., (IX 1-22)

IN DIEBUS ILLIS‹ Saulus autem adhuc spirans minarum et caedis in discipulos domini‹ accessit ad principem sacerdotum‹ et petiit ab eo aepistola in damaschum | 316 | ad s*y*nagogas., Ut si quos inuenisset huius uia uiros hac mulieres‹ uinctos perduceret in iherusalem.

Et quum i*ter fecisset‹ contigit ut adpropinquaret damascho., Et subito circumfulsit illum lux de caelo‹ et cadens in terram cum magna mentis consternatione‹ audiuit uocem dicentem siui., Saule saule: quid me persequeris., Qui dixit., Quis es domine? Et dominus ad eum

Ego sum ihesus nazarenus‹ quem tu persequeris., Durum est tibi‹ contra stimulum calcitrare., Et ille tremens ac stupens‹ in eo quod contigerat ait., Domine quid me uis facere., Dominusque ad illum.,

Surge: et ingredere ciuitatem‹ et dicetur tibi quid te oporteat facere., Uiri autem illi qui comitabantur cum eo‹ ‖ stabant stupefacti audientes quidem uocem‹ neminem uidentes.,

Surrexit autem sa*u*lus de terra‹ apertisque oculis nicil uidebat.,

Ad manus autem illum trahentes‹ introduxerunt damaschum.,

Et erat tribus diebus . non uidens‹ et non manducauit neque uibit.,

Erat autem quidam discipulus damaschi nomine‹ ananias.,

Et dixit dominus ad illum in uisu.,

Anania‹ et ille ait.,

Ecce ego domine ? Et dominus ad illum.,

Surgens uade in uicum qui uocatur rectus‹ et quere in domum iude saulum . nominae tarsensem.,

Ecce enim orat et uidet uirum nominae ananiae introeuntem et ponentem siui manum‹ ut uisum recipiat.,

Respondit autem ananias.,

4 synagogas y *ex* i   7 i*ter n *erasum*   19 saulus u *add. 2 manu*

Domine‹ audiui a multis de uiro | 317 | hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in iherusalem.,

Et hic abet potestatem a principibus sacerdotûm . alligandi omnes qui inuocant nomen tuum.,

DIXIT AUTEM ad eum dominus.,

Uade quoniam uas electionis est mici iste‹ ut portet nomen meum coram gentibus . et regibus et filiis srahel.,

Ego enim ostendam illi . quanta oporteat eum‹ pro nomine meo pati.,

Et abiit ananias‹ et introibit in domum‹ et inponens ei manum dixit.,

Saule frater‹ dominus misit me ihesus qui apparuit tibi in uia quando ueniebas: ut uideas et replearis spiritu sancto., Et confestim ceciderunt ab oculis eius‹ tamquam scame et uisum recepit.,

Et surgens babtizatus est., ||

Fuit autem cum discipulis qui erant damascho per dies aliquos.,

Et continuo in synagogis praedicabat ihesum quoniam hic est filius dei.,

Stupebant autem omnes qui audiebant eum et dicebant.,

Nonne hic est qui expugnabat iherusalem‹ et eos qui inuocabant hoc nomen‹ et huc ad hoc uenit ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum., Saulus autem magis conualescebat‹ et confundebat iudeos qui habitabant damascho affirmans quoniam hic est xps filius dei., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,
(V 1-18)

IN ILLO TEMPORE‹ erat dies festus iudeorum‹ et ascendit ihesus iherosolimam., Est autem iherosolimis probatica‹ piscina quae cognominatur | 318 | hebraycae bethsaida.‹ quinque porticos habens.

17 synagogis y *ex* i   29 cogniminatur *corr. 1 manu*

In his iacebat multitudo magna languentium cecorum⸌ claudorum⸌ aridorum⁏ expectantium aque motum.,

Angelus autem secundum tempus descendebat in piscina⁏ et mobebatur aqua.,

Et qui prior descendisset in piscina post motionem aquae‹ sanus fiebat quaquumque detinebatur infirmitate.,

Erat autem quidam homo ibi^ triguita et octo annos habens . in infirmitate sua.

Hunc quum uidisset ihesus iacentem⁏ et quum cognobisset quod multum iam tempus haberet⁏ dicit ei.,

Uis sanus fieri ? Respondit ei languidus., Domine hominem non habeo ut quum turbata fuerit aqua⁏ mittat me in piscina., ‖ Dum uenio enim ego⁏ alius ante me descendit.,

Dicit ei ihesus., Surge tolle grabatum tuum⁏ et ambula.,

Et statim sanus factus est homo⁏ et sustulit grauatum suum et ambulabat.,

Erat autem sabbatum in illo die.,

Dicebant iudeî . ille qui sanus fuerat., Sabbatum est⁏ non licet tibi tollere grauatum tuum.,

Respondit eis., Qui me fecit sanum⁏ ille mici dixit tolle grauatum tuum et ambula., His autem qui sanus fuerat effectus⁏ nesciebat quis esset.,

Ihesus autem declinauit a turba constituta in loco⁏ postea inuenit eum ihesus in templo et dixit illi.,

Ecce sanus factus es iam noli peccare⁏ ne deterius tibi aliquid contingat . | 319 |

Et abiit ille homo et nuntiauit iudeis⁏ quia ihesus esset qui fecit eum sanum.,

Propterea persequebantur iudei ihesum⁏ quia haec faciebat in sabbato., Ihesus autem respondit eis., Pater meus usque modo operatur^ et ego operor., Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere⁏ quia non solum solbebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum⁏ equalem se faciens deo., amen .

LEGENDUM SECUNDO . DOMINICO POST OCTABAS.,

LECTIO LIBRI⸓ APOCALIPSIN IOHANNIS., (IV 1-10) DEO GRATIAS.

IN DIEBUS ILLIS⸓ ego iohannes serbus ihesu xpi⸓ uidi et ecce hostium apertum in caelo.,

Et uox illa prima quam audieram⸓ tamquam tubam loquentem mecum et dicentem mici., Ascende huc et hostendam tibi ‖ quae fieri oportet., Post haec statim fui in spiritu⸓ et ecce sedis posita erat in caelo.,

Et supra sedem⸓ sedens.,

Et qui sedebat⸓ similis erat uisuyaspidis et sardino et thirim., Et in circuitu sedis⸓ similis izmaragdino.,

Et circa sedem in girô . sedis uiginti quattuor

Et super eas sedentes in ueste alba seniores⸓ et supra capite eorum corone aureae.,

Et ex sede illa procedebant fulgura⸓ et uoces et tonitrua.,

Et septem lampade ignee ardentes in conspectu domini⸓ ***** quae sunt septem spiritus dei.,

Et in conspectu sedis⸓ erat ut mare uitreum . simile cristallo.,

Et in medio sedis et in circuitu eius⸓ quattuor animalia plena oculis ante et retro., | 320 |

I ANIMAL PRIMÛM⸓ simile leonis.,

II ANIMAL SECUNDUM⸓ simile uitulo.,

III ANIMAL TERTIUM⸓ simile hominis.,

IIII ANIMAL QUARTUM⸓ simile aquile uolantis.,

Et quattuor animalia habebant singulas . alas.,

Senas in circuitu⸓ et intus plena sunt oculis.,

Non habentes requiem diem ac nocte⸓ dicentes.,

Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens⸓ qui erat et qui est et qui uenturus est., Et quum dedissent animalia illa

8 Post t *add. sup. lin 2 manu* 17 domini] sedis *eras.*

claritatem\ et honorem\ et gratiarum actionem‹ uibenti in trono in secula seculorum., Procedentes autem uiginti et quattuor seniores in conspectu troni‹ adorabant eum uibentem in secula seculorum., amen .

LECTIO LIBRI‹ ACTUUM APOSTOLORUM., (VIII 14-25)

IN DIEBUS ILLIS‹ quum audissent ‖ apostoli qui erant iherosolimis\ quia recepit samarie uerbum dei‹ miserunt ad illos petrum et iohannem.,

Qui quum uenissent‹ oraberunt pro ipsis‹ ut acciperent spiritum sanctum., Nondum enim in quemquam illorum conuenerat‹ sed babtizati tantum erant in nomine domini ihesu., Tunc inponebant manus super illos‹ et accipiebant spiritum sanctum.,

QUUM AUDISSET AUTEM SYMON quia per inpositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus‹ obtulit eis pecuniam dicens., Date et mici potestatem hanc‹ ut cuiquunque inposuero manûs . accipiat spiritum sanctum.,

Petrus autem‹ dixit ad eum.,

Pecuniam tuam tecum sit perdictione‹ quoniam donum dei extimasti pecuniam possidere., | 321 |

Non est tibi pars neque sors in sermone isto., Cor enim tuum‹ non est rectum coram deo., Penitentiam itaque age ab hanc nequitia tua‹ et ora dominum si forte remittatur tibi., Et cogitatio cordis tui‹ in felle enim et amaritudinis et obligatione iniquitatis‹ uideo te esse.,

Respondit autem symon dixit.,

Precamini uos ad dominum‹ ut nicil ueniat super me horum quae dixistis.,

Et illi quidem testificati uerbum dei . rediebant iherosolimarum., Et multis regionibus samaritanorum‹ euangelizantes uerbum domini.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XIII 33-XIV 13)

IN ILLO TEMPORE‹ dixit ihesus discipulis suis., Filioli‹ aduc pusillum sum uobiscum‹ queritis me sicut || dixi iudeis., Quoniam ubi uado egô . uos ibi non potestis uenire., Et uobis dico . nunc mandatum nobum do uobis ut diligatis inuicem‹ *sicut et ego dilexi uos . ut et uos diligatis inuicem.*,

In hoc scient omnes quod mei discipuli estis‹ si karitatem abueritis in inuicem.,

Dicit illi . symon petrus.,

Domine‹ quo uadis., Respondit illi ihesus., Quod ego uado non potes me nunc sequî . sequeris autem postea.,

Dicit ei petrus., Domine quare non possum te sequi môdo.

Animam meam‹ pro te pono.,

Respondit illi ihesus.,

Animam tuam\ pro me ponis ?

Amen amen . dico tibi‹ non cantauit gallûs . ante quam ter me . neges.,

Non conturbetur cor uestrum.,

Credite in deum‹ et in me credite.,

In domo patris mei‹ multe mansiones sunt., | 322 |

Alioquin‹ dixisse uobis . uado prepare uobis locum.,

Et si abiero et preparabero uobis locum‹ iterum ueniam et arcessiam uos . ad me ipsum., Et ubi sum ego‹ et uos sitis.,

Et quod uado nostis‹ et uiam . scitis., Dicit illi thomas., Domine‹ nescimus quo uadis\ et unde possumus uiam scîre . Dicit illi ihesus.,

Ego sum uia: et ueritas et uita.,

Nemo uenit ad patrem‹ nisi per me., Si me nostis‹ et patrem meum cognoscitis.,

Et ex nunc cognoscitis eum‹ et uidistis eum., Dicit ei philippus.,

6, 7 sicut et ego — inuicem *omissum in actu scriptionis*

Domine‹ hostende nobis patrêm . et sufficit nobis., Dicit illi . ihesus.,

Tanto tempore uobiscum sum‹ et non nostis me philippe? Qui me uidit‹ uidit et patrem., ||

Et quo modo tu dicis hostende nobis . patrêm .

Non credis quia ego in patre‹ et pater in me est?

Uerba que ego dico uobis‹ a me ipso non loquor . sed pater qui in me manet ipse facit opera.,

Credite mici quia ego in patre‹ et pater in me., Si autem non creditis‹ uel propter opera credite mici.,

Amen . amen‹ dico uobis.,

Qui credit in me‹ opera que ego facio et ille faciet‹ et maiora horum faciet., Quia ego ad patrem uado‹ et quidquid petieritis . in nomine meo haec faciam‹ ut honorificetur pater in filio., amen.,

LEGENDUM IN TERTIO DOMINICO . POST OCTABAS PASCE.,

| 323 |

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (XIV 1-7)

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ uidi agnum stantem super montem syon‹ et cum eo centum quadraginta quattuor milia . habentes nomen eius‹ et nomen patris eius scriptum in frontibus suis.,

Et audibi uocem caelestis sicut uocem aquarum multarum et sicut uocem tonitrui magni.,

Et uox quam audiui‹ et uox citharidorum citharizantium citharis suis., Et cantabant canticum nobum illius agni in conspectu sedis‹ et quattuor animalium in conspectu seniorum.,

Et nemo poterat dicere canticum illum‹ || nisi illa centum quadraginta quattuor milia qui emti sunt de terra.,

Hii sunt qui cum mulieribus‹ non sunt quoinquinati.,

Uirgines‹ enim sunt.,

Hii secuntur agnum‹ ubicumque uadit.,

Hii emti sunt ex omnibus ab initio‹ deo et agno.,

Et in ore eorum non est mendacium inuentum‹ sine macula enim sunt.,

Et uidi alium angelum uolantem per medium caelum habentem euangelium aeternum‹ ut euangelizaret sedentibus super terram‹ et super omnem gentem‹ et tribum‹ et linguam‹ et populum‹ dicentem uocem magnam.,

Timete dominum deum et date illi honorem‹ quia uenit hora iudicii eius., | 324 |

Adorate dominum qui fecit caelum et terram‹ mare et fontes aquarum., amen

LECTIO LIBRI‹ ACTUM APOSTOLORUM., (IV 32-V 11)

IN DIEBUS ILLIS‹ multitudinis credentium erat cor et anima una‹ et nemo quicquam ex eo quod possidebat suum proprium esse dicebat‹ sed erant illis omnia communia in uirtute magna.,

Reddebant testimonium apostoli‹ resurrectionis domini ihesu., Gratia quoque magna erat in omnibus‹ nec enim egens erat quisquam inter illos.,

Quoniam enim possessores illorum domorum erant ferebant . pretia uenditorum‹ et ponebant aute pedes apostolorum.,

Diuidebantur autem unicuique‹ prout opus erat.,

Yoseph autem qui cognominatus est barnabas apostolus‹ || quod est interpretatum filius exortationis leuita cyprus genere‹ quum haberet agrum uendidit et adtulit pretiûm . et posuit ante pedes apostolorum., Uir autem quidam nomine ananias cum saffira huxore sua uendidit predium‹ et subtraxit de pretio conscia huxore sua‹ et adtulit partem aliquam et posuit ante pedes apostolorum.,

Ait petrus., Anania‹ ut quid repleuit sathanas cor tuum ut mentires spiritu sancto‹ ut subtraeres de pretio predii.,

30 subtraeres s *add. 2 manu*

Nonne maius tibi manebat‹ et uindex in tua erat potestate., Ut quid posuisti in corde tuo rem ìstum

Non es homini mentitus‹ sed deo.,

Audiens autem ananias . hos sermones‹ cecidit et spirabit

Et factus est timor magnus‹ | 325 | super omnes qui audiebant.,

Exurgentes autem adulescentes substulerunt eûm . et euntes‹ sepelierunt.,

Factum est autem horarum fere trium interballum‹ et huxor eius nesciens quod factum erat intrabit.,

Dixitque ad illa petrus.,

Dic mici‹ si tanti pretium uendidìsti., Illa uero ait.,

Tanti., Et petrus ad illam

Quid conuenit inter uos‹ temtare spiritum domini.,

Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum in ostio sunt‹ et te offerent.,

Et processit‹ et expirabit.,

Intrantes autem adulescentês . inuenerunt eam mortuam., Et elebatam‹ sepelierunt ad uirum suum.,

Factum est autem timor magnus in huniuersam aeclesiam‹ et in omnibus qui audiebant haec., amen., ||

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,
(XV 1-15)

IN ILLO TEMPORE‹ ait discipulis suis dominus ihesus., Ego sum uitis uera‹ et pater meus agricola . est., Omnem palmitem . in me non ferentem fructum‹ tollit eum.,

Et omnem qui affert fructum‹ purgauit eûm . ut fructum plurimum afferat.,

Iam uos mundi estis propter sermonem quae loquutus sum uobis‹ manete in me et ego in uobis., Sicut palmis non potest ferre fructum a semedipso nisi manserit in uite‹ ita et uos nisi in me manseritis.,

Ego sum uitis‹ uos palmites.,

Qui manet in me‹ et ego in eum.,

Hic affert fructum multum‹ quia sine me nicil potestis facere., Et si quis in me non manserit‹ mittetur foras sicut palmis et aruit | 326 | et colligent eos . et in igne mittunt et ardent.,

Si manseritis in me‹ et uerba mea in uobis manserint‹ quodquumque petieritis fiet uobis., In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis . et efficiemini mei discipuli., Sicut dilexit me pater . et ego diligo uos‹ manete in dilectione mea., Si precepta mea obserbaueritis‹ manebitis in dilectione mea sicut et ego patris mei precepta serbauî . et maneo in eius dilectione.,

Haec loquutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit‹ et gaudium uestrum impleatur in omnibus.,

Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem‹ sicut dilexi uos., Maiorem hanc || dilectionem nemo habet . ut animam suam ponat pro amicis suis., Uos amici mei estis‹ si feceritis quae ego praecipio uobis.,

Iam non dico uos serbos‹ quia serbus nescit quid faciat dominus eius., Uos autem dixi amicos‹ quia omnia quaecumque audiui a patrae meo nota facio uobis., amen

LEGENDUM IN IIII^{o} DOMINICO POST OCTABAS.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (XIX 5-16) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ EGO iohannes serbus ihesu xpi‹ audiui uocem de trono dicentem mici.,

Laudem dicite deo nostro omnes serbi eius‹ et qui timetis eum pusilli et magni., Et audibi quasi uocem tube magne et sicut uocem aquarum multarum‹ et sicut uocem tonitrui magnorum dicentium alleluia., | 327 |

Quoniam regnabit dominus deus omnipotens‹ gaudeamus et exultemus . et demus gloriam ei quia benerunt nubtie agni‹ et

huxor eius properabit se‹ et datum est illi ut quooperiat se bissinum mundum sanctificationes sunt sanctorum., Et dicit mici scribê . beati qui ad cenam nubtiarum agni uocati sunt.,

Et dicit mici., Haec uerba dei sunt., Et cecidi ante pedes eius‹ ut adorarem eum.,

Et dicit mibi., Uide ne feceris quia conserbus tuus sum et fratrum tuorum habentem testimonium ihesu‹ et spiritum prophetiae.,

Et uidi caelum apertum . et ecce equs albus et qui sedebat super eum‹ uocabatur fidelis . et uerax‹ et iustitiam iudicat . ‖ et belligerat., Oculi eius sunt sicut flamma ignis‹ et in capite eius sunt diademata multa habens nomen scriptum: quod nemo nobit nisi ipse.,

Et uestitus erat ueste adsparsam sanguine‹ et uocabatur nomen eius uerbum dei., Et exercitus qui sunt in caelo‹ sequebantur eum in aequis albis . uestiti bissinum album mundum., Et de ore ipsius procedit gladius acutus‹ ut in ipso percutiat gentes.,

Et ipse reget sanctos in uirga ferrea‹ et ipse calcat torcular uini furoris ire‹ et in femore suo scriptum rex regum‹ et dominus dominantium.,

LECTIO LIBRI‹ ACTUUM APOSTOLORUM., (IX 32-42)

IN DIEBUS ILLIS‹ factum est dum pertransiret petrus uniuersos ut deueniret | 328 | ad sanctos qui morabantur iudeae‹ inuenit autem ibi hominem quendam nomine . eneam ab annis octo iacentem in grabato qui erat paraleticus.,

Et ait illi petrus., Eneas‹ salbet te dominus ihesus xps . surge: et externe . tibi., Et continuo‹ surrexit., Et uiderunt illum omnes qui habitant lite . et sarone‹ qui et conuersi sunt ad dominum., In yopen autem fuit quandam discipulam . nomine tabîtas que interpraetatur . dicitur dorchas‹ haec erat plena operibus bonis: et elemosinis quas faciebat.,

Factum est autem in diebus illis‹ ut infirma moreretur.,

Qua quum labissent‹ posuerunt in cenaculo.,

Quum autem prope esset *lidda* ab yopen discipuli audientes . ‖ quia petrus est in ea cibitate‹ miserunt duos uiros ad eum rogantes.,

Ne pigriteris uenire‹ usque ad nos.,

Exurgens autem petrus‹ uenit cum illis., Et quum aduenisset‹ duxerunt illum in cenaculum et steterunt ante illum omnes uidue flentes‹ et hostendentes tunicas et uestês . quas faciebat eis dorchas., Eiectis autem omnibus foras‹ petrus ponens ienua horabit.,

Et conuersus ad corpus‹ dixit.,

Tabitan‹ surge., At illa aperuit oculos suos‹ et uiso petro resedit.,

Dans autem illi manum . erexit eam‹ et conuocans sanctos et uiduas adsignauit eam uibam., Notum enim factum est per uniuersam yopen‹ et crediderunt multi | 329 | in dominum nostrum ihesum xpm., amen .

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM
(XVI 16-33)

IN ILLO TEMPORE‹ dixit ihesus discipulis suis., Modicum et non uideuitis me‹ et iterum modicum et uideuitis me., Amen amen dico uobis quia plorabitis et fleuitîs . mundus autem gaudeuit., Uos autem contristauimini‹ sed tristitia uestra uertetur in gaudium., Mulier cum parit tristitiam habet‹ quia uenit hora eius.,

Quum autem peperit puerum‹ iam non meminit presure propter gaudiûm . quia natus est homo in mundo.,

Et uos igitur nunc quidem tristiam habebitis‹ iterum autem uidebo uos et gaudeuit cor meum‹ et gaudium uestrum nemo tollit a uobis., ‖

Et in illo die me* non interrogabitis quicquam.,

Amen amen dico uobis‹ si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.,

Usque modo non petistis quicquam‹ in nomine meo.,

1 lidda *2 manu in ras.* 4 peregriteris *2 manu*

Petite‹ ut gaudium uestrum sit plenum., Haec in prouerbiis loquutus sum uobis‹ ueniet hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis sed palam de patre meo adnuntiabo uobis.,

Illo die in nomine meo petitis‹ et non dico uobis quia ego rogabo patrem de uobis., Ipse enim pater amat uos quia uos me amastis et credidistis‹ quia ego a deo exiui et ueni in mundum.,

Iterum relinquo mundô . et uado ad patrem.,

Dicunt‹ discipuli., | 330 |

Ecce nunc palam loqueris‹ et prouerbium . nullum dicis ?

Nunc scimus quia scis omnia‹ et non est opus ut quis te interroget., In hoc credimus‹ quia a deo existi.,

Respondit ihesus., Modo creditis., Ecce uenit hora et iam uenit ut dispargamini unusquisque in propria‹ ut me solum relinquatis., Et non sum solus‹ quia pater mecum est.,

Haec loquutus sum uobis ut in me pacem abeatis‹ in mundo enim pressuram habebitis.,

Sed confidite‹ quia ego uici mundum., amen.

LEGENDUM IN DIEM SANCTI TORQUATI . UEL SOCIORUM EIUS.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (VII 9-10) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ uidi turbam magnam quam dinumerare nullus poterat., ||

Ex omnibus gentibus et tribus et populus et linguis stantes ante tronum‹ et in conspectu agni amicti stolas albas et palme in manibus eorum.,

Et clamabant uoce magna dicentes., Salus deo nostro‹ in saecula seculorum., amen

18 *Sancti Torquati vel sociorum eius.*] Ii sunt septem episcopi qui ab apostolis missi Evangelium in Hispania propagarunt. S. Torquati dies festus agitur kalendis Maii. Ipsius basilica inter sex parochiales ecclesias illas connumeratur, quae Toleti saeculo XV° exeunte superstites erant. Vide notam Leslei in praefatione Missali Mozarabico praefixa ap. Migne, Patr. Lat. LXXXV, 11.

EPISTOLA PAULI‹ APOSTOLI‹ AD EBREOS., (X 32-38)

Fratres‹ rememoramini pristin*orum* dierum in quibus inluminati‹ magnum certamen sustinuistis passionum., Et in alter*o* *** quidem obpro*b*riis‹ et tribulationibus expectaculo facti.,

In altero autem‹ soci*i taliter* conuersantium effecti.,

Nam et uincti conpassi estis‹ et rapinam bonorum *uestrorum* cum gaudio suscepistis., Cognoscentes uos abere meliorem‹ et manentem substantiam., | 331 |

Nolite itaque amittere confidentiam uestram‹ quem magnam habet remunerationem., Patientia enim uobis necessaria est‹ ut uolumtatem dei facientês . reportetis . promissionem., Aduc enim modicum *quantulum cumque qui uenturus est ueniet et non tardauit‹ iustus autem ex fide uibit., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (V 1-12)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps uidens turbas‹ ascendit in montem., Et quum sedisset‹ accesserunt ad eum discipuli eius‹ et aperiens os . suum docebat eos dicens.,

Beati pauperes spiritu‹ quoniam ipsorum est regnum caelorum.,

Beati mites‹ quoniam ipsi possidebunt terram.,

Beati qui lugent‹ quoniam ipsi consolabuntur., ||

Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam‹ quoniam ipsi saturabuntur.,

Beati misericordes‹ quoniam ipsi misericordiam consequuntur.,

Beati mundo corde‹ quoniam ipsi deum uidebunt.,

Beati pacifici‹ quoniam filii dei uocabuntur.,

Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam‹ quoniam ipsorum est regnum caelorum.,

2 pristin]orum *2 manu in ras.* 4 obprobriis *corr. ex* obpropriis 5 soci]i taliter *2 manu in rasura* 6 uestrorum *in ras.*

Beati estis cum maledixerint uos et persecuti uos fuerint‹ et dixerint omnem malum aduersum uos mentientes propter me.,

Gaudete et exultate‹ quoniam merces uestra copiosa est in caelis., amen

LEGENDUM IN DIEM SANCTAE CRUCIS.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (XXI 10, 9; (XXII 1-5) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ fui in spiritu in montem magnum et altum‹ et uenit unus ad me | 332 | ex septem angelis qui habent septem pateras nobissimarum septem plagarum‹ et ostendit mici flumen magnum aque uite splendidum tamquam cristallum procedens de regno dei‹ et agni in medio platee eius.,

Et ex utraque parte fluminis hinc et inde‹ lignum uitae faciens duodecim fructos per singulos mensês . reddens fructum suum., Et folia ligni eius ad medicinam gentium‹ et omnis deuoratio non erit iam., Et tronus dei et agni in illa erunt‹ et serbi eius seruient ei . et uidebunt faciem eius‹ et nomen eius scriptum in frontibus eorum., Et nox non erit iam‹ et non indigent lumen lucerne et solis . quia dominus deus inluminabit eos‹ et regnabunt in secula seculorum., amen. ||

EPISTOLA . PAULI . APOSTOLI‹ AD FILIPENSES., (II 5-11)

FRATRES‹ hoc sentite in uobis quod et in xpo ihesu‹ qui cum in forma dei esset‹ non rapinam . arbitratus est esse se equalem deo‹ sed semet ipsum exinanibit formam serbi accipiens‹ in similitudine* hominum factus‹ et abitu inuentus ut homô . humiliabit se usque ad mortem mortem autem crucis., Propter quod et deus illum exaltabit et donabit illi nomen‹ quod est super omne nomen.,

26 similitudinem in *erasum*

Ut in nomine ihesu omne genu flectatur caelestium‹ terrestrium‹ et infernorum‹ et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus xps in gloria est dei patris., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (III 1-17)

IN ILLO TEMPORE‹ erat homo ex phariseis nicodemus nomine‹ | 333 | princeps iudeorum., Hic uenit ad ihesum nocte‹ et dixit ei.,

Rabbi‹ scimus quia a deo uenisti magister.,

Nemo enim potest haec signa facere que tu facis . nisi fuerit deus cum eo., Respondit ihesus et dixit ei.,

Amen . amen‹ dico tibi.,

Nisi quis renatus fuerit denuo‹ non potest uidere regnum dei.,

Dicit ad eum‹ *nicodemus.,

Quomodo potest homo nasci‹ cum sit senês., Numquid potest in uentre matris suae rursus intrare‹ et nasci ?

Respondit ihesus., Amen amen dico tibi.,

Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto⁚ non potest introire in regnum dei.,

Quod natum est ex carne caro est‹ quia de carne natum est.,

Et quod natum *est* ex spiritu spiritus est‹ et ex deo natum est.,

Non mireris‹ quia dixi tibi || oportet uos nasci denuo.,

Spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis‹ et non scis unde ueniet et quo uadat.,

Sic est hominis‹ qui natus est ex spiritu., Respondit nicodemus‹ et dixit ei.,

Quomodo potest hoc fiêri .

Respondit ihesus‹ et dixit ei.,

Tu es magister in srahel‹ et haèc ignoras ? Amen . amen dico tibi quia quod scimus loquimur‹ et quod uidemus testamur‹

14 cnicodemus c *expunctum* 21 Et quod natum] est *add 2 manu*

et testimonium nostrum non accipitis., Si terrena dixi uobis et non creditis⸍ quomodo si dixero uobis caelestia creditis., Et nemo ascendit in caelum‹ nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo.,

Et sicut moyses exaltabit serpentem in deserto‹ ita exaltari oportet filium hominis . ut omnis qui crediderit | 334 | in ipso non pereat‹ sed habeat uitam æternam.,

Sic enim dilexit deus mundum‹ ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam.,

Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum‹ sed ut salbetur mundus per ipsum., amen

ITEM LEGENDUM IN ASCENSIONE DOMINI AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI‹ REGUM., (IV Reg. II 1-15)

IN TEMPORIBUS ILLIS‹ factum est cum lebare uellet dominus heliam per turbinem in caelum‹ ibant helias et heliseus de galgalis.,

Dixitque helias ad elisseum., ||

Sede hic‹ quia dominus misit me usque bethel., *Cui* ait *elisseus.*,

Uibit dominus et uibit anima tuâ . quia non derelinquam te.,

Quumque descen**dissent bethel‹ egressi sunt filii prophetarum qui erant . bethel ad elisseum‹ et dixerunt ei.,

Numquid nosti⸍ quia odie dominus tollet dominum tuum a te ?

Qui respondit., Et ego nobi‹ silete., Dixit autem helias ad helisseum., Sede hic‹ quia dominus misit me iherico.,

Et ille ait., Uiuit dominus et uiuit anima tuâ . quia non derelinquam te.,

Quumque uenissent iherico‹ accesserunnt filii prophetarum qui erant in iherico . ad helisseum‹ et dixerunt ei.,

Numquid nosti⸍ quia odie dominus tollet dominum tuum a te ?

19 Cui... elisseus 2 *manu*

Et ait., Et ego noui‹ silete.,

Dixit helias ad helisseum., | 335 |

Sede hic‹ quia dominus misit me ad iordanem., Qui ait.,

Uibit dominus et uibit anima tuâ . quia non derelinquam te.,

Hierunt igitur ambo pariter‹ et quinquaginta uiri de filiis prophetarum secuti sunt eos.,

Qui‹ steterunt contra a longe., Illi autem ambo‹ stabant super iordanem.,

Tulitque elias . pall*i*um suum‹ et inuoluit illu*t* et percussit aquas., Quae diuise sunt in utraque parte‹ et transierunt ambo per siccum., Quumque transi*s*sent‹ dixit helias ad helisseum., Postula quod uis ut faciam tiui‹ ante quam tollar a te.,

Dixitque helisseus., Obsecro te‹ ut fiat duplex spiritus tuus in me., Qui respondit.,

Rem dificilem postulasti.,

Adtamen‹ si uideris me quando tollar a te‹ erit quod postulasti., Sin autem non uideris‹ non erit.,

Quumque pergerent et ince*dentes sermocinarentur‹ ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt utrumque‹ et ascendit helias per turbinem in caelum., Helisseus autem uidebat‹ et clamabat.,

Pater mi‹ pater mi‹ currus srahel et auriga eius‹ et non uidit eum amplius.,

Adpreenditque uestimenta sua et scidit illa in duas partês . et lebauit palleum helie quod ciciderat ei.,

Reuersusque‹ stetit super ripam iordanis., Et pallio helie quod ciciderat ei‹ percussit aquas., Quae‹ non sunt diuise., Et dixit., Ubi es*t* deus helie‹ etiam nûnc., Percussitque aquas et diuise sunt | 336 | huc adque illuc‹ et transiit helisseus

Uidentes autem filii prophetarum qui erant iherico de contra‹ dixerunt.,

Requiebit spiritus helie‹ super helisseus., Et uenientes in occursum eius adoraberunt eum proni in terra.,

9 pallium i *ex* e illut t *2 manu in rasura* 11 transisent *corr.* 27 est t *add. sup. lin. 2 manu*

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM (I 1-11)

PRIMUM QUIDEM SERMONEM . feci de omnibus‹ o teufile de quibus ceperat ihesus facere et docere usque in diem quo precepit apostolis per spiritum sanctum predicare euangelium quos elegit‹ *assumtus est.* Quibus etiam exibuit semet ipsum uibum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta‹ apparens eis et docens de regno dei.,

Et quum conuersaretur cum illis‹ precepit eis ne ab iherusalem discederent‹ sed expectarent promissum patris quod a me audistis *per os inquid meum*, ‖

Quia iohannes quidem babtizabit aqua‹ uos autem spiritu sancto babtizabimini‹ quem et accepturi estis non post multos hos dies.,

Igitur qui conbenerant‹ interrogabant eum dicentes.,

Domine‹ si in hoc tempore‹ restitues regnum srahel?

Et ait ad illos., Non est uestrum nosse tempora uel momenta‹ quae pater posuit in sua potestate., Sed accipietis uirtutem superuenientem in uos spiritus sancti‹ et eritis mici testes in iherusalem et in omni iudea‹ et samaria‹ usque ad extremum terre.,

ET QUUM HAEC DIXISSET‹ uidentibus illis elebatus est‹ et nubs suscepit eum ab oculis eorum., Quumque intuerentur in caelum eunte illo‹ ecce duo uiri steterunt iuxta illos . | 337 | in uestibus albis. qui et dixerunt., Uiri galilei qui statis aspicientes in caelum‹ hic ihesus qui adsumtus est a uobis *in celum* sic ueniet‹ quem ad modum uidistis eum euntem in celum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XXIV 36-53)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ stetit in medio discipulorum suorum et dixit eis., Pax uobis.,

5 assumtus est *add. marg. 2 manu* 10 per — meum *add. seriori manu* 14 conbenerant *corr. ex* conbenerunt 16 nosse *ex* nosce 24 in celum *add. marg. 2 manu*

Ego sum‹ nolite timere.,

Conturbati uero et conterriti‹ extimabant se spiritum uidere., Et dixit eis.,

Quid turbati estis‹ et cogitationes . ascendunt in corda uestra? Uidete manus meas et pedes‹ quia ipse ego sum., Palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet‹ sicut me uidetis habere. Et cum haec dixisset‹ hostendit eis manus et pedes., ||

Aduc autem illis non credentibus et mirantibus‹ pre gaudio dixit., Habetis hic aliquid quod manducetur ?

At illi‹ obtulerunt partem piscis assî . et fabum mellis.,

Et quum manducasset coram eis‹ sumens reliquias dedit eis‹ et dixit ad illos.,

Haec sunt uerba quae loquutus sum ad uos‹ quum aduc essem uobiscum., Quoniam necesse est implere omnia‹ quae scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me.,

Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scribturas‹ et dixit eis., Quoniam sic scribtum est‹ et sic oportebat xpm pati et resurgere a mortuis die tertia‹ et predicare in nomine eius penitentiam in remissione peccatorum‹ in omnes gentes incipientibus ab hierosolima., | 338 |

Uos autem estis testes horum‹ et ego mittam promissum patris mei in uobis.,

Uos autem sedete in ciuitate‹ quo ad usque induamini uirtutem ex alto.,

Eduxit autem eos foras in bethaniam‹ elebatis manibus suis‹ benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis‹ recessit ab eis‹ et ferebatur in caelum.,

Et ipsi adorantes eum‹ regressi sunt iherusalem cum gaudio magno., Et erant semper in templo‹ laudantes et benedicentes deum amen

11 reliquias s *add. seriori manu*

LEGENDUM IN DOMINICO POST ASCENSIONE DOMINI.,

LECTIO LIBRI‹ APOCALIPSIN IOHANNIS., (IV 2-4, 10-11)

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohann*e*s serbus ihesu xpi‹ fui in spiritu et ecce sedes dei posita erat in caelo., Et supra sedem sedens., Et qui sedebat‹ similis erat aspectui || lapidis hiaspidis et sardino.,

Et hiris erat in circuitu sedis‹ similis uisioni izmaracdine., Et in circuitu sedis‹ sedilia uiginti quattuor., Et supra tronos‹ uiginti quattuor seniores sedentes circumamictos uestimenta albîs . et in capitibus eorum coronas aureas., Et procedebant uiginti quattuor seniores ante sedentem in trono‹ et adorabant uibentem in secula seculorum., Et mittebant coronas suas‹ ante tronum dicentes.,

Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et uirtutem‹ quia tu creasti omnia et propter nomen tuum erant et creata sunt.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFESIOS., (IV 7-10)

FRATRES‹ unicuique nostrum data est gratia‹ secundum | 339 | mensuram donationis xpi.,

Propter quod dicit ascendit in altum‹ captibam duxit captiuitatem‹ dedit dona hominibus.,

Quod autem ascendit‹ quid est nisi quia et descendit.,

Primum‹ in inferiores partes terrae., Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes caelos‹ ut adimpleret omnia‹ ipsi gloria in secula seculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MARCUM., (XVI 15-20)

IN ILLO TEMPORE‹ dixit ihesus discipulis suis., Euntes in uniuersum mundum‹ predicate euangelium omni creature.,

3 iohannes *corr. ex* iohannis

Qui crediderit et babtizatus fuerit‹ salbus erit., Qui enim non crediderit‹ condemnabitur.,

Signa autem eos qui credituri sunt‹ haec sequentur.,

In nomine meo‹ demonia || eicient\ linguis loquentur nobis\ serpentes tollent‹ et si mortiferum quid uiberint non eos nocebit.,

Super egrotos manus inponent‹ et bene abebunt.,

Et dominus quidem ihesus postquam loquutus est eis adsumtus est in caelum et sedet adextris dei., Illi autem profecti‹ predicaberunt ubique domino quo operante et sermonem confirmantem‹ sequentibus signis., amen

LEGENDUM DIE SABBATO AD TERTIA ANTE PENTECONSTEN.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LXI 1-5)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est esayas dicens., Spiritus domini super me propter quod uncxit me dominus‹ ad adnuntiandum mansuetis misit me.,

Ut mederer contritos corde et predicarem captibis indulgentiam‹ et clausis apertionem., Ut predicarem annum placabilem domino‹ | 340 | et diem u*l*tionis deo nostro

Ut consolarer omnes lugentes et ponerem lugentibus in syon‹ et darem eis coronam pro cinerem oleum gaudii pro luctum‹ et palleum laudis pro spiritu meroris.,

Et uocabuntur in ea *fo*rtes iustitiae‹ et plantatio domini ad glorificandum.,

Et edificabunt desertas saeculorum‹ et ruinas antiquas erigent.,

19 ultionis *corr. ex* unctionis   23 fortes fo *2 manu in rasura*

11 *ad tertia.*] In missali Mozarabico, *ad nonam.* Ceterum de sollemni ieiunio, quod in Breviario Mozarabum et in Orationali Gothico assignatur ante Pentecosten, nihil in Lectionario nostro reperies, sed neque in Gallicano Mabillonii. In Hispalensi quoque ecclesia ieiunium iuxta canones nonnisi « post Pentecosten alia die » inchoabant ex Isidoro, *De eccles. offic.*, lib. I, c. 38.

Et instaurabuntur ciuitates desertas et discipatas⁄ in generatione . et generatione.

Et stabunt alieni et pascent pecora uestra⁄ et filii peregrinorum agricole et uinitores uestri erunt⁄ ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD CORINTIOS . Iª.,
(XII 2-13)

FRATRES⁄ de spiritalibus nolo uos ignorare

Scitis quoniam cum gentes essetis⁄ ‖ ad simulacra muta pro ut ducebamini euntes.,

Ideo notum uobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dic*it* anathema ihesus⁄ et nemo potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto., Diuisiones uero gratiarum sunt⁄ idem autem spiritus., Et diuisiones ministrationum sunt⁄ idem autem dominus.,

Et diuisiones operationum sunt⁄ idem uero deus:̂ qui operatur omnia in omnibus.,

Unicuique autem datur manifestatio spiritus⁄ ad utilitatem.,

Alii quidem⁄ per spiritum datur sermo sapientiae.,

Alii autem sermo scientiae⁄ secundum eundem spiritum.,

Alteri fides⁄ in eodem spiritum.,

Alteri gratiam sanitatum⁄ in uno spiritu.,

Alii operatio⁄ uirtutum.,

Alii⁄ prophetatio.,

Alii⁄ discretio spirit*u*um., | 341 |

Alii⁄ genera linguarum.,

Alii⁄ interpretatio sermonum.,

Hec autem omnia operatur⁄ unus adque idem spiritus:̂ diuidens singulis pro ut uult.,

Sicut enim corpus unum est⁄ et membra abet multa⁄ omnia autem membra corporis cum sint multa⁄ hunum corpus sunt⁄ ita et xps., Et enim in uno spiritu omnes nos⁄ in unum corpus

10 dicit it *in ras.* 24 spirituum *corr. ex* spiritum

babtidiati sumus., Sibe iudei sibe gentiles . sibe serbi sibe liberi‹ et omnes in unum spiritum potati sumus‹ per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM., (XIV 23-31)

In illo tempore‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis dicens., Si quis diligit me‹ sermonem meum serbauit‹ et pater meus || diligit eum et ad eum ueniemus‹ et mansionem aput eum faciemus., Qui non diligit me‹ sermones meos non serbat., Et sermonem quem audistis‹ non est meus sed eius qui misit me patris.,

Haec loquutus sum uobis‹ aput uos manens.,

Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo‹ ille uos docebit omnia‹ *et su*geret uobis omnia* quequumque dixero uobis.,

Pacem meam do uobis‹ pacem meam relinquo uobis: non quo modo mundus dat ego do uobis.,

Non turbetur cor uestrum‹ neque formidet., Audistis quia ego dixi uobis‹ uado et uenio ad uos ?

Si diligeretis me‹ gauderetis utique quia uado ad patrem‹ quia pater maior me est., Et nunc dixi uobis prius quam fiant‹ ut cum factum fuerit credatis., | 342 |

Iam non multa loquar uobiscum., Uenit enim princeps uius mundi et in me non habet quicquam quod iudicet‹ sed ut cognoscat mundus quia diligo . patrem‹ et sicut mandatum dedit mici pater sic facio., amen.

14 et s. u. omnia *omissum in actu scriptionis* suggeret u *sup. lin.* g *expunctum*

LEGENDUM IN DIEM SANCTUM.˙, PENTECOSTEN.˙, AD MISSAM.˙,

LECTIO LIBRI‹ IOHEL PROPHETE., (II 21-32)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Noli timere terra exulta et letarê . quoniam magnificabit dominus ut faceret., ||

Noli timere animalia regionis quia germinaberunt speciosa deserti., Quia lignum adtulit fructum suûm . ficus et uinea dederunt fortitudinem suam.,

Et uos filii syon‹ exultate et letamini in domino deo uestro., Quia dedit uobis doctorem iustitiae‹ et descendere faciet ad uos imbrem matutinum‹ et serotinum in principio., Et implebuntur aree frumento‹ et re*dundabunt torcularia uino et oleo.,

Et reddam uobis annos quos . comedit locusta‹ et brucus‹ et rubigo‹ et eruca‹ fortitudo mea magna‹ quam misi in uos.,

Et comedetis uescentes et saturabimini‹ et laudabitis nomen domini dei uestri∴ qui fecit uobiscum mirauilia.,

Et non confundetur populus meus | 343 | in sempiternum‹ et scietis quia in medio srahel ego sum.,

Ego dominus deus uester et non est alius‹ et non confundetur populus meus in sempiternum.,

ET ERIT POST HAEC‹ effundam de spiritu meo super omnem carnem∴ *et* prophetabunt filii uestri et filie uestre.,

Senes uestri somnia somniabunt‹ et iubenes uestri uisiones uidebunt.,

Sed et super serbos meos . et super ancillas meas in diebus illis‹ effundam *** spiritum meum. Et dabo prodigia in caelo et in terra‹ sanguinem et ignem et uaporem fumi., Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguine‹ ante quam ueniat dies domini

13 reddundabunt *corr.* 23 et *add. 2 manu*

magnus et manifestus., Et omnis qui *in*uocaberit nomen domini salbus erit., amen., ||

LECTIO LIBRI‹ HACTUUM APOSTOLORUM., (II 1-21)

IN TEMPORIBUS ILLIS‹ dum cónplerentur dies pentecosten‹ fuerunt omnes apostoli simul in unum. Et factum est repente sonus de caelo‹ tamquam spiritus ualidissimi., Et implebit uniuersum locum in quo sedebant congregati‹ et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto‹ et ceperunt loqui uariis linguîs . pro ut spiritus dabat eloqui eis.,

ERANT AUTEM IN IHERUSALEM habitantes iudei uiri timorati‹ ex omni gente quae sub caelo est., Et quum haec uox facta fuisset‹ conuenit multitudo.,

Et mente confusa est‹ | 344 | quoniam audiebat unusquisque lingua sua‹ illos loquentem magnalia dei.,

Stupebant omnes‹ et mirabantur ad inuicem dicentes.,

Nonne omnes hii qui loquuntur galilei sunt‹ et quomodo nos singuli audiuimus propriam linguam nostram in qua nati sumûs.

PARTI‹ et medi‹ et elamite‹ et qui habitant mesopotamiam., Iudeam‹ et cappadociam., Pontum‹ et asyam., Frigiam‹ et pamfiliam., Egyptum‹ et partes *libie* que est circa cirinensêm . et aduene romani., Iudei quoque‹ et prosilites., Cretes‹ et arabes., Audiuimus loquentes eos‹ nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes *et mirabantur* ad inuicem dicentes., Quidnam uult hoc êsse., ||

Alii autem inridentes dicebant‹ quia musto repleti sunt isti.,

STANS UERO PETRUS‹ cum undecim apostolis‹ elebauit uocem suam et dixit ad eos.,

Uiri iudei‹ et qui habitatis in iherusalem uniuersi‹ hoc uobis notum sit et auribus percipite uerba mea.,

1 inuocaberit in *add. 2 manu* 9 singulis *2 manu* 21 libie *corr. in marg. ex* lisie 24 et mirabantur *add. marg. seriori manu*

Non enim sicut uos extimatis hii ebrii sunt cum sit hora diei tertia‹ sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel.,

Et erit in nobissimis diebus dicit dominus‹ effundam de spiritu meo super omnem carnêm . et prophetabunt filii uestri et filiae uestrae., Iubenes uestri uisiones uidebunt‹ et seniores uestri somnia somniabunt., Et quidem super serbos meos et super ancillas meas in diebus illis‹ | 345 | effundam de spiritu meo et profetabunt., Et dabo prodigia in caelo sursumˆ et signa in terra deorsum.,

Sanguinem‹ et ignem‹ et uaporem fumi.,

Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguine‹ ante quam ueniat dies domini magnus et manifestus.,

Et omnis qui inuocaberit nomen domini salbus erit., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM IOHANNEM.,

(XV 26-27, XVI 12-15, XVII 1-3, 11, 21-22, 24-26)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens.,

Quum uenerit paraclitus quẹm ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre meo procedit‹ ille testimonium peribebit de me et uos testimonium peribebitis‹ quia ab initio mecum estis.,

Aduc multa hạbeo uobis dicere‹ || sed non potestis illa portare modo., Quum autem uenerit ille spiritus ueritatisˆ doceuit uos omnem ueritatem.,

Non enim loquetur a semet ipso‹ sed quequumque audiet loquitur‹ et quae uentura sunt adnuntiabit uobis.,

Ille me clarificauit quia de meo accipiet‹ et adnuntiabit uobis omnia.,

Quequumque abet pater mea sunt‹ propterea dixi quia de meo accipiet et adnuntiabit uobis.,

Haec loquutus *est* ihesus‹ et sublebat*i*s oculis *in celum* dixit.,

31 est, in celum *add. seriori manu* subleuatis *corr. ex* subleuatus

Pater‹ uenit hora clarifica filium tuum: ut filius tuus clarificet te.,

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei‹ det eis uitam eternam.,

Haec est autem uita aeterna‹ | 346 | ut cognoscant te uerum deum solum‹ et que misisti ihesum xpm.,

Pater sanctae‹ serba eos in nomine tuo quos dedisti mici‹ ut sint unum sicut tu pater in me et ego in te.,

Ut et ipsi in nobis unum sint‹ ut mundus credat quia tu me misisti‹ et ego claritatem quam dedisti mici dedi eis.,

Pater‹ quos dedisti mici uolo ut ubi ego sum‹ et illi sint mecum.,

Ut uideant claritatem meam quam dedisti mici‹ quia dilexisti me ante constitutionem mundi.,

Pater iuste mundus te non cognobit‹ ego autem te cognobi . et hii cognoberunt quia tu me misisti.,

Et notum feci eis nomen tuum‹ et notum faciam || ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit‹ et ego in ipsis

LEGENDUM IN DIEM SANCTI ADRIANI.,

LECTIO LIBRI‹ PROUERBIE . SALOMONIS.,

(IV 18, XXI 10-31)

IUSTORUM SEMITA quasi lux splendens procedit‹ et crescit *usque* a*d* perfectum diem.,

Mulierem autem fortem quis inueniet procul‹ et de ultimis finibus pretium eius.,

Confidit in ea cor uiri sûi . et spoliis non indigebit.,

Reddet bonum ei et non malum‹ omnibus diebus uite sue.,

Quesiuit lanam et linum‹ et operata est consilio manuum suarum.,

23 crescit] a perfectum *i manu*

19 *sancti Adriani*] Ejusdem qui Romae colitur die octava septembris, apud Hispanos vero XVI kal. Julias. Ad uxorem ipsius Nataliam prophetia heic assignata manifesto refertur. Vide Miss. Mozarab., p. 325.

Facta est quasi nabis institutoris‹ de longe portat panem suum.,

Et de nocte surrexit deditque predam domesticis suis‹ et cibariam ancillis suis.,

Considerabit agrum‹ et emit eum de fructu . manuum suarum., | 347 |

Plantabit uineam‹ et accinxit fortitudinem lumbos suos‹ *et* roborauit bracium·suum., Gustauit quia bona est negotiatio eius‹ non extinguetur in nocte lucerna eius.,

Manum suam misit ad fortia‹ et digiti eius adpreenderunt fusum., Man*um suam aperuit inopî . et palmas suas extendit ad pauperem., Non timebit domui suae a frigoribus nibis‹ omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicibus., Stragulam uestem fecit sibi‹ bissus et purpura indumentum eius.,

Nobilis in portis uir eius^ quando sederit cum senatoribus terrae.,

Fortitudo et decor indumentum eius‹et rideuit in die nobissimo.,

Os suum aperuit sapientiae‹ et lex clementiae in lingua eius.,

Considerat semitas domus suae‹ ‖ et panem otiosa non comed*i*t.,

Surrexerunt filii eius et beatissimam predicaberunt‹ uir eius laudabit eam.,

Multe filie congregaberunt diuitias‹ tu autem supergressa es hunibersas.,

Date ei de fructu manum suarum‹ ut laudent eam in portis opera eius., amen.,

EPISTOLA PAULI . APOSTOLI‹ AD EBREOS., (X 32-38)

FRATRES‹ rememoramini pristinorum dierum in quibus inluminati‹ magnum certamen sustinuistis passionum.,

Et in altero quidem obprobriis et tribulationibus‹ expectaculum facti.,

7 suos] et *add. 2 manu* 11 manuum u *erasum* 19 comedit *corr. ex* comedet

In altero autem˙ socii . taliter conuersantium effecti.,

Nam et uinctis conpassi estis˙ et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis., Cognoscentes uos habere meliorem˙ et manentem substantiam., | 348 |

Nolite itaque amittere confidentiam uestram: quem magnam habet remunerationem.,

Patientia enim uobis necessaria est˙ ut uolumtatem dei facientes reportetis promissionem.,

Aduc enim modicum quantulum quumque qui uenturus est ueniet et non tardabit˙ iustus autem ex fide uibit., amen.,

Perquire euangelium retrohacte . in diem sancti torquati epi.,

In illo tempore dominus noster ihesus xps uidens turbas

LEGENDUM IN NATIUITATEM SANCTI . IOHANNIS . BABTISTE

LECTIO LIBRI˙ IHEREMIE PROPHETAE., (I 4-19)

IN DIEBUS ILLIS˙ factum est uerbum domini ad me dicens., Prius quam te formarem in utero noui te˙ et ante quam exires de uulba sanctificaui te.,

Prophetam gentibus dedi te., ||

Et dixi., AAA domine deus ecce nescio loqui˙ quia puer ego sum., Et dixi dominus ad me.,

Noli dicere quia puer ego sum˙ quoniam ad omnia que mittam te ibis˙ et uniuersa quecumque mandabero tibi loqueris.,

Ne timeas affacie . eorum quia ego tecum sum˙ et eruam te dicit dominus., Et misit dominus manum suam et tetigit os meum: et dixit ad me.,

Ecce dedi uerba mea˙ in ore . tuo

Ecce constitui te odie super gentes˙ et super regna˙ ut ebellas˙ et dextruas˙ et disperdas˙ et discipes˙ et edifices˙ et plantes.,

Et factum est uerbum domini ad me dicens., Quid tu uides iheremia ? Et dixi.,

27 constitui i *in ras.*

Uirgam uigilantem *ego* uideo.,

Et dixit dominus ad me

Bene uidistî . quia uigilabo et ego super uerbo meo quod | 349 | loquutus sum‹ ut faciam illut.,

Tu ergo accinge lumbos tuos et surge‹ et loquere ad eos omnia quequumque ego precipio tibi ne formides affacie eorum‹ nec enim timere te faciam uultum eorum.,

Ego quoque dedi te in ciuitatem munitamˎ et in columnam ferreamˎ et in murum aereum‹ super omnem terram., Regibus iudaˎ principibus eiusˎ et sacerdotibus eiusˎ et populo terrae.,

Et bellabunt aduersum te et non prebalebunt‹ quia ego tecum sum ut liberem te ait dominus omnipotens.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD GALATAS., (IV 22-31)

FRATRES‹ scriptum est quod abraham duos filios abuit‹ unum de ancilla‹ et unum de libera., Sed his quidem qui de ancilla‹ saecundum || carnem natus est., Qui autem de liberâ . secundum promissionem que sunt per allegoriam dicta., Nam haec sunt duo testamentaˎ unum quidem de monte synaa in seruitutem generans que est agar., Syna autem‹ mons est in arabia confinis ei que nunc est iherusalem‹ seruiens cum filiis suis., Quae autem sursum est iherusalem‹ libera est que est mater omnium nostrorum., Scriptum est enim.,

Letare sterelis quae non paris‹ erumpe et clama quae non parturîs . quia multi filii deserte magis quam eius quae habet uirum.,

Uos autem fratres . secundum ysaac promissionis filii estis . sed quomodo tunc qui secundum carnem natus est persequebatur eum qui secundum spiritum ita et nunc., Sed quid dicit scriptura., Expelle ancillam et filium eiûs . non enim heres erit filius ancille cum filio meo . ysaac., Itaque fratres iam non sumus ancille filii sed libere‹ quia libertate nos xps redemit., amen . | 350 |

1 ego *add. sup. lin.*

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,
(I 5-25, 39-45, 56-80)

FUIIT IN DIEBUS HERODIS regis iudeae‹ sacerdos . quidam nomine zaccarias de uice abia‹ et huxor illi de filiabus aaron et nomen eius elisabet.,

Erant autem iusti ambo ante deum‹ incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini‹ sine quaerella.,

Et non erat illis filius eo quod esset elisabeth sterelis‹ et ambo processissent in diebus suis., Factum est autem quum sacerdotio fungeretur zaccarias in ordinem uicis suae ante deum secundum consuetudinem ‖ sacerdotii‹ sorte exiit^ ut incensum poneret.,

Ingressus in templum domini *et* omnis multitudo erat populi orans foris‹ ora incensi.,

Apparuit illi autem angelus domini stans a dextris altaris incensi‹ et zaccarias turbatus est uidens . et timor inruit super eum.,

Ait autem ad illum angelus.,

Ne timeas zaccarias quoniam exaudita est deprecatio tua‹ et huxor tua elisabeth pariet tibi filium‹ et uocabis nomen eius iohannem.,

Et erit gaudium tibi et exultatio‹ et multi in natiuitate eius gaudebunt.,

Erit enim magnus coram domino . et uinum et siceram non biuet‹ et spiritu sancto repleuitur aduc ex utero matris suae.,

Et multos filiorum srahel‹ | 351 | conuertet ad dominum deum ipsorum., Et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute helie‹ ut conuertat corda patrum ad filios et incrediuiles ad prudentiam iustorum‹ parare domino plebem perfectam.,

Et dixit zaccarias ad angelum., Unde hoc sciam.,

Ego enim sum senes‹ et huxor mea processit in diebus suis.,

13 et *add. marg. 2 manu*

Et respondens angelus⁄ dixit ei.,

Ego sum gabrihel qui adsto ante deum: et missus sum loqui ad te et haec tibi euangelizare., *Et ecce* eris tacens\ et non poteris loqui usque in diem quo haec fiant pro eo quod non credidisti uerbis meis⁄ quae inplebuntur in tempore . suo.,

Et erat plebs expectans zaccariam et mirabantur quod tardaret ipse in templo., ||

Egressus autem⁄ non poterat loqui ad illos., Et cognoberunt quod uisionem uidisset in templo⁄ et ipse erat innuens illis et permansit mutus., Et factum est ut impleti sunt dies officii eius⁄ abiit in domum suam.,

Post hos autem dies concepit helisabeth uxor eius⁄ et occultabat se mensibus quinque dicens.,

Quia sic mici fecit dominus in diebus quibus respexit⁄ aufferre obprobrium meum inter homines.,

Exurgens autem maria . in diebus illis⁄ abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iudeae⁄ et intrabit in domum zaccariae⁄ et salutabit helisabeth.,

Et factum est ut audiuit salutationem marie elisabeth⁄ exultauit infans in utero eius.,

Et repleta est spiritu sancto elisabeth | 352 | et *ex*clamauit uoce magna et dixit., Benedicta tu inter mulierês . et benedictus fructus uentris tui.,

Et unde hoc mici\ ut ueniret mater domini mei ad me.,

Ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis⁄ exultauit in gaudio infans in utero meo.,

Et beata quae credidisti⁄ quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino.,

Mansit autem maria cum illa . quasi mensibus tribus⁄ et reuersa est in domum suam.,

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi⁄ et peperit filium\ et audierunt uicini et cognati eius\ quia magnificauit

3 Et ecce *add. in ras.* 21 et clamauit *1 manu*

dominus misericordiam suam cum illa⸓ et congratulabantur . ei., Et factum est in die octabo⸓ uenerunt circumcidere puerum⸓ || et uocabant eum nomen patris sui zaccaria*.,

Et respondens mater eius⸓ dixit.,

Nequaquâm . sed uocabitur iohannes., Et dixerunt ad illam., Quia nemo est in cognatione tua⸓ qui uocetur hoc nomine., Innuebant autem patri eius⸓ quem uellet uocari eum.,

Et postulans pugillarem⸓ scripsit dicens., Iohannes est nomen eius.,

Et mirati sunt unibersi.,

Apertum est autem confestim os eius et lingua eius⸓ et loquaebatur recte benedicens deum.,

Et factus est timor super omnes uicinos eorum⸓ et super omnia montana iudeae⸓ diuulgabatur omnia uerba haec.,

Et posuerunt omnes qui audiebant in corde suo⸓ dicentes.,

Quid putas . puer iste erit.,

Et enim manus domini⸓ erat cum illo., Et zaccarias | 353 | pater eius impletus est spiritu sancto⸓ et prophetabit dicens.,

CANTICUM. Benedictus dominus deus srahel⸓ quia uisitauit et fecit redemtionem pleui sue., Et erexit cornum salutis nobis in domo dauit pueri suî., Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius., Salutem ex inimicis nostris⸓ et de manu omnium qui oderunt nos., Ad faciendam . misericordiam cum patribus nostris⸓ et memorare testamenti sancti sui

Ius iurandum quod iurauit ab abra*ha*m patrem nostrum daturum se nobis⸓ ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liuerati⸓ seruiamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris

Et tu puer⸓ propheta altissimi uocaberis⸓ preibis enim ante faciem domini⸓ || parare uias eius.,

Ad dandam scientiam salutis pleui eius⸓ in remissione pecca-

3 zaccarias s *erasum* 19 CNM 26 abraham ha *sup. lin.*

torum. Per uiscera misericordie dei nostri in quibus uisitabit nos‹ oriens ex alto., Inluminare his qui in tenebris sunt et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros . in uiam pacis., Puer autem crescebat et confortabatur spiritu‹ *et* erat in desertis usque in diem hostensionis sue ad srahel., amen.,

LEGENDUM IN DIEM SANCTŌRUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.,

LECTIO LIBRI APOCALIPSIN IOHANNIS., (X 8, 10; XI 1, 3, 4, 15) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ ego iohannes serbus ihesu xpi‹ fui in spiritu et audiui uocem loquentem mecum *et* dicentem.,

Uade accipe librum apertum de manu angeli‹ stantis | 354 | super mare et super terram.,

Et accepi librum de manu angeli‹ et datus est mici calculus similis uirge dicens.,

Dabo duobus testibus meis . et prophetabunt., Hii sunt due olibe et due candelabra‹ in conspectu domini.,

Et facte sunt u*o*ces magne in caelo‹ dicentes.,

Factum est regnum huius mundi domini nostri et xpi eius‹ et regnabunt in secula seculorum., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . Iª., (IV 9-15)

FRATRES‹ puto deus nos apostolos nobissimos hostendit tamquam morti destinatos‹ quia expectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus.,

Nos stulti propter xpm‹ uos autem prudentes in xpo.,

Nos infirmi‹ uos fortes.,

Uos nobiles: nos autem ignobiles.,

4, 11 et *add. sup. lin.* 18 uoces o *add. 2 m.*

Usque in hanc horam⸫ et esurimus⸌ || et sitimus⸌ et nudi sumus⸌ et colafis cedimur⸌ et instauiles sumus⸫ et laboramus operantes manibus nostris.,

Maledicimur⸫ et benedicimus.,

Persecutionem patimur⸫ et sustinemur., Blasfemamur⸫ et obsecramus., Tamquam purgamenta uius mundi facti sumus omnium per ipsima usque adhuc.,

Non ut confundam uos haec scribo⸫ sed ut filios meos karissimos moneo.,

Nam si decem milia pedagogorum . habeatis in xpo⸫ sed non multos patres., Nam in xpo ihesu per euangelium⸫ ego uos genui per fidem quae est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII⸫ SECUNDUM MATHEUM.,

(X 1-8)

IN ILLO TEMPORE⸫ conuocatis ihesus discipulis suis⸫ dedit illis potestatem spirit*uu*m inmundorum . ut eicerent eos⸫ et curarent | 355 | omnem langorem et omnem infirmitatem in populo.,

Duodecim autem apostolorum nomina⸫ haec sunt.,

Primus symon qui dicitur petrûs . et andreas frater eius., Iacobus zebedei⸫ et iohannes frater eius.,

Filippus⸫ et bartolomeus

Tomas et matheus publicanus.,

Iacobus alfei⸫ et tatheus.,

Symon cananeus⸫ et iudas scariothes qui tradidit eum

Hos duodecim misit ihesus⸫ precipiens eis et dicens.,

In uiam gentium ne abieritis⸫ et in ciuitates samaritanorum ne intraberitis⸫ sed potius ite ad obes que perierunt domus srahel., Euntes autem predicate dicentes⸫ quia adpropinquauit regnum caelorum.,

Infirmos curate⸫ mortuos suscitate., ||

16 spm *I manu*

Leprosos mundatê . demonia eicite.. Gratis accepistis‹ gratis date., amen.,

LEGENDUM IN DIEM SANCTARUM IUSTE ET RUFINE.,

LECTIO LIBRI‹ IHESU (Eccli. XXXIX 17-21)

AUDITE ME DIUINI fructus‹ et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.,

Quasi libanus‹ odorem suauitatis abete., Florete flores quasi lilium‹ date odorem et frondete in gratiam et conlaudate canticum‹ et benedicite dominum in operibus suis.,

Date nomini eius magnificentiamˆ et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum.,

In canticis labiorum et citharis‹ et sic dicetis in confessione opera domini‹ uniuersa bona ualde., amen | 356 |

EPISTOLA PAULI APOSTOLI . AD CORINTIOS . I[a].
(II Cor. IV 5-10)

FRATRES‹ non nosmedipsos commendamus‹ sed ihesum xpm dominum *nostrum*.,

Nos autem serbos uestros‹ per ihesum xpm

Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere‹ qui inluxit in cordibus nostris ad inluminationem scientie claritatis dei‹ in faciem ihesu xpi., Abemus autem tesaurum istum . in uasis fictilibus‹ ut sublimitas sit uirtutis dei et non ex nobis.,

In omnibus tribulationem patimur‹ sed non angustamur., Aporiamur‹ sed non destituimur.,

Persequ*u*tionem patimurˆ sed non relinquimur.,

Deicimur‹ sed non perimur.,

17 nostrum *add. 2 manu*   25 persequotionem *1 manu*

3 *sanctarum Iuste et Rufine.*] Earum nomine dicata ecclesia saec. XV° exeunte Toleti exstabat. Coluntur ambae simul XVI kal. Augusti.

Semper mortificationem ihesu in corpore nostro circumferentes‹ ut uita ihesu xpi in corpore nostro manifestetur., ||

Cui est gloria in secula seculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXV 1-13)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis et turbis in parabolis dicens. Simile erit regnum caelorum decem uirginibus quae accipientes lampades suas‹ exierunt ouiam sponso et sponse

Quinque autem ex eis erant fatue‹ et quinque prudentes.,

Sed quinque fatue acceptis lampadibus‹ non sumserunt oleum secum.,

Prudentes uero‹ acceperunt oleum in uasis suis‹ cum lampadibus., Mora autem faciente sponso‹ dormitauerunt omnes et dormierunt

Media autem nocte clamor factus est‹ ecce sponsus uenit exite ouiam ei.,

Tunc surrexerunt omnes uirgines ille‹ et ornaberunt lampades suas., | 357 |

Fatue autem‹ sapientibus dixerunt., Date nobis de oleo uestro‹ quia lampades nostre extinguntur.,

Responderunt prudentes‹ dicentes., Ne forte non sufficiat nobis et uobis: ite potius ad uendentes et emite uobis., Dum autem irent emere‹ uenit sponsus et quae parate erant intraberunt cum eo ad nubtias‹ et clausa est ianua.,

Nouissime ueniunt relique uirgines‹ dicentes.,

Domine domine‹ aperi nobis.,

At ille . respondens ait.,

Amen dico uobis‹ nescio uos.,

Uigilate itaque‹ quia nescitis diem neque horam qua filius hominis uenturus est in gloriam suam., amen

LEGENDUM IN DIEM SANCTORUM IUSTI ET PASTORIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS., (Sap. X 17-21)

IN DIEBUS ILLIS‹ reddidit dominus iustis mercedem laborum suorum || et *eduxit in uiam mirabili., Et in uelamento diei dux fuit illis‹ et in luce stellarum *tota* nocte.,

Transtulit illos mare rubrum et transuexit illos per aquam nimiam., Inimicos autem illorum dimersit in mare et ab altitudine inferorum eduxit illos., Ideo iusti tulerunt spoliam impiorum‹ et decantaberunt.,

Domine nomen sanctum tuumˆ et uictricem manum tuam laudaberunt pariter.,

Quoniam sapientia aperuit os mutorum‹ et linguas infantium fecit dissertas.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS PRIMA., (III 1, 2, 7)

FRATRES non potui uobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus‹ tamquam parbulis in xpo lac potum dedi uobis non escam., | 358 |

Itaque fratres neque qui plantat est aliquid neque qui rigat‹ sed cui incrementum dat deus., Ipsi gloria in saecula saeculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (Marc. X 13-16)

IN ILLO TEMPORE‹ offerebant parbulos domino . nostro ihesu xpo‹ ut illos tangeret.,

4 deduxit *1 manu* 5 tota *add. 2 manu*

1 *in diem sanctorum Iusti et Pastoris.*] id est, octavo Idus Augusti. Iustus et Pastor fratres, quum puerili essent aetate, martyrium Compluti passi sunt : quorum reliquias ab Asturio episcopo Toletano inventas fuisse refert S. Hildefonsus, *De vir. illustr.*, c. 2.

Disciputi autem‹ comminabantur offerentibus.,

Quos cum uideret dominus ihesus‹ indigne tulit et ait.,

Sinite parbulos uenire ad me et ne proibueritis eôs . talium est enim regnum dei., Amen dico uobis.,

Quisquis non receperit regnum dei uelut parbulus‹ non intrauit in regnum celorum.,

Et conplexans eos\ et inponens manus super eos\ benedicebat illos., amen.,

LEGENDUM IN DIEM SANCTORUM . SIXTI EPISCOPI ET LAURENTI ARCIDIACONI., ||

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS., (Sap. III 1-8)

IUSTORUM ANIME in manu dei sunt‹ et non tanget illos tormentum mortis.,

Uisi sunt in oculis insipientium mori‹ et extimata est malitia exitus illorum., Et ab itinere iusto‹ abierunt in exterminium., Et quod a nobis est iter extermini‹ illi autem sunt in pace.,

Et si coram hominibus tormenta passi sunt‹ spes illorum inmortalitate plena est., In paucis uexati in multis bene disponentur quoniam deus temtauit illos‹ et inuenit illos dignos se.,

Tamquam aurum in fornace probabit illos‹ et quasi holocausti hostiam accepit illos‹ et in tempore erit respectus illorum.,

Fulgebunt iusti‹ | 359 | et tamquam scintille in aurundineto discurrent.,

Iudicabunt nationes et dominabuntur populis et regnauit illorum dominus in perpetuum., amen.,

9 *Sixti episcopi et Laurenti arcidiaconi.*] Sanctum Xystum et sanctum Laurentium, diversis diebus passos, uno eodemque die quarto Idus Augusti Gotho-Hispani coluere, itemque Graeci in martyrologiis commemorant.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD CORINTIOS . I^{a}.,

(II Cor. IX 6-13)

FRATRES⁄ qui seminat in benedictionibus⁄ de benedictionibus et metet.,

Et unusquisque pro ut destinabit cordi suo⁄ non ex tristitia aut necessitate.,

Ilarem enim datorem diligit deus., Potens est autem deus omne*m* gratiam abundare facere in uobis⁄ ut in omnibus semper omnem sufficientiam abentes., Abundetis in omne opus bonum sicut scriptum est.,

Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in aeternum.,

Qui autem administrat semen seminanti⁄ et panem ad manducandum prestauit⁄ ‖ et multiplicabit semen uestrum⁄ et augeuit incrementa fructum iustitiae uestrae in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem quae operatur per nos gratiarum hactionem deo., Quoniam ministerium administrationis uius officii⁄ non solum supplet ea quae desunt sanctis⁄ sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in.domino˙ per probationem ministerii uius., Cui gloria in secula seculorum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM.,

(XVIII 18-20)

IN ILLO TEMPORE⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Amen dico uobis., Quia quaecumque alligaberitis super terram⁄ erunt ligata et in caelo.,

Et quecumque solberitis super terram⁄ erunt soluta et in caelo., | 360 |

Iterum dico uobis., Quia si duo ex uobis consenserint super terram⁄ de omni re qecumque petierint⁄ fiet illis a patre meo qui est in caelis., Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meô . ibi sum ego in medio eorum., amen

8 omnem m *2 manu*

LEGENDUM IN DIEM SANCTI CIPRIANI AEPISCOPI.,

LECTIO LIBRI IHESU*., (Eccli. XLIV 20, 21; L 1-25)

UIR ISTE CONSERBAUIT legem domini dei sui exelsi‹ et in temtatione inuentus est fidelis.,

Qui in uita sua suffulsit domum‹ et in diebus suis corroborabit., Templum etiam altitudo‹ ab ipso fundata est‹ dupplex edficatio excaelsa‹ parietis templum., ||

In diebus ipsius reman*a*uerunt putei aquarum‹ et quasi mare adimpleti sunt supra modum., Cum curauit gentem suam‹ et curabit illam a pernicie., Qui preualuit amplificare ciuitatem‹ qui adeptus est gloria in conuersione gentis.,

Et ingressus domus et atria‹ amplificatus est.,

Quasi stella matutina in media nube‹ et quasi luna plena in diebus lucet.,

Et quasi sol refulgens‹ sic ille *re*fulsit in templo dei.,

Quasi arcus fulgens inter nebulas gloriae‹ et quasi flos rosarum in diebus uerni.,

Quasi lilia quae sunt in transitus aquarûm . et quasi tus redolens in diebus estatis.,

Quasi ignis effulgens‹ et quasi tus ardens in igne

Quasi uas auri solidum‹ | 361 | orna***tum omni lapide pretioso.,

Quasi oliba pullulans‹ et cipressus in altitudine se extollens.,

In accipiendo ipsum stolam gloriae‹ et uestiri eum consummatione uirtutis^ in ascensu altari sanctitatis amictu., In accipiendo autem parte de manu sacerdotum‹ et ipse stans iuxta ara et circa illum corona fratrum.,

Quasi plantatio cedri in montem libani‹ sic circa illum steterunt quasi ramus . palme‹ et omnes filii aaron in gloria sua.,

2 ihesum *1 manu* 8 remanauerunt a *add. sup. lin. 2 m.* 15 refulsit re *add. sup. lin.* 21 solidatum *2 manu* ornatum *corr. ex* ornamentum

Oblatio autem domini in manibus ipsorum‹ coram omni sinagoga srahel.,

Et consummatione fungens in arâ . amplificare oblatione excelsi regis.,

Porrexit manum suam ‖ in libatione‹ et libauit de sanguine ube et effudit in fundamentum altaris odorem d*i*uinum excelso principi., Tunc exclamauerunt filii aaron in tubis sonaberunt‹ et auditam fecerunt uoce magnâ . in memoriam coram domino.,

Tunc omnis populus simul propiaberunt et ceciderunt in faciem super terram adorare dominum suum‹ et dare preces deo omnipotenti excaelso.,

Et amplificaberunt psallentes in uocibus *suis* et in magna domo factus est suabitatis plenus‹ et rogabit populus dominum exelsum in prece usque dum perfectus *est* honor domini‹ et munus suum perfecerunt., Tunc descendens extulit manus suas in omni congregatione filiorum srahel‹ dare gloriam | 362 | deo labiis suis: et in nomine ipsius glorificari.,

Et iterauit orationem suam‹ uolens hostendere uirtutem dei., Et nunc coram te domine omnium qui magna fecisti in omni terra‹ qui auxisti dies nostros a uentre matris nostrae‹ et fecisti nobiscum secundum tuam misericordiam et iucunditatem cordis‹ et fieri pacem in diebus nostris . in srahel‹ per dies sempiternos., amen.

Inquire apostolum et euangelium unius iusti.,

Karissimi dominus mici adstitit.,

6 diuinum i *in ras.* 12 suis *add. sup. lin.* 14 est *add. 2 manu*

LEGENDUM IN DECOLLATIONEM SANCTI IOHANNIS

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXXIII 1, 2, 3, 4, 10, 11) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ factum est uerbum domini ad iheremiam cum clausus esset in atrio carceris dicens.,

Haec dicit dominus.,

Clama ad me . et exaudiam || te‹ et adnuntiabo tibi grandia et firma quae nescis., Quia haec dicit dominus exercituum deus srael.,

Aduc audietur in loco isto‹ uox gaudii et uox letitiae

Uox sponsi‹ et uox sponse.,

Uox dicentium confitemini domino exercituum‹ quoniam bonus dominus . quoniam in seculum misericordia eius., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EBREOS., (XI 24-28, 36-40 ; XII 1-2)

FRATRES‹ fide moyses grandis factus‹ negabit se esse filium filiae faraonis‹ magis eligens affligi cum populo dei‹ quam temporalis peccati habere iucunditatem.,

Maiores diuitias extimans tesauros egyptiorum inproperium xpi aspiciebat enim in remunerationem.,

Fide reliquid egyptum non ueritus animositatem regis inuisibilem enim tamquam uidens sustinuit., | 363 |

Fide celebrauit pasca ex sanguinis effusione‹ ne quis bastabat primitiba tangeret eos.,

1. *in decollationem sancti iohannis.*] Videtur hoc festum in omnibus Ecclesiis ritus gallicani celebre olim fuisse. Sane ab eo septem Dominicae denominantur in Missali Ambrosiano vetere. Quod autem diei sancti Cypriani illud postponit Liber noster Comicus, consentientem habet Pseudo-Augustinum in Epistola ad Bibianum Santonicae civitatis Antistitem, quam edidit Mabillonius, *De liturg. Gallic.*, p. 458. Ibi enim legitur, incipiendum esse « ordinem Adventus Dominici ab *octavo Calendas Octubris* aequinoctium autumnale, « *pro eo quod eadem die Johannes Praecursor* « *Domini a majoribus traditur*, et Angelo « nuntiante conceptus, et *Herodis funesti gla-* « *dio trucidatus.* »

Multi quoque alii ludibria et uerbera experti⸍ insuper uincula et carceres.,

Lapidati sunt⸌ secti sunt⸌ temtati sunt⸍ in occisione gladii mortui sunt

Circui**erunt in melotis et in pellibus caprinis⸍ egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus., In solitudinibus errantes⸍ in montibus et in speluncis et in cauernis terrae., Et ii omnes testimonio fidei probati⸍ non acceperunt repromissionem deo pro nobis melius aliquid prouidente⸍ ut ne sine nobis consummarentur., Ideoque et nos tantam abentem inpositam ‖ nubem testium⸌ deponentes omne pondus⸍ et circum instat nos peccatum.,

Per patientiam curramus⸍ prepositum nobis certamen.,

Aspicientes in auctorem fidei⸍ et consummatorem dominum nostrum ihesum xpm., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII⸍ SECUNDUM MATHEUM.,

(XIV 1-14)

IN ILLO TEMPORE⸍ audiuit herodes tetarcha fama ihesu⸍ et ait pueris suis.,

Hic est iohannes babtista quem ego decollabi ipse surrexit a mortuis⸌ et ideo uirtutes operantur in eo ?

Herodes autem⸍ tenuit iohannem et alligabit eum⸌ et posuit in carcerêm . propter huxorem fratris sui.,

Dicebat enim illi iohannes.,

Non licet tibi habere eam.,

Et uolens illum occidere timuit populum . quia sicut propheta eum habebant., | 364 |

Die autem natalis erodis⸍ saltauit filia erodiadis in medio triclinio⸍ et placuit herodi., Unde cum iuramento⸍ pollicitus est dare ei quodcumque postulasset ab eo., At illa premonita a matre sua⸍ dixit., Da mici hic in disco⸍ caput iohannis babtiste., Et contristatus est rex., Propter iuramentum autem et eos qui pariter recumbebant⸍ iussit dari.,

Misitque et decollabit iohannem in carcerem‹ et adlatum est caput eius in disco‹ et datum est puelle‹ et tulit matris suae.,

Et accedentes discipuli eius‹ tulerunt corpus eius, et sepelierunt eum in monumento.,

Et uenientes‹ nuntiaberunt ihesu., Quod cum audisset ihesus‹ secessit inde in nabiculam ‖ in locum desertum seorsum.,

Et cum audissent turbe‹ secute sunt eum pedestres de ciuitatibus., Et exiens uidit turbam multam et misertus est eis‹ et curabit languidos . eorum., amen.

ITEM LECTIONES DE SANCTIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS., (Prov. XV 3-9)

FILII‹ in omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos.,

Lingua placabilis‹ lignum uitae., Que inmoderata est‹ conteret spiritum., Stultus‹ inridet disciplinam patris sui., Qui autem custodit increpationês . astutior fiet., Domus iusti‹ plurima fortitudo | 365 | et in fructibus impii conturbatur., Labia sapientium disseminabunt scientiam‹ cor stultorum dissimile erit., Uictime impiorum abominabiles domino‹ uota iustorum placabilia., Abominatio est domino uia impii‹ qui sequitur iustitiam diligitur ab eo.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TESSALONICENSES PRIMA., (II Thess. I 3-12)

FRATRES‹ gratias agere debemus semper pro uobis‹ ita ut dignum est quoniam supercrescit fides uestra‹ et abundat karitas uniuscuiusque omnium uestrum in inuicem ita ut et nos ipsi in uobis gloriemur in aeclesiis dei pro patientia uestra et fide in omnibus persecutionibus uestris‹ et tribulationibus quas sustinetis in exemplum ‖ iusti iudicii deî . ut digni abeamini in regno dei‹ pro quo etiam et patimini.,

Si tamen iustum est aput dominum retribuere retributionem his qui uos tribulant‹ et uos qui tribulamini requiem nobiscum in retributionem domini ihesu‹ de caelo cum angelis uirtutis eius in flamam ignis dantibus uindictam in his qui non noberunt deum‹ et qui non *obediunt euangelium domini nostri ihesu xpi‹ qui penas dabunt in interitu eternas., Affacie domini et a gloria uirtutis eius cum benerit glorificari in sanctis suis‹ et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt quia creditum est testimonium nostrum super uos in die illo in quo etiam horamus semper pro uobis | 366 | ut dignetur uos uocatione sua deus noster.,

Et impleat omnem uolumtatem bonitatis‹ et opus fidei in uirtute ut clarificetur nomen domini nostri ihesu xpi in uobis‹ et uos in illo secundum gratiam dei et domini nostri ihesu xpi., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,

(XXV 31-46)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquaebatur discipulis suis dicens.,

Quum uenerit filius hominis in magestate sua‹ et omnes angeli cum eo‹ tunc sedebit supra sedem magestatis suae . et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat obes ab hedis., Et statuet quidem obes a dextris suis‹ hedos autem ad sinistris., ||

Tunc dicet rex‹ his qui a dextris eius sunt.,

Uenite benedicti . patris mei possidete paratum uobis regnum‹ a constitutionem mundi.,

Esuribi enim‹ et dedistis mici manducâre.,

Sitibi‹ et dedistis mici bibere.,

Ospes eram‹ et collegistis me.,

Nudus‹ et cooperuistis me.,

Infirmus‹ et uisitastis me.,

5 non nobediunt *corr.*

In carcere eram‹ et uenistis ad me.,

Tunc respondebunt ei‹ iusti dicentes., Domine‹ quando te uidimus esurientem et pabimusˎ sitientem et potauimus.,

Quando autem te uidimus ospitem et collegimus teˎ aut nudum et cooperuimus te.

Aut quando te uidimus infirmum aut in carceremˎ et uenimus ad tê.

Et respondens rex‹ dixit illis.,

Amen dico uobis‹ quamdiu . | 367 | fecistis uni de his fratribus meis minimis‹ mici fecistis.,

Tunc dicit his‹ qui a sinistris erunt., Discedite a me maledicti ite in ignem aeternum‹ qui preparatus est diabolo et angelis eius.,

Esuribi enim‹ et non dedistis mici manducâre.

Sitibi‹ et non dedistis mici bibere., Ospes eram‹ et non collegistis me.,

Nudus‹ et non operuistis me.,

Infirmus et in carcerem‹ et non uisitastis me.,

Tunc respondebunt ei‹ et ipsi dicentes.,

Domine‹ quando te uidimus esurientemˎ aut sitientemˎ aut ospitemˎ aut nudumˎ aut infirmumˎ uel in carceremˎ et non ministrabimus tibî., Tunc respondeuit‹ et ipsis dicens.,

Amen‹ dico uobis., ‖

Quam diu non fecistis uni de minoribus his‹ nec mici fecistis., Et ibunt hii in supplicium aeternum‹ iusti autem in uitam aeternam.,

ITEM SECUNDUS DE SANCTIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS., (Sap. V 16-19)

IUSTI IN PER*PE*TUUM UIBENT et aput dominum est merces eorum‹ et cogitatio ilorum aput altissimum.,

22 ipsi|s *add. 2 manu* 29 perpetuum pe *add. sup. lin.*

Ideo accipient regnum decoris‹ et diadema speciei de manu domini.,

Quoniam dextera sua teget eos‹ et bracio suo defendet illos.,

Accipient armatura zeli illius‹ et armabit illos creaturam ad ultionem inimicorum., Inducent pro torace iustitiam‹ et accipient pro galea iudicium certum., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EBREOS., (Rom. V 1-5) DEO GRATIAS., | 368 |

FRATRES‹ iustificati ex fide pacem habeamus ad deum‹ per dominum nostrum ihesum xpm., Per quem et accessum habemus fidei in gratia ista in qua stamus‹ et gloriamur in spe gloriae filiorum dei.,

Non solum autem sed gloriemur in tribulationibûs . scientes quod tribulatio patientiam operatur .

Patientia autem probationem‹ probatio uero spem.,

Spes autem nos non confundit quia karitas dei diffusa est in cordibus nostris‹ per spiritum sanctum qui datus est nobis.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (Matth. X 16-22)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis dicens., Ecce ego mito uos‹ sicut obes in medio luporum.,

Estote ergo prudentes sicut serpentês . et simplices sicut columbe., ||

Cabete ergo‹ ab hominibus

Tradent enim uos in conciliis‹ et in sinagogiis suis flagellabunt uos‹ et ad presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus.,

28 ducimini *2 manu*

Quum autem tradent uos‹ nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.,

Dauitur enim uobis in illa hora‹ quid loquamini.,

Non enim uos estis qui loquimini‹ sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.,

Tradet autem frater fratrem in morte et pater filium et insurgent filii in parentes et morte eos afficient‹ et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum., Qui autem perseberauerit usquae in finem‹ hic salbus erit., amen.

ITEM . III . DE SANCTIS., | 369 |

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS., (Sap. XI 2-4)

SANCTI ITER fecerunt per deserta que non *in*habitabantur‹ et in locis secretis fixerunt castra., Steterunt contra hostes‹ et de inimicis se uindicaberunt.,

Sitierunt et inuocaberunt te‹ *et* data est illis aqua de petra altissima., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (VIII 28-39)

FRATRES‹ scimus quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum‹ his qui secundum propositum uocati sunt sancti., Nam quos prescibit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui‹ ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.,

Quos autem predestinauit‹ hos et uocauit., Et quos uocabit‹ hos et iustificauit., ‖

Quos autem iustificabit illos‹ et glorificabit.,

Quid ergo dicernus ad haêc.

Si deus pro uobis‹ quis contra nôs . Qui aetiam filio suo non pepercit‹ sed pro nobis omnibus tradidit illum., Quomodo non etiam cum illo‹ omnia nobis donabit.,

12 non inhabitabantur in *add. sup. lin.* 15 et *add. manu seriori* 18 deum *ex* dominum

Quis accusauitˎ electos deî .

Deus‹ qui iustificatˎ quis est qui condemnet.,

Xps ihesus qui mortuus est imo qui et resurrexit qui est ad dexteram dei‹ qui aetiam interpellat pro nobis.,

Quis nos separabit a karitate xpi: Tribulatioˎ an angustiaˎ an persecutioˎ an famisˎ an nuditasˎ an periculumˎ an gladius‹ sicut scriptum est.,

Quia propter te morte afficimur tota die‹ extimati sumus ut obes occisionis., | 370 |

Sed in his omnibus‹ superamus propter eum qui dilexit nos.,

Certus sum enim quia neque morsˎ neque uitaˎ neque angeliˎ neque principatusˎ neque instantiaˎ neque futuraˎ neque altitudoˎ neque profundumˎ neque creatura alia poterit nos separare a karitate dei‹ quae est in xpo ihesu domino nostro., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,

(Luc. XII 35-37)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Sint lumbi uestri precincti et lucerne ardentes‹ et uos similes hominibus expectantibus dominum suum‹ quando reuertatur a nuptiis., Ut quum uenerit et pulsauerit‹ confestim aperiant ei., Beati serui illi quos quum uenerit dominus‹ inuenerit uigilantes., ||

Amen dico uobis‹ quod precinget se et faciet illos discumbere‹ et transiens ministrabit illis., amen.,

ITEM QUARTAS DE SANCTIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS.,

(Sap. XVIII 1, 3-4, 7 . XIX 9)

SANCTIS TUIS DOMINE maxima erat lux‹ propter quod ignem ardentem columnam ducem habuerunt ignote uie‹

et solem sine lesuram boni ospitii prestitisti., Digni quidem illi curere lucem et pati carcerem tenebrarum⁄ qui inclusos custodiebant filios tuôs . per quos incipiebant incorruptum legis lumen seculo dari.,

Suscepta est enim a populo tuo⁄ sanitas iustorum.,

Tamquam equi enim depauerunt⁄ et tamquam agni exultaberunt⁄ | 371 | magnificantes te domine⁄ qui liberabas illos., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD EBREOS., (XI 13-16)

FRATRES⁄ sancti omnes iusta fidem defuncti sunt., Non acceptis repromissionibus⁄ sed a longe eas aspicientes et salutantes et confitentes⁄ quia peregrini et ospites sunt super terram., Qui enim haec dicunt⁄ significant se patriam inquirere.,

Et si quidem illius meminissent de qua exierunt⁄ abebant utique tempus reuertendi., Nunc autem meliorem appetunt⁄ id est caelestem., Ideo non confunditur deus uocari deus eorum⁄ parabit enim illis cibitatem sanctam., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM.,
(Matth. XXIV, Marc. XIII, Luc. XXI)

IN ILLO TEMPORE⁄ dominus noster ihesus xps loquebatur || discipulis suis dicens.,

Quum audieritis prelia et opiniones praeliorum⁄ nolite timere., Oportet enim haec fieri⁄ sed nondum est finis., Exurget autem gens contra gentem . et regnum super regnum⁄ et erunt fames et terrae motus per loca.,

Hec autem omniâ . initia sunt dolorum., Uidete autem uos med ipsos., Tradent enim uos in conciliis⁄ et in sinagogiis suis flagellabunt uos⁄ et ante presides et reges ducemini propter me in testimonium illis.,

Quum autem tradent uos nolite cogitare quid loquamini⁄

1 lesuram e *2 manu in ras.* 11 ospite sunt *1 manu*

dauitur enim uos in illa ora quid loquamini., Non enim uos estis loquentes‹ sed spiritus sanctus., Tradet autem frater | 372 | fratrem in morte‹ et pater filium‹ et exurgent filii in parentes et morte eos afficient‹ et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum., Qui autem perseberaberit usque in finem‹ hic salbus erit., amen.,

ITEM . U . DE SANCTIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS.,

(Prov. X 27-XI 4)

FILII‹ TIMOR domini adponet dies‹ et anni impiorum adbrebiabuntur.,

Expectatio iustorum laetitia‹ spes autem impiorum peribit.,

Fortitudo simplicis uia uite domini‹ et pabor his qui operantur malum.,

Iusti in aeternum non commobebuntur‹ impii autem non habitabunt in terra.,

Os iustorum parturiet sapientia‹ et lingua praborum peribit

Labia iusti considerant placitâ . ‖ et os impiorum peruersa.,

Statera dolosa abominatio est aput dominum‹ et pondus equum uolumtas eius.,

Ubi fuerit superuia‹ ibi et contumelia., Ubi autem humilitas‹ ibi et sapientia.,

Simplicitas iustorum diriget eos‹ et subplantatio peruersorum uastabit illos., Non prode erunt diuitiae in die ultionis‹ iustitia uero liberauit a morte.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EBREOS., (XI 33-34)

FRATRES‹ sancti per fidem uicerunt regna., Operati sunt iustitiam‹ adepti sunt repromissiones., Obturaberunt ora leonum‹ extinxerunt inpetum ignis.,

4 gentibus] hominibus *marg.* 18 iusti *corr. ex* iusto

Effugierunt aciem gladii‹ conbaluerunt de infirmitate., Fortes facti sunt in bello‹ per ihesum xpm dominum nostrum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(V 13-16) | 373 |

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis dicens., Uos estis‹ sal terrae.,

Quod si sal ebanuerit in quo salietur . ad nicilum ualet ultra‹ nisi ut mittatur foras‹ et conculcetur ab hominibus., Uos estis lux mundi., Non potest ciuitas abscondi supra montem posita., Neque accendunt lucernam et ponunt ea sub modio‹ sed super candelabrum‹ ut luceat omnibus qui in domo sunt.,

Sic luceat lux uestra coram hominibus‹ ut uideant uestra bona operâ . et glorificent patrem uestrum qui est in caelis.,

DE SANCTIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS., (Sap. V 1-5)

IUSTI STABUNT in magnam constantiam aduersus eos qui se angustiaberunt‹ et qui spreberunt sermones || eius‹ uidentes turbabuntur., timore orribili‹ et mirabuntur in subitatione salutis inspirate.,

Dicent inter se paenitentiam agentes‹ et per angustiam spiritus gementes., Hii sunt quos abuimus aliquando in risu‹ et in exemplum obprobrii.,

Nos insensati‹ uitam illorum extimabamus insanâm . et finem illorum sine honore.,

Quomodo computati sunt., inter filios dei‹ et inter sanctos sors illorum inuenta est., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFFESIOS., (I 3-8)

FRATRES‹ gratia uobis et pax a deo patre nostro‹ et domino ihesu xpo.,

Benedictus deus et pater domini nostri ihesu xpi‹ qui benedixit nos in omni benedictione aeterna in caelestibus in xpo‹ sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem., | 374 |

Ut essemus sancti et inmaculati . in conspectu eius in karitate‹ qui predestinabit nos in adobtionem filiorum‹ per ihesum xpm in ipsum., Secundum propositum uolumtatis suae in laudem gloriae gratie suae in qua gratificabit nos in dilecto filio suo‹ in quo abemus redemtionem per sanguinem eius‹ remissionem peccatorum.,

Secundum diuitias gratiae eius quae superhabundabit in nobis‹ per ihesum xpm dominum nostrum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XIII 47-50, 43)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquutus est discipulis suis‹ et turbis in parabolis dicens.,

Simile est regnum celorum sagene misse in mare‹ et ex omni genere piscium congreganti., Quia quum || implessent educentes et secus litus sedentes‹ elegerunt bonos in basâ . malos autem foras miserunt.,

Sic erit in consummatione seculi.,

Exibunt angaeli et separabunt malos de medio iustorum‹ et mittent eos in caminum ignis‹ ibi erit fletus et stridor dentium., Tunc fulgebunt iusti‹ sicut sol in conspectu patris eorum., amen.

ITEM LECTIONES UNIUS IUSTI.,

LECTIO LIBRI‹ IHESU., (Eccli. XXXII 27-XXXIII 1) DEO

FILI IN OMNI OPERE crede ex fide animae tue‹ haec est enim conseruatio mandatorum., Qui credit deo adtendit mandatis‹ et qui confidunt in illum non minorabuntur., | 375 |

Timenti dominum non occurrunt mala‹ sed in temtatione deus illum conserbat et liberabit a malis., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD COLOSENSES., (I 24-29)

FRATRES‹ gaudeo in passionibus pro uobis‹ et adimpleo ea quae desunt passionum xpi in carne mea‹ pro corpore eius quod est aeclesia., Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei quae data est mici in uos‹ ut impleam uerbum dei ministerium quod ab*s*conditum fuit a saeculis et a generationibus., Nunc autem manifestum est sanctis eius‹ quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriae sacramenti huius in gentibûs quod est xps in uobis spes gloriae quem nos adnuntiamus., Corripientes || omnem hominem et docentes in omni sapientia‹ ut exibeamus omnem hominem perfectum in xpo ihesu in quo et laboro certando‹ secundum operationem eius quam operatur in me in uirtute., Cui gloria in saecula saeculorum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXIV 45-47)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Quis putans est fidelis serbus et prudens‹ quem constituit dominus supra familiam suam‹ ut det illis cibum in tempore., Beatus ille serbus quem quum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem., Amen dico uobis‹ quoniam super omnia bona sua constituet eum., amen.,

LEGENDUM DE UNO IUSTO.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE., (XLII 1-4) | 376 |

ECCE SERBUS MEUS SUScipiam eum‹ electus meus complacuit sibi in illo animam meam.,

Dedi spiritum meum super eum‹ iudicium gentibus profert., Non clamabit neque accipiet personam‹ nec audietur foris

6 absconditum s *add. sup. lin.*

uox eius., Calamum quassatum non conterêt . et linum fumigans non extinguet., In ueritate edocet iudicium non erit tristis neque turbulentus‹ donec ponat in terra iudicium‹ et legem eius insule expectabunt., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TIMOTHEUM SAECUNDA., (II 1-10)

KARISSIME‹ confortare in gratia que est in xpo ihesu‹ et quae audistis a me per multos testes.,

Hec comenda fidelibus in omnibus qui idonei erunt‹ et alios docere., ‖

Labora sicut bonus milex xpi ihesu.,

Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus‹ ut ei placeat cui se probauit.,

Nam et qui certat in agone non coronabitur‹ nisi qui legitime certaberit.,

Laborantem agricolam‹ oportet primum de fructibus accipere., Intellege quae dico‹ dauit tibi dominus in omnibus intellectum.,

Memor esto ihesum xpm resurrexisse a mortuis‹ exemine dauit secundum euangelium meum in quo laboro usque ad uincula quasi male operâns . sed uerbum dei non est alligatum.

Ideo omnia sustineo propter electos dei‹ ut et ipsi sclm consequantur‹ quae est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXV 14-23)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps | 377 | loquebatur discipulis suis in parabolis dicens.,

Homo quidam peregre proficiscens uocauit serbos suos‹ et tradidit illis bona sua., Et uni dedit quinque talenta‹ alii autem duo‹ alii uero unum., Unicuique secundum propriam uirtutem‹ et statim profectus est.,

Abiit autem qui quinque talenta acceperat et operatus est in

eis‹ et lucratus est alia quinque., Similiter et qui duo acceperat‹ lucratus est alia duo.,

Qui autem unum acceperat‹ abiens fodit in terrâm . et abscondit pecuniam domini sui.,

Post multum uero temporis uenit dominus serborum illorum‹ et posuit rationem cum eis.,

Et accedens qui quinque talenta acceperat‹ || obtulit alia quinque talenta dicens.,

Domine‹ quinque talenta mici tradidisti‹ ecce alia quinque supra lucratus sum..

Ait illi dominus eius., Euge serbe bone et fidelis‹ quia super pauca fuisti fidelis‹ supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.,

Accessit autem ad eum et qui duo talenta acceperat‹ et ait ei., Domine‹ duo talenta tradidisti mici‹ ecce alia duo supra lucratus sum., Ait illi dominus eius.,

Euge serbe bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis‹ supra multa te constituam intra in gaudium domini tui., amen.,

LEGENDUM DE UNIUS IUSTI.,

LECTIO LIBRI . SAPIENTIE SALOMONIS., (Sap. IV 7-15)

IUSTUS . si morte preoccupatus fuerit‹ anima eius . | 378 | in refrigerio erit., Senectus enim uenerabilis est non diuturna‹ neque numero annorum computata.,

Cani sunt enim sensus hominis‹ et etas senectutis uita inmaculata.,

Placens deo factus dilectus‹ et uibens inter peccatores.,

Translatus est‹ raptus est‹ ne malitia mutaret intellectum eiûs . aut ne finctio decipiat animam eius

Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona‹ et inconstantia concupiscentie transuertit sensum sine malitia.,

Consummatus in brebi‹ expleuit tempora multa.,

24 etas s *add 2 manu*

Placita enim erat deo anima illius‹ propterea properabit educere illum de medio iniquitatum.,

Populi autem uidentes ‖ et non intellegentes nec ponentes in precordiis talia‹ quoniam misericordia dei et gratia in sanctos illius et respectus in electis eius., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TIMOTHEUM SECUNDA., (III 16-IV 8)

KARISSIME‹ omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum\ ad arguendum\ ad corrigendum\ ad erudiendum in iustitia‹ ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum paratus.,

Testificor coram deo et xpo ihesu qui iudicaturus est uibos et mortuos‹ et aduentum eius . et regnum ipsius.,

Predica uerbum‹ iusta oportune inportune.,

Argue\ obsecra\ increpa‹ in omni patienti*a* et doctrina.,

Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt\ | 379 | sed ad sua desideria quoacerbabunt sibi magistros prurientes auribus‹ et a ueritate quidem auditum auertênt . ad fabulas autem conuertentur.,

Tu uero‹ uigila in omnibus labora., Opus fac euangeliste‹ misterium tuum imple., Ego enim iam delibor‹ et tempus meae res*o*luti*o*nis instat.,

Bonum certamen certabi\ cursum consummabi‹ fidem serbaui., De reliquo‹ reposita est mici corona iustitiae‹ quam reddet mici dominus in die *illa* iustus iudex.,

Non solum autem mici‹ sed et his qui diligunt aduentum eius., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XIX 12-19)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis dicens., ‖

14 patientia *corr. ex* patientiae 21 resulitinis *1 manu* 24 illa *suppletum 2 manu*

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam‹ accipere siui regnum et reuerti.,

Uocatis autem decem seruis suis‹ dedit illis decem mnas.,

Et ait ad illos., Negotiamini dum uenio.,

Ciues autem eius‹ oderant illum› et miserunt legationem post illum dicentes.,

Nolumus hunc regnare super nos.,

Et factum est ut rediret accepto regno‹ et iussit uocari serbos suos quibus dedit pecuniâm . ut sciret quantum quisque negotiatus esset., Uenit autem primus dicens.,

Domine‹ mna tua decem mnas adquisibit., Et ait illi.,

Euge serbe bone et fidelis› quia in modico fuisti fidelis‹ eris potestatem habens super decem ciuitates.,

Et alter uenit dicens., | 380 |

Domine‹ mna tua fecit quinque mnas., Et huic ait.,

Et tu esto super quinque ciuitates., amen.,

L : UNIUS . IUSTI.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS.,

(Eccli. XXXI 8-11)

BEATUS UIR qui inuentus est sine macula‹ et qui post aurum non habiit nec sperabit in pecunia et tesauros., Quis est iste laudabimus eum‹ fecit enim mirabilia in uita sua., Quis probatus est in illo . et perfectus inuentus est‹ et erit illi gloria aeterna., Qui potuit transgredi et non est transgressûs . et facere mala et non fecit.,

Ideo stabilita sunt bona illius in deo‹ et elemosinas illius enarrabit aeclesia sanctorum.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD TIMOTHEUM SECUNDA., || (IV 17-18)

KARISSIME‹ dominus mici adstitit et confortabit me‹ ut per me predicatio impleatur., Et ut audiant omnes gentes‹ et

liberatus sum de ore leonis., Liberabit me dominus *a*b omni opere malô . et salbum faciet in regnum suum caelestem.,

Cui gloria‹ in secula seculorum amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (X 32-39)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens.,

Omnis qui confitebitur me coram hominibus‹ confitebor et ego eum coram patre meo qui est in caelis.,

Qui autem negaberit me coram hominibûs . negabo et ego eum coram patre meo qui est in caelis., Nolite arbitrari‹ quia ueni mitere pacem in terram | 381 |

Non ueni mitere pacem‹ sed gladium., Ueni enim separari hominem aduersus patrem suum⸜ et filiam aduersus matrem suam⸜ et nurum aduersus socrum suam‹ et inimici hominis domestici eius., Qui amat patrem aut matrem plus quam me‹ non est me dignus.,

Et qui amat filium aut filiam super me‹ non est me dignus., Et qui non accipit crucem suam et sequitur me‹ non est me dignus.,

Qui inuenit animam suam‹ perdet eam., Et qui perdiderit animam suam . propter me‹ inueniet eam., amen.,

LEGENDUM DE UNO IUSTO .

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE., (XLI 8-13)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Serbus meus iacob quem elegi semen abra*h*am amici mei⸜ in quo adpreendi te ab extremis terrae‹ ‖ et a longinquis eius uocabi te et dixi tibi., Serbus meus es tu elegi te et non abieci te‹ ne timeas . quia tecum sum ego‹ ne declines quia ego deus tuus confortabi te et ausiliatus sum tui.,

1 ab *corr. ex* ob 25 abraham h *suppletum sup. lin.*

Et suscepi te‹ et dextera iusti mei., Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant aduersum te‹ erunt quasi non sint., Et peribunt uiri qui contradicunt tibî . queres eos et non inuenies uiros reuelles tuos., Et erunt quasi non sint et belut consummatio hominis‹ bellantes aduersum te.,

Quia ego dominus deus tuus‹ adpreendi manum tuam dicens que tibi., Ne timeas ego adiubabi te.,

Ait dominus omnipotens.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFFESIOS.,

(Philipp. III 7-12) | 382 |

FRATRES‹ arbitratus sum propter xpm detrimenta.,

Uerum tamen existimo omnia detriment*um* esse propter eminentem scientiam xpi domini mei‹ propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora ut xpm lucrifaciâm . et inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est‹ sed illam quae ex fide est . xpi.,

Quae ex fide est iustitia in fide ad agnoscendum illum uirtutem resurrectionis eius‹ et societatem passionum illius.,

Configuratus morti eius‹ si quo modo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis., Non quod iam perfectus sim‹ sequor autem si conpreendam in quo et conpreensus sum || a xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.

(XXIV 37-44)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Sicut in diebus noe‹ ita erit aduentus filii hominis.,

Sicut enim erant in diebus noe ante dillubium comedentes et bibentes‹ nubentes et nubtum tradentes usque ad eum diem quo introibit noe in arcam‹ et non cognoberunt donec uenit dillubium

12 detrimentum u *ex* a *corr. 2 manu*

et tulit omnes‹ ita erit adbentus filii hominis., Tunc duo erunt in agro‹ unus adsumêtur . et unus relinquetur., Due molentes in molam‹ una adsummetur et una relinquetur.,

Uigilate ergo‹ quia nescitis qua hora dominus noster uenturus sit., Illut autem scitote | 383 | quoniam si *s*ciret pater familias qua hora fur uenturus esset‹ uigilaret utique et non siniret perfodiri domum suam., Ideo et uos estote parati‹ quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est., amen

ITEM LECTIONES . DE UNO CONFESSORE

LECTIO LIBRI‹ IHESU., (Eccli. XLVII 1-2, 9-13) DEO

IN DIEBUS ILLIS‹ surrexit natan propheta in diebus daui*d*‹ et quasi adeps separatus est a carne‹ sic dauid a filiis srahel., In omni opere dedit confessionem sancto . et excelso in uerbo gratiae‹ de omni corde suo laudauit deum‹ et dilexit deum qui fecit illum., Et dedit contra inimicos potentiam‹ et stare fecit cantores contra altare.,

Et in sonos eorum dulces fecit || modos‹ et dedit in celebrationibus decus., Et ornabit tempora usque in consumationem uite‹ ut laudarent sanctum nomen dominî . et amplificarent mane diei sanctitate., Xps purgauit peccata ipsius et exaltabit in aeternum cornum eius‹ et dedit illi testamentum regnum et sedem gloriae in srael.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (X 8-13)

FRATRES‹ hoc est uerbum fidei quod predicamus qua si confitearis in ore tuo dominum ihesum xpm‹ et in corde tuo credideris quod deus illum suscitabit a mortuis salbus eri*s*.,

Corde enim creditur ad iustitiam‹ ore enim confessio fit ad salutem.,

Dicit enim‹ scriptura.,

5 siciret *1 manu*   12 dauid d *ex* t   26 eris s *2 manu*

Omnis qui crediderit in illum‹ non confundetur | 384 |

Non enim est distinctio . iudaei‹ et grci., Nam idem dominus omnium diues‹ in omnibus qui inuocant illum., Omnis enim qui inuocaberit nomen domini‹ salbus erit., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM (XI 25-30)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquutus est dicens.,

Confiteor tibi domine pater caeli et terrae‹ quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus‹ et rebelasti ea parbulis.,

Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te.,

Omnia mici‹ tradita sunt a patre meo., Et nemo nobit filium‹ nisi pater.,

Neque patrem quis nobit nisi filius‹ et cui uoluerit filius reuelare.,

Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis‹ || et ego reficiam uos.,

Tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde‹ et inuenietis requiem animabus uestris., Iugum enim meum suabe est‹ et honus meum lebe est.,

LEGENDUM DE UNO . CONFESSORE.,

LECTIO LIBRI‹ IHESU., (Eccli. LI 1-4) DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ orabit . ihesus dicens., Confiteor tibi domine rex‹ et conlaudabo te deum salbatorem meum.,

Confiteor nomini tuo‹ quoniam adiutor et protector factus es mici . et liberasti corpus meum a perdictione.,

A laqueo lingue inique . et a labiis operantium mendacium‹ et contra adsistentes factus es mici adiutor‹ et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM . Iª.,
(VI 11-14) | 385 |

KARISSIME‹ sectare iustitiam‹ pietatemˎ fidemˎ karitatemˎ patientiamˎ mansuetudinem‹ certa bonum certamen fidei., Adpreende uitam aeternam in qua uocatus es‹ et confessus bonam confessionem coram multis testibus., Precipio tibi coram deo qui uiuificat omnia et xpo ihesuˎ qui testimonium re*d*didit sub pontio pilato bonam confessionem‹ ut serb*es mandatum sine macula inrepreensibilem usque in aduentum domini nostri ihesu xpi., amen.

Inquire euangelium de uno iusto‹ Omnis qui confitebitur me., *Tertie folie retrohacte perquire.*,

ITEM LEGENDUM DE UIRGINIBUS :,

Audite me diuini fructus et quasi rosa plantata super ribos . aquarum .

Supra quere in diem sanctarum iusta et rufina., ||

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS PRIMA
(VII 25-34)

FRATRES‹ de uirginibus preceptum domini non habeo . consilium autem do‹ tamquam misericordia consecutus a domino ut sim fidelis., Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem‹ quoniam bonum est homini sic esse., Alligatus es huxori‹ noli querere solutionem., Solutus es ab uxore‹ noli querere huxore., Si autem acceperis huxorem‹ non peccasti.,

Et si nubserit uirgo‹ non peccabit., Tribulationem autem carnis habebunt huius mundî . ego autem uobis parca., Hoc itaque dico fratres tempus breue est relicum est ut qui habent huxores‹ | 386 | tam quam non habentes sint., Et qui flent‹ tam quam non flentes.,

7 redidit *1 manu*

Et qui gaudent‹ tamquam non gaudentes., Et qui emunt‹ tam quam non possidentes., Et qui . utuntur hoc mundo‹ tam quam non utantur., Preterit enim figura uius mundi.,

Uolo autem‹ uos sine sollicitudine esse., Qui sine huxore est‹ sollicitus est quae domini sunt quomodo placeat deo., Qui autem cum huxore est‹ sollicitus est quae sunt mundi‹ quomodo placeat huxorî . et diuisus est., Et mulier innubta et uirgo‹ cogitat quae sunnt domini ut sit corpore sancta et spiritu., amen

Euangelium supra quere in diem sanctarum iusta et rufina

Simile est regnum caelorum decem ||

ITEM LEGENDUM DE UNA UIRGINE

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (Jerem. XXXI 2-7)

HEC DICIT DOMINUS.,

Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio‹ uadet ad requiem suam srael.,

Longe dominus apparuit mici‹ et in karitate perpetua dilexi te., Ideo adtraxi te miserans rursumque edificabo te‹ et edificaberis uirgo srahel., Aduc ornaberis timphanis tuîs . et egrederis in coro ludentium., Aduc plantabis uineas‹ in montibus samarie., Plantabunt plantantes et donec tempus ueniet et non uindemiabunt‹ quia erit dies in quo clamabunt | 387 | custodes in montem efraym., Surgite et ascendamus in syon‹ ad dominum deum *no*strum., Exultate in laetitia iacob‹ et innite contra caput gentium., Personate canite et dicite‹ salba domine populum tuum reliquias srahel., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS SECUNDA.,

(X 17-XI 6)

KARISSIMI‹ qui gloriatur in domino gloriaetur.,

Non enim qui semet ipsum conmendat ille probatus est‹ sed

22 nostrum *corr. ex* uestrum *2 manu*

quem deus conmendat., Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae‹ sed et supportate me.,

Emulor enim uos‹ dei emulatione., Despondi enim uos uni uiro uirginem castam‹ exiberi xpo.,

Timeo autem‹ ne sicut serpens || euam seduxit astutia sua‹ ita corrumpantur sensus uestri ut excidant a simplicitatem et castitatêm . que est in xpo ihesu.,

Nam si his qui uenit alium xpm predicat quem non predicabi uobis‹ aut alium spiritum accipitis que non accepistis‹ ut alium euangelium quod non recepistis‹ recte pateremini.,

Existimo enim nicil me minus fecisse uobis‹ a magnis apostolis.,

Et si inperitus sum sermone‹ sed non scientia., In omnibus autem manifestus sum uobis‹ per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(XIII 33-35, 45-46)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis et turbis in parabolis dicens.,

Simile erit regnum caelorum fermento quod acceptum | 388 | mulier abscondit in farinae‹ satis tribus donec fermentatum est totum.,

Haec omnia loquutus est ihesus in parabolis ad turbas., Et sine parabolis‹ non loquebatur eisˆ ut adimpleretur quod dictum erat per prophetam dicentem., Aperiam in parabolis os meum‹ eructuabo abscondita a constitutionem mundi.,

Iterum simile erit regnum coelorum‹ homini negotiatori querenti bonas margaritas., Inuenta autem una margarita pretiosa‹ abiit et emit eam., amen.,

Item alium legendum de una uirgine perquire in diem sanctae eulalie.,

Lauda sterelis.

DE NUBENTIBUS.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETAE (XXIX 5-7)

HEC DICIT DOMINUS.,

Hedificate domos‹ et habitate in eas., ||

Et plantate ortos‹ et comedite fructos eorum., Accipite huxores‹ et generate filios et filias.,

Date filiis uestris huxores‹ et filias uestras date uiris.,

Et pariant filios et filias et multiplicabimini et nolite esse pauci numero‹ et querite pacem et orate pro ea ad dominum‹ quia in pace illius erit pax uobis ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS PRIMA., (VII 1-14)

FRATRES‹ Bonum est homini mulierem non tangere.,

Propter fornicationem autem‹ unusquisque suam huxorem habeat‹ et unaqueque suum uirum habeat.,

Uxori uir deuitum reddat‹ similiter autem et huxor uiro., | 389 |

Mulier autem sui corporis potestatem non habeat‹ sed uir.,

Similiter autem et uir sui corporis potestatem non habeat‹ sed mulier., Nolite fraudare inuicem‹ nisi forte ex consensu ad tempus ut bacetis orationi.,

Et iterum reuertimini in idipsum ne temtet uos sathanas‹ propter incontinentiam uestram., Hoc autem dico secundum indulgentiam‹ non secundum imperium.,

Uolo autem omnes homines esse‹ sicut me ipsum., Sed unusquisque proprium habet donum alius quidem sic‹ alius uero sic., Dico autem non nubtis sed uiduis‹ bonum est illis si sic maneant sicut et ego., Quod si se non continent‹ nubant.,

Melius est enim nubere‹ || quam uri., His enim qui matrimonio iuncti sunt‹ precipio non ego sed dominus., Uxorem a uiro‹ non discedere

Quod si discesserit‹ manere innubtam aut uiro suo reconciliari., Et uir huxorem non dimittat.,

Nam caeteri‹ ego dico non dominus.,

Si quis frater huxorem habet infidelem et haec consentit habitare cum illo‹ non dimittat illam.,

Et si qua mulier habet uirum infidelem et hic consentit habitare cum illa‹ non dimittat uirum suum.,

Sanctificatus est enim uir infidelis‹ per mulierem **fidelem., Et sanctificata est mulier infidelis‹ per uirum fidelem per ihesum xpm dominum nostrum., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN

(Matth. XIX 3-6) | 390 |

In illo tempore‹ accesserunt ad dominum farisei temtantes eum et dicentes.,

Si licet homini dimittere huxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis., Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos? Et dixit.,

Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et aderebit huxori suae‹ et erunt duo in carne una.,

Itaque iam non sunt duo‹ set una est caro.,

Quod ergo deus coniuncxit‹ homo non separet., amen.,

ALIUM

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,

(Joan. II 1-11)

IN ILLO TEMPORE‹ nubtiae fiebant in canaan galileae‹ et erat mater ihesu ibi., Uocatus est autem ihesus et discipuli eius ad nubtias‹ et deficiente || uino dicit mater ihesu ad eum., Uinum non habent

8 mulierem] infidelem *1 manu*

24 Ioan. II 1-11] Idem Evangelium in Capitulari Neapolitano assignatur *In velanda*, hoc est, pro velatione nuptiali.

Et dicit ei ihesus., Quid mici et tibi est mulier.,

Nondum uenit hora mea.,

Dicit mater eius ministris.,

Quodquumque dixerit uobis facite., Erant enim ibi idrie sex posite secundum purificationem iudaeorûm . capientes singule metretas . binas uel ternas.,

Dicit ei ihesus., Implete idrias aqua., Et impleberunt eas usque ad summum.,

Et dicit eis ihesus., Aurite nunc‹ et ferte arcitriclin*o.,

Et tulerunt., Ut autem gustabit arcitriclinus aquam uinum factum et non sciebat unde esset.,

Ministri autem sciebant qui auserant aquam

Uocabit sponsum arcitriclinus‹ et dicit ei., | 391 |

Omnis homo‹ primum bonum uinum ponit., Et cum inebriati fuerint‹ tunc id quod deterius est.,

Tu serbasti bonum uinum usque aduc ? Hoc fecit initium signorum ihesus in canaan galileae et manifestabit gloriam suam . et crediderunt in eum discipuli eius., amen.

LEGENDUM DE PRIMITIIS

LECTIO LIBRI‹ IHESU., (Eccli. XXXV 10-13)

FILI‹ BONO animo gloriam redde deo‹ et ne minuas primitias manuum tuarum.,

In omni dato ilarem fac uultum tuum‹ et in exultatione sanctifica decimas tuas., Da altissimo secundum datum eius‹ et in bono oculo adinuentionem fac manuum || tuarum quoniam dominus retribuens est et septies tantum reddet tibi., *amen*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (VIII 22-27)

FRATRES‹ Scimus quod omnis creatura ingemescit et condolet usque aduc.,

9 arcitriclinio *corr.*

19 *de primitiis*] Id est, quando fideles primitias frugum suarum sacerdotibus ex veterum institutione offerebant.

Non solum autem illi‹ sed et nos ipsi qui primitias spiritus habemus et ipsi intra nos met ipsos gemimûs . expectantes . redemtionem corporis nostri., Spe enim salbi facti sumus.,

Spes autem quae uidetur‹ non est spes., Quod enim uidet quis‹ quid sperat.,

Si enim quod non uidemus speramus‹ per patientiam speramus., Similiter autem et spiritus adiubat infirmitatem nostrae orationis.,

Nam quod oremus . sicut oportet nescimus‹ sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus | 392 | inenarrabilibûs . quae uerbis exprimi non possunt., Qui autem scrutatur corda‹ scit quid desideret spiritus quia secundum deum interpellat pro sanctis., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XXI 33-42)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis et turbis dicens.,

Homo erat pater familias qui plantabit uineam et sepe circumdedit ei et fodit in ea torcular\ et edificauit turrem et locauit eam agricolis‹ et peregre profectus est.,

Quum autem tempus fructum adpropinquasset‹ misit serbos suos agricolis ut acciperent fructus eius.,

Et agricole adpreensis serbis eius‹ alium cederunt\ alium occiderûnt . alium || uero lapidaberunt.,

Iterum uero misit alios serbos suos plures prioribus‹ et fecerunt eis similiter.

Nobissime autem misit ad eos filium suum dicens‹ uerebunt filium meum.,

Agricole autem‹ uidentes filium dixerunt intra se.,

Hic est heres., Uenite occidamus eûm . et habebimus hereditatem eius., Et adpreensum eûm eiecerunt extra uineam‹ et occiderunt., Quum ergo uenerit dominus uineae\ quid faciet agricolis illis.,

Aiunt illi., Malos male perdet‹ et uineam suam locabit aliis agricolis‹ qui reddant ei fructus temporibus suis., Dicit illis ihesus., Numquam legistis in scripturis‹ lapidem quem reprobaberunt hedificantes hic factus est | 393 | in caput anguli‹ a domino factum est istut et est mirabile in oculis nostris.,

LEGENDUM DE DECIMIS.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETAE.,

(Malach. III 7, 10-12)

HAEC DICIT DOMINUS., exercituum.,

Reuertimini ad me‹ et reuertar ad uos.,

Inferte mici decimas in orreum meum et sit cibus in domo mea‹ et probate me super hoc dicit dominus.,

Si non aperuero uobis cataractas caeli‹ et effundero uobis benedictionem usque ad habundantiam.,

Increpabo pro uobis‹ deuorantem‹ et non corrumpet fructum terrae uestrae.,

Nec erit sterilitas in uinea‹ neque in agro dicit dominus exercituum., Et beatos uos ****** dicent omnes gentes‹ et eritis enim uos || terram desiderabilis dicit dominus exercituum., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS PRIMA.,

(IX 7-17)

FRATRES‹ quis militat suis stipendiis umquâm

Quis plantabit uineam‹ et de fructu eius non edêt., Quis pascit gregem‹ et de lacte gregis non manducat., Numquid secundum hominem hoc dico‹ an et lex hec non dicit ? Scriptum est enim in lege moysi., Non alligabis os bobi trituranti.,

18 uos] faciam *eras.*

6 *de decimis.*] Exstat in appendice Sermonum sancti Augustini (n. CCLXXVII) allocutio sancti Caesarii ad plebem de decimis offerendis paulo ante natale sancti Joannis Baptistae habita. Eandem inveni in Cod. Brit. Addit. 30853, fol. 99v ita praenotatam : Sermo die dominico ante diem sancti Iohannis babtiste.

Numquid de bubus cura est deo ? An propter nos utique dîcit. Nam propter nos scripta sunt., Quoniam debet in spe qui arat arare‹ et qui triturat in spe fructos percipiendi.,

Si nos uobis spiritalia seminabimus‹ magnum | 394 | est si nos carnalia uestra metamus., Si alii potestati uestrae participes sunt‹ et non potius nos ?

Sed non usi sumus hac potestate sed omnia sustinemûs . ne quod offendiculum debemus euangelio xpi., Nescitis quoniam qui in sacrario operantur‹ quae de sacrario sunt edunt ? et qui altario seruiunt‹ de altario participantur ?

Ita et dominus ordinabit his qui euangelium adnuntiant‹ de euangelio uibere.,

Ego autem nicil orum usus. sum‹ non autem scripsit haec ut ita fiant in me., Bonum est enim mici magis mori‹ quam ut gloriam meam quis euacuet., Nam si euangelizabero‹ non est mici gloria necessitas enim mici incumbit., Ue enim || mici est‹ si non euangelizabero., Si enim uolens hoc agô . mercedem abeo.,

Si autem inuitus dispensatio mici credita est‹ per fidem quae est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MARCUM., (XII 38-44)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Cabete ab scribis qui uolunt in stolis ambulare‹ et salutari in foro., Et in primis catedris sedere in sinagogiis‹ et primos discubitos in cenis., Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixe orationis‹ hii accipient prolixius iudicium., Et sedens ihesus contra gazofilacium‹ aspiciebat quomodo turba iactaret aes in *ga*zofilacium., Et multi diuites iactabant multa., | 395 |

Quum uero uenisset autem una uidua paupercula‹ misit dua

29 gzofilacium *l manu*

minuta quod est quadrans., Et conuocans discipulos suos‹ ait illis., Amen dico uobis.,

Quoniam uidua haec paupercula plus omnibus misît . qui miserunt in gazofilacium.,

Omnes enim ex eo quod habundabat illis‹ miserunt

Haec uero de penuria sua‹ omnia quae habuit misit totum uictum suum., amen

LEGENDUM IN ORDINATIONE AEPISCOPI.,

LECTIO LIBRI‹ HEZEZIELIELIS PROPHETE.,

(XXXIII 1-11)

IN DIEBUS ILLIS‹ factum est uerbum domini ad me dicens

Filii hominis‹ loquere ad filios populi tui et dices ad eos., Si tulerit populus terrae uirum unum de nobissimis suis et constituerit eum super se speculatoremˎ et ille uiderit gladium ‖ uenientem super terram et cecinerit bucinam et adnuntiaberit populoˎ audiens autem quisque ille sonum bucine et non se obserbaberitˎ uenietque gladius et tulerit eum sanguis ipsius super caput eius erit., Sonum bucine audiuit et non se obserbauit‹ sanguis ipsius in ipso erit., Si autem custodierit se‹ animam suam salbabit.,

Quod si speculator uiderit gladium uenientemˎ et non insonuerit bucinam et populus non se custodieritˎ ueneritque gladius et tulerit de his animam‹ ille quidem in iniquitate sua captus estˆ sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.,

Et tu filii hominis‹ speculatorem te dedi domui srael.,

Audiens ergo de ore meo | 396 | sermonem‹ adnuntiabis ex me., Si me dicente ad impium impie morte morieris non fueris loquutus ut se custodiat impius a uia sua‹ ipse impius iniquitate sua morietûr . sanguinem autem eius de manu tua requiram., Si autem adnuntiante te ad impium ut a biis suis conuertatur non fuerit conuersus a uia sua‹ ipse quidem in iniquitate sua morietur.,

Porro tu⸓ animam tuam liberasti., Tu ergo fili hominis⸓ dic ad domum srael.,

Si loquuti estis dicentes⸓ iniquitates nostrae et peccata nostra super nos sunt et in ipsis tabescimus⸓ quomodo uibere poterimus?, Dic ad eos.,

Uibo ego dicit dominus deus⸓ nolo mortem impii⸓ sed ut reuertatur impius a uia ‖ sua et uibat., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⸓ AD TIMOTHEUM . Iª.

(III 1-13)

FRATRES⸓ fidelis sermo.,

Si quis episcopatum desiderat⸓ bonum desiderat opus., Oportet ergo episcopum inrepreensiu*i*lem esse unius huxori uirum.,

Sobrium⸓ prudentem⸓ pudicum⸓ ornatum⸓ ospitalem⸓ docibilem⸓ non binolentum⸓ non percussorem⸓ sed modestum.,

Non litigiosum⸓ non cupidum⸓ sue domui bene prepositum.,

Filios habentem subditos⸓ cum omni castitate.,

Si quis autem domui suae preesse nescit⸓ quomodo aeclesiae diligentiam habebit.,

Non neofitum ne in superuiam elatum⸓ in iudicium incidat diaboli., Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt⸓ ut non in oppribrium | 397 | incidat et laqueum diaboli., Qui enim bene ministraberint⸓ gradum bonum sibi adquirunt⸓ et multam fiduciam in fide quae est in xpo ihesu domino nostro., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII⸓ SECUNDUM IOHANNEM.,

(XXI 15-24)

IN ILLO TEMPORE⸓ dixit ihesus s*y*moni petro., Symon iohannis diligis me plus his ?

Dicit ei., Domine⸓ tu scis quia amo te., Dicit ei.,

12 inrepreensiulem *corr. 2 manu* 27 simoni *1 manu*

Pasce agnos meos., Dicit ei iterum., Symon iohannis diligis me ? Ait illi.,

AEtiam domine tu scis quia amo te., Dicit ei.,

Pasce agnos meos.,

Dicit ei tertio., Symon iohannis amas me ?

Contristatus est petrûs . quia dixit ei tertio amas me., Et dicit ei.,

Domine‹ tu omnia scis quia || amo te., Dicit ei.,

Pasce oues meas., Amen amen dico tibi., Quum esses iubenior‹ cingebas te et ibas ubi uolebas.,

Quum autem senueris‹ extendens manus tuas et alius te precingêt . et ducet quod tu non uis.,

Hoc autem dixit‹ significans qua morte clarificaturus esset deum., Et hoc quum dixisset‹ dixit ei., Sequere me.,

Conuersus petrus‹ uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem qui et recubuit in cena super pectus eius‹ et dixit.,

Domine‹ hic autem quîd., Dicit ei ihesus., Sic eum uolo manere donec ueniâm . quid ad te.,

Tu me sequere., Exiuit ergo sermo iste inter fratres‹ quia discipulus ille non moreretur.

Et non dixit ei ihesus non | 398 | morietur‹ sed sic eum uolo manere donec ueniam: quid ad te., Hic est discipulus qui testimonium peribet de his‹ et qui scribsit haec., Et scimus quia uerum est testimonium eius.,

LEGENDUM IN ORDINATIONE REGIS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS.,

(Cap. IX 1-12 passim) **DEO GRATIAS.,**

IN DIEBUS ILLIS‹ orauit salomon dicens.,

Deus parentum meorum et domine misericordiae tue qui fecisti omnia uerbo tuo‹ et sapientia tua constituisti homiuem ut dominaretur creaturae quae a te facte sunt ut disponat orbem terrarum in aequitate et iustitiâ . et in directione cordis iudicium iudicet.,

28 et — tue *add. marg.*

Da mici sedium tuarum adsistricem sapientiam‹ et noli me ‖ reprobare a pueris tuis.,

Quoniam ego seruus tuus et filius ancillae tuae., Homo infimus et exigui temporis‹ et minor ad intellectum iudicii et regnum., Tu me elegisti regem populo tuo et iudicem filiorum tuorum et filiarum et dixisti mici mici ut edificarem templum in monte sancto tuo‹ et in ciuitatem habitationis tuae aram similitudinem tabernaculi sancti tui‹ quod preparasti ab initio et tecum sapientia que nouit opera tua‹ que et adfuit tunc quum orbem terrarum faceres‹ et sciebat quid placitum esset oculis tuîs . et qui directum in praeceptis tuis., Mitte illam de sanctis caelis tuis‹ emitte illam de sedem magnitudinis tuae ut | 399 | mecum sit et mecum laboret: ut sciam quid acceptum sit aput te.,

Scit enim illa omnia et intelligit‹ et deducet me in operibus meis sobrie et custodiet me in sua potentia et erit accepta opera mea., Et disponam populum tuum iuste‹et ero dignus edium.patris mei.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XIII 1-8)

FRATRES‹ omnibus potestatibus sublimioribus‹ subditi estote.,

Non enim est potestas‹ nisi a deo., Quae autem sunt a deo‹ ordinata sunt.,

Itaque qui resistit potestati‹ dei ordinationi resistit., Qui autem resistunt‹ ipsi sibi damnationem adquirunt.,

Nam principes non sunt timoris boni operis . et ‖ mali., Uis autem non timere potestatêm.bonum fac et habebis laudem ex illa.,

Dei autem minister est uindex in ira‹ ei quia malum agit

Ideoque‹ necessitati subditi estote., Non solum propter iram‹ sed et propter conscientiam

Ideo enim et tributa prestatis., Ministri enim dei sunt‹ in hoc ipsum seruientes., Reddite ergo omnibus deuita.,

Cui tributum‹ tributum.,

Cui uectigal‹ uectigal.,

Cui timorem‹ timorem.,
Cui honorem‹ honorem.,
Neminy quicquam debeatis nisi ut uos inuicem diligatis in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,
(IV 16-22)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps uenit nazaret‹ ubi erat nutritus.,
Et intrabit secundum consue| 400 |tudinem suam die sabbati in synagogam‹ et surrexit legere et traditus est liber prophete esaye., Et ut reuoluit librum‹ inuenit locum ubi scriptum erat.,
Spiritus domini super me propter quod uncxit me‹ euangelizare pauperibus misit me.,
Predicare captibis remissionêm . et caecis uisum.,
Dimittere confractos in remissionem‹ predicare annum domini acceptum et diem retributionis.,
Et quum plicuisset librum‹ reddidit ministro et sedit.,
Et omnium in synagoga‹ oculi erant intendentes in eum., Caepit autem dicere ad illos., Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus uestris‹ et omnes testimonium illi dabant ‖ mirantes in uerbis gratiae que procedebat de ore ipsius.,

LEGENDUM DIE SABBATO QUANDO SAL ADSPARGITUR IN TEMPLO NOBO DICENDUS.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS., (Sap. IX 8-11)
DEO GRATIAS.,

IN DIEBUS ILLIS‹ orauit salomon dicens., Deus qui dixisti edificare templum in monte sancto tuo‹ et in ciuitatem

3 neminy *corr. ex* neminem

22 *die sabbato quando sal adspargitur in templo nobo.*] Decretum I concilii Caesaraugustani III (a. 691) statuit « ut nulli penitus « pontificum in quibuscumque provinciis con« stituto liceat praeter certos dies dominicos « ecclesias sanctas consecrare. » Ista igitur salis aspersio ad quendam ritum pridie dedicationis peragendum adtinebat.

habitationis tuae aram similitudinem tabernaculi sancti tui quod preparasti ab initio et tecum sapientia quae nouit opera tuâ . quae adfuit tunc quum orbem terrarum faceres., Et sciebat quid placitum esset in oculis tuis‹ et quid directum in praeceptis tuis daretur., Emitte illam de sanctis caelis tuis‹ emitte illam de sede magnitudinis tue ut mecum sit . et | 401 | mecum laboret‹ ut sciam quid acceptum sit aput te.,

Scit enim illa omnia et intelligit‹ et deducet me in operibus meis sobrie‹ et custodiet me in sua potentia., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . Iª.,
(III 16-17)

FRATRES‹ nescitis quia templum dei estis‹ et spiritus dei habitat in uobis ? Si quis templum dei uiolaberît . disperdet illum deus., Templum enim dei sanctum est . quod estis uos‹ in xpo ihesu domino nostro.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(VII 24-25)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquutus est dicens.,

Omnis homo qui audit uerba mea haec et facit ea‹ adsimilabitur uiro sapientî . qui edificabit domum suam supra petram., ||

Descendit plubia et uenerunt flumina et flaberunt uentî . et inpegerunt in domum illam et non cecidit.,

Fundata enim erat supra petram., amen

LEGENDUM . IN SACRATIONE UASELICAE AD MISSAM.,

LECTIO LIBRI‹ GENESIS., (XXVIII 10-22)

IN DIEBUS ILLIS‹ egressus iacob de uersabe‹ pergebat aran., Quumque uenisset ad quendam locum et uellet in eo requiescere post solis occubitum‹ tulit de lapidibus quae iacebant

et subponens capiti suo dormibit in eodem loco., Uiditque in somnis scalam‹ stantem super terram | 402 | et cacumen illius tangens caelum., Angelos quoque dei ascendentes et descendentes per eâm . et dominum innixum scal*e* dicentem sibi.,

Ego sum deus abraham patris tui‹ et deus ysaac.

Terra in qua dormis‹ tibi dabo et semini tuo.,

Eritque germen tuum‹ quasi puluis terrae., Dilataueris ad orientem et occidentem septemtrionem et meridiem‹ et benedicentur in te et in semini tuo . cuncte tribus terrae., Et ero custus tuus quocumque perrexeris‹ et reducam te in terram hanc nec dimittam nisi conpleuero uniuersa quae dixi., Quumque uigilasset iacob de somno‹ dixit.,

Uere dominus est in loco isto‹ et ego nesciebam., Pabensque quam terribilis inquid est locus iste., ||

Non est hic aliut‹ nisi domus dei et porta caeli.,

Surgens ergo manae‹ tulit lapidem quem subposuerat capiti suo‹ et erexit in titulum fundens holeum desuper., Appellauitque nmne urbis bethel‹ que prius luza uocabatur.,

Uouit etiam uotum dicens.,

Si fueri*t* deus mecum‹ et custodierit me in uia per quam ambulo‹ et dederit mici panem ad uescendum‹ *et uestem ad induendum* . reuersusque fuero prospere in domum patris mei‹ erit mici dominus in deum‹ et lapis iste quem erexi in titulum uocabitur domus dei., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . I[a]., (III 8-17)

FRATRES‹ unus quisque propria mercedem accipiet a domino saecundum suum laborem.,

Dei enim sumus adiutores., | 403 |

Dei agricultura estis‹ dei edificatio estis.,

Secundum gratiam dei quae data est mici‹ ut sapiens arcitectus fundamentum posui., Alius autem superedificat ? Unusquisque

4 scale e *add. sup. lin.* 20 fuerit *corr. ex* fueri 21 et — induendum *add. marg.*

autem uideat quomodo superedificet., Fundamentum enim aliut nemo potest ponere preter id quod positum est‹ qui est xps ihesus.,

Si quis autem superedificat supra fundamentum hocˎ aurumˎ argentumˎ lapides pretiososˎ lignaˎ fenumˎ stipulamˎ unius cuiusque opus quale sit‹ manifestum erit.,

Dies enim declarauit‹ quia in igne reuelauitur.,

Et unius cuiusque opus quale sit‹ ignis probauit.,

Si cuius opus manserit quod superedificat mercedem ‖ accipiet., Si cuius opus arsêrit . detrimentum patitur., Ipse autem salbus erit sic tamen quasi per ignem.,

Nescitis quia templum dei estisˎ et spiritus dei habitat in uobis ? Si quis autem templum dei uiolaberit· disperdet illum deus.,

Templum enim dei sanctum est quod estis uos in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(VII 24-28)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquutus est dicens.,

Omnis homo qui audit uerba mea haec et facit ea‹ adsimilabitur uiro sapienti‹ qui edificauit domum suam supra petram.,

Descendit plubiaˎ et uenerunt fluminaˎ et flaberunt uenti‹ et impegerunt in domum illam et non cecidit˜ fundata | 404 | erat supra petram.,

Et omnis qui audit uerba haec et non facit ea‹ similis est uiro stulto‹ qui edificauit domum su*a*m super harenam., Descendit plubiaˎ et uenerunt fluminaˎ et flauerunt uenti‹ et inpegerunt in domum illam et cecidit . *et* fui*t* ruina eius magna., Et quum consummasset ihesus uerba haec‹ admirabantur turbe super doctrinam eius., amen

27 suam *corr. ex* suum   29 et *add. sup. lin.*   fuit t *in ras.*

LEGENDUM . IN RESTAURATIONE BASELICE.,

LECTIO LIBRI‹ MACCABEORUM., (I. Mach. IV 36-58)

IN DIEBUS ILLIS‹ dixit iudas ad filios. populi sui., Contriti sunt inimici nostri., Ascendamus nunc mundare sancta‹ et renobare.,

Et congregatus est omnis exercitus et ascenderunt || in montem syon‹ et uiderunt sanctificationem desertam\ et altare profanatum\ et portas exustas\ et in atriis uirgulta nata\ sicut in saltum vel in montibus‹ et pastoforia diruta.,

Scinderuntque uestimenta sua et plancxerunt planctum magnum‹ et inposuerunt cinerem super capita sua et ceciderunt in faciem super terram‹ et exclamauerunt tubis signorum‹ et clamaberunt in caelum.,

Tunc ordinauit iudas viros ut pugnarent aduersus eos qui erant in arce‹ donec mundarent sancta.,

Et elegit sacerdotes sine macula uolumtatem habentes in lege dei‹ et mundauerunt sancta.,

Et tulerunt lapides contaminationis in locum mundum‹ et | 405 | et cogitauit de altari holocaustorum quod profanatum erat quid de eo faceret.,

Et incidit illi consilium bonum ut dextrueret illum ne forte esset illis in obproprium‹ quia contaminauerunt illut gentes et demoliti sunt illut.,

Et reposuerunt lapides in monte domus in loco abto‹ quo ad usque ueniret propheta et responderet de eis., Et acceperunt lapides integros secundum legem‹ et edificaberunt altare nobum . secundum illut quod fuit prius., Et edificauerunt sancta et quae intra domum intrinsecus et edem., Et atria sanctificauerunt‹ et fecerunt uasa sancta noba\ et intulerunt candelabrum aureum et altare incensorum et mensam || in templum‹ et incensum posuerunt super altare‹ et accenderunt lucernas quae super candela-

12 et *sup. lin.*

brum erant et lucebant in templum., Et posuerunt super mensam panes et adpenderunt uela‹ et consummauerunt omnia opera quae fecerunt., Et ante matutinum surrexerunt quinta et uicesima mensis casleu‹ centesimi quadragesimi octabi anni., Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nobum quod fecerant secundum tempus‹ et secundum diem in quo contaminauerunt illut gentes‹ in ipsa renouatum est in canticis‹ et citharis‹ et cinaris‹ et cimbalis‹ et cecidit | 406 | omnis populus et adorauerunt et benedixerunt in caelum qui prosperauit eis et fecerunt dedicationem altaris diebus octo.,

Et obtulerunt holocausta cum laetitia salutaria laudis et ornauerunt faciem templi coronis aureis et scutulis‹ et dedicauerunt portas et pastoforia et inposuerunt eis ianuas‹ et facta est laetitia . in populo magna ualde., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS SECUNDA.,

(II Cor. V 1-2; Ephes. III 14-17, IV 23-24)

FRATRES‹ Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolbatur‹ quod edificationem ex deo habemus domum non manufactam aeternam in caelis., Nam et qui || sumus in tauernaculo‹ in hoc ingemescimus habitationem nostram quae de caelo est superindui cupientes.,

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri ihesu xpî . ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.,

Ut det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari‹ per spiritum eius in interiori hominem habitare xpm per fidem in cordibus uestris‹ in karitate radicati et fundati., Renobamini igitur spiritum mentis uestrae‹ et induite nobum hominem qui secundum deum creatus est‹ in iustitia et sanctitate ueritatis., amen

Euangelium supra quere in cathedra sancti petri., Lectio sci euangelii‹ secundum matheum.,

In illo tempore uenit ihesus in partes cesareae filippi‹ et interrogabat | 407 |

ITEM LECTIONES DE LETANIAS . CANONICAS IN PRIMO DIE AD III[a].,

LECTIO LIBRI‹ HOSE PROPHETE., (Osee IV 1-16)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est hose dicens.,

Audite uerbum domini filii srahel‹ quia iudicium domini cum habitatoribus terrae.,

Non est enim ueritas‹ et non est misericordia‹ et non est scientia dei in terra.,

Maledictum‹ mendacium‹ omicidium‹ furtum . et adulterium inundaberunt‹ et sanguis sanguinem tetigit.,

Propter hoc lugeuit terra‹ et infirmabitur omnis qui habitant in ea., ||

In bestia agri et in uolucres caeli‹ sed et pisces maris congregabuntur

Uerum tamen unusquisque non iudicet‹ et non arguatur uir., Populus enim tuus‹ sicut hii qui contradicunt sacerdoti., Et corrues odie et corruet aetiam propheta tecum., Nocte feci tacere matrem tuam‹ conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam.,

Quia tu scientiam reppulisti‹ reppellante ne sacerdotio fungaris mici

Et quia oblita es legis dei tui‹ obliuiscar filiorum tuorum et ego., Secundum multitudinem eorum sic peccaberunt mici gloriam eorum ignominiam commutabo

24 *quaedam uerba uel litterae huius columnae exciderunt margine abscisa*

1 *de letanias canonicas.*] Litanias per singulos menses ex « priscorum Patrum institutione » celebrandas esse testantur Patres Concilii Toletani XVII, can. 6. Et vero in vetustissimis martyrologii hieronymiani apographis mensibus singulis LITANIAE INDICENDAE praenotantur. Attamen in martyrologio quod Codici nostro praefigitur, nonnisi ter in anno « letaniae canonicae » assignantur : IV Idus septembris (Lege sis librum S. Isidori *De eccles. offic.*, I, 39 ; Missale Mozar., p. 376 ; Brev. Mozar., p. 431) ; VII Idus Novembris (Brev. Mozar., p. 441 ; Isidor I, 40 ; Concil. Gerundense a. 517, can. 3) ; XVIII kal. Januarias, juxta can. 1 Concilii Toletani V. Quibus forsitan addere oporteat litanias quae « jejunium Pentecostes » ab Isidoro appellantur (Concil. Gerund. c. 2).

Peccata populi mei comedent‹ et ad iniquitatem eorum sublebabunt anim | 408 |

Et erit sicut populus‹ sic sacerdos., Et uisitabo super eum uias eius‹ et cogitationes eorum reddam ei.,

Comedent et non saturabuntur› et fornicati sunt et non cessaberunt^ quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo.,

Fornicatio uinum et ebrietas‹ aufert cor.,

Populus meus in ligno suo interrogauit‹ et uaculus eius adnuntiabit ei.,

Spiritus enim fornicationum decepit eos‹ et fornicati sunt a deo suo.,

Super capita montium sacrificabant‹ et super colles accendebant timiama., Subtus quercum et pupulum . et terebinctum‹ quia bona erat umbra eius.,

Ideo fornicabuntur filiae uestrae‹ || et sponse uestrae adulterae erunt., Non uisitabo super filias uestras quum fuerint fornicate› et super sponsas uestras cum adulteraberint ?

Quoniam ipsi cum meretricibus uersab*a*ntur‹ et cum effeminatis sacrificabant‹ et populus non intellegens uapulauit.,

Si fornicaris tu srahel‹ non derelinquad saltim iuda., Et nolite ingredi in galgala et ne ascenderitis in uersabe‹ neque iuraberitis uiuit dominus.,

Quoniam sicut uacca la*s*cibiens declinabit srahel.,

Nunc pascet eos dominus‹ quasi agnum in solitudinem., amen.,

LECTIO LIBRI IOHAEL PROPHETAE., (II 15-18)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Canite tuba in syon› sanctificate ieiunium‹ | 409 | uocate caetum., Congregate populum› sanctificate aeclesiam‹ quoadunate senes.,

18 uersabuntur *1 manu* 23 lascibiens s *2 manu*

25 Inscriptionem LEGENDUM AD SEXTAM supple ex sqq. Ita nimirum et in Lectionario Luxoviensi praeter Matutinos ad Tertiam, Sextam, Nonamque lectiones iis diebus assignantur.

Congregate parbulos‹ et sugentes ubera.,

Egrediatur sponsus de cubili suô . et sponsa de talamo suo., Inter uestibulum et altare‹ plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent., Parce domine populo tuo‹ et ne des hereditatem tuam in opprobrium‹ ut dominentur eis nationes., Quare dicunt in populis‹ ubi est deus eôrum.,

Zelatus est dominus terram suam‹ et pepercit populo., amen

LEGENDUM IN PRIMO DIE AD UIIII^a.

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LV 6-7)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est esayas dicens., Querite dominum dum inueniri potest‹ inuocate eum dum prope est.,

Derelinquat impius uias suas‹ et uir iniqus cogitationes suas‹ ‖ et reuertatur ad dominum et misereuitur eius.,

Et ad dominum deum nostrum‹ quoniam mitis est ad ignoscendum., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFESIOS., (IV 23-30)

FRATRES‹ renobamini spiritu mentis uestre‹ et induite nobum hominem qui secundum deum creatus est‹ in iustitia et sanctitate ueritatis.,

Propter quod deponentes mendacium‹ loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suô . quoniam sumus inuicem membra., Irascimini‹ et nolite peccare.,

Sol non occidat super iracundiam uestram., Nolite‹ locum dare diabolo.,

Qui furabatur‹ iam non furetur., Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde retribuat | 410 | necessitatem patienti.,

Omnis sermo malus‹ de ore uestro non procedat.,

Sed si quis bonum est ad edificationem oportunitati*bus*‹ ut

29 oportunitatis / *mann*

det gratiam audientibus., Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis‹ in diem redemtionis., amen

LECTIO SANCTI EVANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (V 44-VI 4)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Diligite inimicos uestros benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequentibus et calumniantibus uos‹ ut sitis filii patris uestri . qui in caelis est., Qui solem suum orire facit super bonos et malôs . et pluit super iustos et iniustos., Si enim diligatis eos qui uos diligunt‹ quam mercedem habetîs. ||

Nonne et publicani hoc faciunt ? Et si salutaueritis fratres *uestros* tantum quid amplius facietîs.

Nonne et ehtnici sic faciunt ?

Estote ergo uos perfecti‹ sicut et pater uester caelestis perfectus est., Adtendite ne iustitiam uestram f*a*ciatis coram hominibus‹ ut uideamini ab eis.,

Alioquin‹ mercedem non habeuitis‹ aput patrem uestrum qui in caelis est.,

Quum ergo facis elemosinam‹ noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt in sinagogis . et in uicîs . ut honorificentur ab hominibus., Amen dico uobis‹ receperunt mercedem suam., Te autem faciente elemosinam‹ nesciat sinistra tua quis faciat dextera tua‹ ut sit | 411 | elemosima tua in abscondito., Et pater tuus qui uidet in abscondito‹ reddet tibi., amen.

LEGENDUM . SECUNDO . DIE AD TERTIA.,

LECTIO LIBRI‹ SOFONIE PROPHETAE., (I 1-II 3)

IN DIEBUS ILLIS‹ uerbum quod factum est ad soffoniam filium cusi . filium godoliae‹ filium amasiae‹ filii hezez*h*ie in diebus . iosiae filii amon regis iuda.,

12 uestros *add. 2 manu* 15 faciatis *corr. ex.* ficiatis. 28 hezezie *1 manu*

Congregans congregabo omnia affaciae terre dicit dominus., Congregans hominem et pecus‹ congregans uolatile caeli et pisces maris et ruine impiorum erunt‹ et disperdam homines affaciae terre dicit dominus., Et extendam manum meam‹ super *omnes* habitantes iherusalem.,

Et disperdam de loco hoc reliquias bahal‹ et nomina editorum cum sacerdotibus‹ et eos qui adorant super || tectam militiam caeli . et adorant et iurant in domino et in melco., Et qui aduertuntur de pos tergum domini^ et qui non quesierunt dominum nec inuestigaberunt eum., Silete affaciae domini dei‹ quia iuxta est dies domini., Quia preparauit dominus hostiam‹ sanctificauit uocatos suos.,

Et erit in die hostiae domini uisitabo super principes . et super filios regis‹ qui induti sunt ueste peregrina.,

Et uisitabo omnes qui arroganter ingrediuntur super limen in die illa‹ qui conplent domum domini dei sui in iniquitate et dolo.,

Et erit in die illa dicit dominus uox clamoris ad porta piscium‹ et ululatus a secunda^ et contritio magna a colibus., | 412 |

Ulutate habitatores pile‹ conticuit omnes populus canahan., Disperierunt omnes inuoluti argento‹ et erit in tempore illo scrutabor iherusalem in lucernis‹ et uisitabo super uiros infixos in fecibus suis.,

Qui dicunt in cordibus suis‹ non faciet bene dominus et non faciet male., Et erit fortitudo eorum in direptione‹ et domus eorum in desertum.,

Et edificabunt domos‹ et non habitabunt in eis.,

Et plantabunt uineas‹ et non uibent uinum earum.,

Iuxta est dies domini magnus‹ iuxta et uelox nimis.,

Uox diei domini‹ amara ualde tribulauitur ibi fortis.,

Dies ira dies illa^, Dies tribulationis‹ et angustiae.,

Dies calamitatis‹ et miserie.,

Dies tenebrarum‹ et caliginis., ||

5 omnes *add. sup. lin.*

Dies nebule‹ et turbidinîs.,

Dies tube‹ et clangoris.,

Super ciuitates munitas‹ et super angulos excelsos.,

Et tribulabo homines et ambulabunt ceci‹ quia domino peccaberunt.,

Et effund*etur* sanguis eorum sicut humûs . et corpora eorum sicut stercora.,

Sed et argentum eorum et aurum eorum non poterit liberare eos‹ in die ire domini.,

In igne zeli eius deuorabitur omnis terra‹ quia consummationem faciet‹ cum festinationem‹ cunctis habitantibus terram.,

Conuenite congregamini gentes non amabiles‹ prius quam pariat iussiô . quasi pulberem transeuntem diem., Ante quam ueniat dies domini ira furoris domini super uos., | 413 |

Querite dominum omnes mansueti terrae‹ quia iudicium eius estis operati., Queri*te* iustum‹ querite mansuetum‹ et uibetis ait dominus omnipotens., amen

LEGENDUM AD SEXTA.,

LECTIO LIBRI‹ DANIELIS PROPHETE.,

IN DIEBUS ILLIS‹ Orauit daniel dominum dicens., Obsecro domine deus magne et terribilis qui custodis

Supra quere in secundo dominico de quadragesima ad matutinum.,

LEGENDUM AD NONAM.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (III 12-14)

HAEC DICIT DOMINUS., REUERTERE aduersatrix srahel et non auertam faciem meam a uobis‹ quia sanctus ego sum dicit dominus et non irascar in perpetuum., Tamen scito iniquitatem tuam quia in dominum deum tuum preuaricata es‹

6 effund]etur *in rasura* 16 queri]te *add. 2 manu sup. lin.*

et dispersisti uias tuas sub omni ligno frondoso‹ et uocem meam non audistis dicit dominus., ‖

Conuertimini filii reuertentes‹ quia ego uir uester ait dominus omnipotens., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFESIOS., (IV 17-24)

FRATRES‹ hoc dico et testificor in domino‹ ut iam non ambuletis sicut et gentes ambulant in uanitate sensus sui., Tenebris obscuratum habentes intellectum‹ alienati a uita dei per ignorantiam que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum: qui disperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae in operationem omnis auar*i*tie et inmunditiae., Uos autem non ita dicitis xpm‹ si tamen illum audistis et in ipso docti estis sicut est ueritas in ihesu., Deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem | 414 | qui corrumpitur secundum desideria erroris., Renobamini autem spiritum mentis uestrae‹ et induite nobum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (VI 16-18)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ loquebatur discipulis suis et turbis dicens.,

Cum ieiunatis‹ nolite fieri sicut ypocrite tristes

Demoliuntur enim facies suas‹ ut p*a*reant hominibus ieiunantes.,

Amen dico uobis‹ receperunt mercedem suam., Tu autem cum ieiunas‹ ungue caput tuum et faciem tuam laba ne uidearis hominibus ieiunasse‹ sed patri tuo qui est in abscondito., Et pater tuus qui uiderit te in ‖ abscondito‹ reddet tibi.,

11 auaratie *corr.* 23 pereant *corr.*

LEGENDUM TERTIO DIE AD III^{a}.,

LECTIO LIBRI‹ ZACCARIE PROPHETE., (VII 9-VIII 3)

HAEC DICIT dominus exercituum.,

Iudicium uerum iudicate‹ et misericordiam et miserationes facite unusquisque cum fratre suo., Et uiduam et pupillum et aduenam‹ et pauperem‹ nolite calumniare., Et malum uir non cogitet fratri suo in corde suo., Et noluerunt adtendere⸝ et euerterunt scapulam recedentes⸝ et aures suas adgrabauerunt ne audirent⸝ et cor suum posuerunt adamantem ne audirent legêm . et uerba que misit dominus exercituum in spiritu suo‹ per manus prophetarum priorum., Et facta est indignatio magna a domino exercituum., Et factum est | 415 | sicut lòquutus est . et non audierunt‹ et sic clamabunt et non exaudiam dicit dominus exercituum.,

Et dispersi eos per omnia regna quae nesciunt et terra desolata est ab eis‹ eo quod non esset transiens et reuertens‹ et posuerunt terram desiderauilem in desertum.,

Et factum est uerbum domini exercituum‹ dicens.,

Hec dicit dominus exercituum.,

Zelatus sum syon zelo magno‹ et indignatione magna‹ zelatus sum eam., Haec dicit dominus exercituum., Reuersus sum ad syon‹ et habitabo in medio iherusalem., Et uocabitur iherusalem ciuitas ueritatis‹ et mons dominus exercituum mons sanctificatus ait dominus omnipotens., amen

LEGENDUM AD SEXTA.,

LECTIO LIBRI‹ IHESU., (Eccli. XXXVI 1-19)

IN DIEBUS ILLIS‹ orabit ihesus dicens.,

1 Miserere nostri deus omnium et respice nos‹ et hostende nobis lumen miserationis tue.,

Et inmitte timorem tuum super gentes quae non exquisierunt te‹ et cognoscant te quia non est deus nisi tu ut enarrent magnalia tua.,

Alleba manum tuam super gentes alienas‹ ut uideant potentiam tuam.,

Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis‹ sic in conspectu nostro magnificaberis in illis‹ ut cognoscant te sicut et nos cognobimus‹ quoniam non est deus preter te domine., Innoba signa‹ et inmuta mirabilia., Glorifica manum‹ et bracium dextrum.,

Excita furorem‹ et effunde iram., Extolle aduersariûm . et adflige inimicum.,

Festina tempus et memento finis‹ | 416 | ut enarrent magnalia tua.,

In ira flamme deuorentur qui salbantur‹ et qui pessimant plebem tuam inueniant perdictionem.,

Contere caput principum iniquorum dicentium non est alius preter nos.,

Congrega omnes tribus iacob et co*gnoscant quia non est deus nisi tu ut enarrent magnalia tua‹ et hereditauis eos sicut hab initio.,

Miserere pleui tuae super quam inuocatum est nomen tuum‹ et srahel quem quoequasti primogenito tuo.,

Miserere ciuitati sanctificationis tuae iherusalem ciuitatem requiei tue., Reple syon inenarrabilibus uirtutibus tuis‹ et gloria tua populum tuum.,

Da testimonium qui ab initio creatur*a* tua sunt‹ et suscita deprecationes . ‖ quas locuti sunt in nomine tuo prophete priores.,

Da mercedem sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur‹ et exaudies orationes serborum tuorum.,

Secundum benedictionem aron da populo tuo‹ et dirige nos in uiam iustitiae.,

27 creature *corr.*

Ut sciant omnes qui inabitant terram‹ qui tu es deus conspector saeculorum., amen

Inquire legendum ad nonam in prima ebdomada de quadragesima.,

Haec dicit dominus., Labamini mundi estote.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFFESIOS., (IV 29-V 2)

FRATRES‹ omnis sermo malus de ore uestro non procedat., Sed si quis bonus est ad edificationem oportunitatis‹ ut det gratiam audientibus‹ et nolite contristare . spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redemtionis., Omnis amaritudo‹ et ira‹ | 417 | et indignatio‹ et clamor et blasfemia tollatur a uobis cum omni malitia.,

Estote autem inuicem benigni‹ misericordes‹ donantes inuicem‹ sicut et deus in xpo donabit uobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii karissimi‹ et ambulate in dilectione sicut et xps dilexit nos et tradidit semet ipsum pro nobis‹ oblationem et hostiam deo in odorem suabitatis.,

LECTIO SANCTI EVANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XV 32-38)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps conuocatis discipulis suis dixit., Misereor turbe quia iam triduo perseberant mecum‹ et non habent quod manducent., Et dimittere eos ieiunos nolo‹ ne deficiant in uia., Et dicunt ei discipuli., Unde ergo nobis in deserto panes tantos‹ ‖ut satiemus turbam tantâm .

Et ait illis . ihesus., Quot panes abetis., At illi dixerunt., Septemˆ et paucos pisciculos.,

Et praecepit turbe‹ ut discumberent super terram., Et accipiens septem panes et pisces et gratias egens fregit et dedit discipulis suis‹ et discipuli dederunt populo

Et comederunt omnes et saturati sunt., Et quod supra fuit de fragmenta‹ tulerunt septem sportas plenas., Erant qui manducaberunt quattuor milia hominum extra parbulos et mulieribus., amen

ITEM LECTIONES . PRO STERELITATE PLUBIE PRIMO DIE AD TERTIA.˙, | 418 |

LECTIO LIBRI‹ REGUM., (III Reg. VIII 34-40) **DEO GRATIAS.›**

IN DIEBUS ILLIS‹ Orauit salomon dicens.,

Exaudi domine in caelo et dimitte peccatum populi tui srahel‹ et reduc eos in terram quam dedisti patribus eorum.,

Si clusum fuerit caelum et non pluerit propter peccata eorum⸜ et orantes in loco isto penitentiam egerint nomini tuo⸜ et peccatis suis conuersi fuerint propter aflictionem suam‹ exaudi eos in caelo et dimitte peccata seruorum tuorum et populi tui srahel⸜ et hostende eis uiam bonam per quam ambulent‹ et da plubiam super terram tuam quam || dedisti ei in possesionem.,

Fames si oborta fuerit in terra⸜ aut pestilentia⸜ aut corruptus aer⸜ aut erugo⸜ locusta⸜ rubigo⸜ et afflixerit eum⸜ et inimicus eius portas obsidens⸜ omnis plaga⸜ uniuersa infirmitas⸜ cuncta deuoratio et inprecatio quae acciderit omni homini de populo tuo srael‹ si quis cognoberit plagam cordis suis . et expanderit manus suas in domo hac‹ tu audies in caelo in loco habitationis tuae et repropitiaueris . quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum.,

Ut timeant te cunctis diebus quibus uibunt super faciem terrae‹ quam dedisti patribus nostris., amen.

LEGENDUM AD SEXTA | 419 |

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE (XIV 1-9)

IN DIEBUS ILLIS‹ factum est uerbum domini ad iheremiam de sermonibus siccitatis dicens., Luxit iudea et porte eius corruent et obscurate sunt in terra‹ et clamor iherusalem ascendit., Maiores miserunt minores suos ad aquam uenerunt ad auriendum‹ non inuerunt aquâm . reportaberunt uasa sua uacua.,

Confusi sunt et afflicti‹ et operuerunt capita sua pro terrae uastationem‹ quia non uenit plubiam in terram., Confusi sunt

agricole⁄ et operuerunt capita sua., Nam et cerua in agro peperit⁄ et reliquid quia non erat herba.,

Et onagri steterunt in rupibus traxerunt uentum quasi dracones⁄ || defecerunt oculi eorum quia non erat herba.,

Si iniquitates nostrae responderunt nobis domine⁄ fac propter nomen tuum quoniam multe sunt aduersiones nostrae., Tibi peccabimus expectatio srahel⁄ salbator eius in tempore tribulationis.,

Quare quasi colonus futurus es in terra\ et quasi uiator declinans ad manendûm., Quare futurus es uelut uir uaguus et fortis\ qui non potest salbâre., Tu autem in nobis es domine . et nomen tuum inuocatum est super nos⁄ ne derelinquas nos., amen

SECUNDO DIE AD TERTIA

LECTIO LIBRI⁄ iheremie prophete., HAEC dicit dominus., QUOMODO si condemnat mulier uirum suum *Supra quere in quadragesima secunda feria in ebdomada secunda* | 420 |

LECTIO LIBRI⁄ AGGEI PROPHETE., (I 1-2, 5, 8-13)

IN DIEBUS ILLIS⁄ factum est uerbum domini in manu aggei prophete ad zorobabel filium salathiel ducem iuda⁄ et ad ihesum filium iosedech sacerdotem magnum dicens.,

Haec dicit dominus exercituum.,

Ponite corda uestra super uias uestras., Ascendite in montem portate lignum⁄ et edificate domum et acceptabilis mici erit et glorificabor dicit dominus.,

Respexistis ad amplius⁄ et ecce factum est minus.,

Et intulistis in domum domini⁄ et exuffluuit illut.,

Quam ob causam dicit dominus exercituum\ quia domus mea deserta est et uos festinastis unusquisque in domum suâm. Propter hoc⁄ super uos proibiti sunt caeli ne darent rorem⁄ et terra || proibita est ne daret germen suum., Et uocabi siccitatem super terram\ et super montes\ et super triticum\ et super

uinum‹ et super oleum‹ et quequumque profert humus‹ et super homines‹ et super iumenta‹ et super omnem laborem manum., Et audiuit zorobabhel filius iosedet sacerdos magnus‹ et omnes reliquie populi uocem dei sui et uerba aggei prophetê . sicut misit eum dominus deus eorum ad ipsos., Et timuit populus affaciae domini‹ et dixit aggeus nuntius domini de nuntiis domini populo dicens.,

Confortare omnis populus terrae dicit dominus exercituum‹ et facite bonum quoniam ego uobiscum sum dicit dominus exercituum., amen

LECTIO LIBRI‹ ZACARIE PROPHETE.,
(X 1-3) | 421 |

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est zaccarias dicens.,

Petite a domino plubiam in tempore serotino‹ et dominus faciet nibes et plubiam.,

Imbres dauit singulis et herbam in agro‹ quia simulacra loquuta sunt inutile‹ et diuini uiderunt mendacium . et somniatores frustra loquuti sunt uana et consolabantur., Idcirco‹ adducti sunt quasi grex affligentur‹ quia non erat eis pastor., Super pastores iratus est furor meus‹ et super yrcos uisitabo., Quia uisitabit dominus exercituum gregem suum domum iuda‹ et posuit eos quasi aequum gloriae suae in bello., amen

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., Haec dicit dominus., Reuertimini unusquisque., *Supra quere UI^{a} . feria in ebdomada secunda de XL^{a}* ||

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE
(XIV 17-22)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est iheremias dicens., Deducant oculi mei lacrimas per diem et noctem‹ et non taceant.,

Quoniam contrictio magna contrita est uirgo filia populi mei‹

plaga pessima ueementer., Si egressus fuero ad agros‹ ecce occisi gladio., Et si introiero in ciuitatem‹ ecce adtenuati fame., Propheta namque et sacerdos‹ abierunt in taerra quam ignoraberunt.,

Numquid proiciens abiecisti iudam⸌ aut syon abominata est anima tua ?

Quare ergo percussisti nos ita ut nulla sit sanitas.,

Expectabimus pacem et non est‹ bonum et tempus curationis‹ et ecce turbatio., Cognoscimus domine inpietates nostrae‹ | 422 | et iniquitates patrum nostrorum quia peccauimus tibi.,

Ne nos dederis in oprobrium propter nomen tuum‹ neque facies nobis contumelia.,

Soli gloriae tuae recordare‹ ne irritum facias fedus tuum nobiscum.,

Numquid sunt scluptilibus gentium qui pluant⸌ aut caeli possunt dare imbrem ? Nonne tu es domine deus noster quem expectabimus tu enim fecisti omnia haec.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE.,

(Thren. II 11-13, 18-19)

In diebus illis‹ loquutus est iheremias dicens., Defecerunt pre lacrimis oculi mei‹ conturbata sunt uiscera mea., Effusum est in terra iecur meum super contrictionem filiae populi mei‹ quum defecerit parbulus et lactans in plateis oppidi, matribus suis ‖ dixerunt., Ubi est triticum et uinum⸌ quum defficerent quasi uulnerati in plateis ciuitatis⸌ uel cum exalarent animas suas in sinu matris suarûm., Cui conprobabo te⸌ uel qui adsimilabo te uirgo filia iherusalem.,

Cui adsequabo te⸌ et consolabor te uirgo filia syon . magna enim uelut maro contrictio tua., Quis medeuitur tui‹ deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem., Non des requie tibî . neque taceat pupilla oculi tui. Consurge lauda in nocte in principio uigiliarum tuarum‹ effunde sicut aqua cor tuum in conspectu dei tui., amen | 423 |

ITEM LECTIONES . LETANIARUM . PRO TRIBULATIONE ET CLADE.,

Quere legendum in IIIª ebdomada de quadragesima . secunda feria., Conuertimini ad me in ieiunio et fleto

LECTIO LIBRI‹ IONE PROPHETE., (III 3-10)

IN DIIEBUS ILLIS‹ Surrexit iona et abiit in ninnibe iuxta uerbum domini., Et ninnibe erat ciuitas magna‹ de itinere dierum trium.,

Et cepit iona introire ciuitatem itinere diei unius‹ et clamauit et dixit.,

Aduc quadraginta diebus‹ et ninnibe . subertetur.,

Et crediderunt uiri ninniuite in domino et predicauerunt ieiunium‹ et uestiti sunt saccis a minore usque ad maiore., ‖

Et peruenit uerbum ad regem ninnibe‹ et surrexit de solio suo‹ et abiecit uestimentum suum asse et indutus est sacco‹ et sedit in cinere et clamabit et dixit in ninnibe ex ore regîs . et principum eius dicens.,

Homines et iumenta‹ et uobes et pecora‹ non gustent quicquam nec pascantur nec aquam non bibant.,

Et operiantur saccis homines et iumenta‹ et clament ad dominum in fortitudine.,

Et conuertatur uir a uia sua mala‹ et ab iniquitate quae est in manibus eorum,,

Quis scit si conuertatur et ignoscat deus‹ et reuertatur a furorae'irae suae et non peribit., Et uidit deus opera eorum quia conuersi sunt a uia sua mala‹ et misertus est deus super malitiam | 424 | quam loquutus fuerat ut faceret eis et non fecit . amen

LECTIO LIBRI‹ AMOS PROPHETE., Haec dicit dominus., Querite bonum‹ et non malum., *Supra quere in IIIª ebdomada de quadragesima.*,

LECTIO LIBRI‹ AMOS PROPHETE., (IV 6-V 15)

HAEC DICIT DOMINUS., ECCE ego dedi . stuporem uobis dentium‹ in cunctis urbibus uestris., Et indigentiam panuum in omnibus locis uestris‹ et non estis reuersi ad me dicit dominus., Ego quoque proibui a uobis imbrem meum‹ quum aduc tres menses essent . usque ad messem., Et plui super ciuitatem unâm . et super ciuitatem alteram non plui.,

Pars una conpluta est‹ et pars una super quam non pluit aruit., Et uenerunt due et tres ciuitates ad ciuitatem unam ut uiuerent aquam‹ et non sunt satiate., Et non ‖ redistis ad me dicit dominus

Percussi uos in uento urente et in aurigine multitudinem *ortuorum uestrorûm . et vinearum uestrarum., Olibeta uestra et ficeta uestra comedit eruca‹ et non redistis ad me dicit dominus., Misi in uos mortem‹ in terra egypti.,

Percussi in gladio iubenes uestros‹ usque ad captiuitatem equorum uestrorum‹ et ascendere feci putredinem castrorum uestrorum in naribus uestris‹ et non redistis ad me dicit dominus., Subuerti uos sicut subuertit dominus sodomam et gomorram‹ et facti estis quasi t*orris* raptus de incendio‹ et non redistis ad me dicit dominus., Quapropter hec faciam tibi srahel ?

Pos*t*quam autem hoc fecero tibi‹ prepa*ra*re in occursum dei tui srahel., Quia ecce | 425 | formans montes et creans uentûm . et adnuntians homini eloquium suum., Faciens matutinam nebulam et gradiens super excelsa terrae‹ dominus deus exercituum nomen eius., Audite uerbum hoc quod ego lebo super uos planctum magnum‹ domus srahel cecidit‹ non adiciet ut resurgat uirgo srael ?

Proiecta est in terram suam‹ non est qui suscitet eam.,

Quia haec dicit dominus deus.,

Urbs de qua egrediebantur mille‹ reliquerunt in ea centum., Et de qua egrediebantur centum‹ relinquetur in ea decem in

12 mortuorum *1 manu, lege* hortorum   18 t]orris *2 manu in ras.*   21 posquam *corr.*   prepare *1 m.*

domo srahel., Querite me et uiuetis‹ et nolite querere bet*el*. et in galgala nolite intrare., In uersabe non transiuitis‹ quia galgala || captiba ducetûr . et betel erit inutilis., Querite dominum et uiuite‹ ne forte conburatur ut ignis domus ioseph., Et deuorauit et non erit qui extinguat betel., Quia conuertistis *in* absintium‹ iudicium et iustitiam in terra reliquistis., Facientem harturum et horionem⸜ et conuertentem in mane tenebras⸜ et in diem in nocte mutantem⸜ qui uocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae dominus nomen est eius.,

Qui subridet uastitatem super robustum‹ et depopulationem super potentem affert.,

Odio habuerunt in porta corripientem et loquentem perfecta‹ abominati sunt., | 426 |

Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem⸜ et predam electam tollebatis ab eo‹ domos quadro lapide hedificabitis et non *habitabitis* in eis.,

Uineas amantissimas plantabitis‹ et non biuebitis uinum earûm., Quia cognoui multa scelera uestra et fortia peccata uestra., Hostes iusti accipientes munus‹ et pauperes in porta deprimentes.,

Ideo prudens in tempore illo tacebit‹ quia tempus malum est., Querite bonum et non malum ut *u*ibatis‹ et erit dominus exercituum uobiscum sicut dixi odite malum et diligite bonum et constituite in porta iudicium‹ si forte misereatur dominus deus exercituum reliquiis ioseph., amen. ||

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LXIII 15-LXIV 9)

IN DIEBUS ILLIS‹ loquutus est esayas dicens., Adtende caelo domine‹ et uide de abitaculo sancto tuo et gloriae tuae.,

Ubi est caelus tuus⸜ et fortitudo tua., Multitudo uiscerum tuorum et miserationum tuarum super me continuerunt se.,

Tu enim pater noster et abraham nesciuit nos‹ et srahel ignorauit nos.,

1 betel *corr. ex.* beth. 5 in *add. sup. lin.* 15 habitabitis *corr. marg. ex.* hedificabitis. 21 uibatis *corr. ex.* bibatis.

Tu enim pater noster redemtor noster a seculo nomen tuum.,

Quare errare nos fecisti domine de uiis tuis‹ et indurasti cor nostrum ne timeremus tê.,

Conuertere propter serbos tuos tribus hereditatis tuae quasî nicilum possiderunt populum sanctum tuum‹ hostes nostri conculcaberunt sanctificationem tuam.,

Facti sumus quasi in principio | 427 | cum non dominareris nostri‹ neque inuocaretur nomen tuum super nos., Utinam disrumperes caelos et descenderês . et affacie tua montes defluerent., Sicut exustio ignis tabescerent adque arderent igni‹ ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis et affaciae tua gentes turbarentur.,

Cum feceris mirabilia‹ non sustinebimus.,

Descendisti‹ et affacie tua montes defluxerunt.,

A seculo non audierunt‹ neque auribus perceperunt.,

Oculus non uidit deum absque te‹ quae preparasti . expectantibus te occurristi letanti et facienti iustitiam‹ in uiis tuis., recordabuntur tui.,

Ecce tu iratus es . et nos peccabimus in ipsis fuimus semper || et salbabimus‹ et facti sumus ut inmundi omnes nos.,

Quasi pannus menstruate uniuerse iustitiae nostrae et cecidimus quasi folium uniuersî . et iniquitates nostrae quasi uentum abstulerunt nos.,

Non est qui inuocet nomen tuum‹ nec qui consurgat et tenat te..

Abscondisti faciem tuam a nobîs . et allisisti nos in manibus iniquitatis nostre.,

Et nunc domine pater noster es tu nos uero lutum et finctor noster es tu et operà manum tuarum omnes nos., Ne irascaris domine satis‹ et ne ultra memineris iniquitates nostras., amen

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE . HAEC DICIT DOMINUS.,

Si reuertamini et quiescatis. *Supra quere in ebdomada prima de XL^{a} . IIII^{a} feria.*

LECTIO LIBRI‹ IOHEL PROPHETE (I 1-II 13)

IN DIEBUS ILLIS‹ uerbum domini *quod* factum est ad iohel filium fatuel dicens., | 428 |

Audite hoc senês . et auribus percipite omnes abitores terrae., Si factum est istut in diebus uestris‹ aut in diebus patrum uestrorum., Super hoc filiis . uestris . narrate et filii uestri filiis suis et filii eorum generationum altere.,

Residuum eruce comedit locusta‹ et residuum locuste comedit brucus‹ et residuum bruci comedit rubigo.,

Expergescimini ebrii et flete‹ et ululate omnes qui biuitis uinum in dulcedinê . quoniam periit ab ore uestro., Gens enim ascendit super terram meam‹ fortis et innumerabilis.,

Dentes eius‹ ut dentes leonis.,

Et Mola*res* eius‹ ut catuli leonum.,

Posuit uineam meam in desertum‹ et ficum meam decorauit.,

Nudans expoliauit eam et proiecit‹ albi facti sunt rami eius.,

Plange quasi uirgo accincta sacco super uirum *p*ubertatis *s*ue., ||

Periit sacrificium et libatio de domo domini., Luxerunt sacerdotes ministri domini‹ depopulata est regio., Luxit humûs . quoniam debastatum est triticum.,

Confusum est uinum‹ elanguit oleum., Confusi sunt agricole‹ ululaberunt uinitores super frumento et ordeo‹ quia periit messis agri.,

Uinea confusa est‹ et ficus elanguit., Malogranata et palma et mallum‹ et omnia ligna agri‹ aruerunt.,

Quia confusum est gaudium a filiis hominum., Accingite uos et plorate sacerdotes‹ ululate ministri altaris.,

Ingredimini cubate in sacco ministri dei mei‹ quoniam interiit de domo domini uestri sacrificium., et libatio., Sanctificate ieiunium‹ uocate cetum., Congregate senes omnes habitatores terrae in domum dei uestri‹ et clamate ad dominum *et dicite*., | 429 |

2 quod *add. marg. 2 manu* 11 hore *2 manu* 14 et *add. marg.* molares res *add. sup. lin.*
17 pubertatis sue *corr. ex* ubertatis tue 31 et dicite *add. 2 manu*

AAA . diei quia prope est dies dominî . et quasi bastitas a potente ueniet., Numquid non coram oculis uestris alimenta perierunt de domo dei nostri letitia et exultatio⁄ conpotruerunt iumenta in stercore suo., Demolita sunt orrea⸌ discipate sunt apotece⁄ quoniam confusum est triticum., Quid in*g*em muit animal mugerunt greges armenti⁄ quia non est pascua eis., Sed et grex porcorum⁄ disperierunt., Ad te domine clamabo . quia ignis comedit speciosa deserti⁄ et flama succendit omnia ligna regionis.,

Sed et bestiae agri quasi area sitiens . imbrem suspexerunt a te⁄ quoniam exiccate sunt fontes aquarum . et ignis deuorauit speciosa deserti.,

Canite tuba in syon⸌ ululate in monte sancto meo., ||

Contur*bentur* omnes habitatores terrae⁄ quia ueniet dies domini.,

Quia prope est dies tenebrarum et caliginis⸌ dies nubis et turbinis⁄ quasi mane expansum super montes⁄ sic populus multus et fortis.,

Similis ei non fuit a principio et post eum non erit⁄ usque in annos generationis et generationum., Ante faciem eius ignis uorans⁄ et post eum exurens flama., Quasi ortus uoluptatis terra coram eo⸌ *et* post eum solitudo deserti⁄ neque est qui effugiat eum.,

Quasi aspectus equorum aspectus eorum⁄ *et* quasi equites sic currunt., Sicut sonitus flamme ignis deuorantis stipulam . uelut populus fortis praeparatus ad prelium⁄ affaciae eius cruciabuntur populi⁄ omnis bultus redigetur in ollam., Sicut fortes current⁄ | 430 | et quasi uiri uellatores ascendunt murum.,

Uir in uiis gradietur⁄ et non declinabunt a semitis suis., Unusquisque fratrem suum non coartabit⁄ singuli in calle suo ambulabunt.,

Sed et per fenestras cadent⁄ et non demolientur.,

5 ingem. *corr. ex* in ignem   14 contur]bentur *add. sup. lin.*   22 et *add. marg. 2 manu*   24 et *sup. lin.*

Urbem ingredientur\ in domos conscendent‹ per fenestras intrabunt quasi fur.,

Affacie eius contremuit terra‹ moti sunt caeli\ sol . et luna\ obtenebrati sunt‹ et stelle retraxerunt splendorem suum.,

Et dominus dedit uocem suam ante faciem exercitusui‹ quia multa sunt nimis castra eius‹ quia fortia et facientium uerbum eius.

Magnus enim est *dies dni* et terribilis ualde\ et quis sustinebit eum?,

Nunc ergo dicit dominus., ||

Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio et fletu et planctu., Et scindite corda uestra et non uestimenta uestra‹ et conuertimini ad dominum deum uestrum‹ quia benignus et misericors est., amen

LECTIO LIBRI‹ REGUM., In diebus illis‹ Orauit salomon dicens., Exaudi de caelo domine *Supra quere in letanias qui sequitur retrohacte in primo die ad tertia.,*

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETAE (?)

HAEC DICIT DOMINUS., Conuertimini ad me‹ et conuertar ad uos., Extendam manum meam super uos et faciam uobiscum mirauiliâ . et scietis quia ego sum dominus deus uester., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFFESIOS.,

(V 1-2)

FRATRES‹/ estote imitatores dei sicut filii karissimi et ambulate in dilectione sicut et xps dilexit nos‹ et tradidit semet ipsum pro nobis‹ oblationem et hostiam deo . | 431 | in odorem suabitatis.,

8 dies dni *corr. ex* dns

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (IV 25-32)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., In ueritate‹ dico uobis., Multe uidue erant in diebus helie in srael quando clusum est caelum annis tribus et mensibus sex.,

Quum facta esset fames in omni taerra et ad nullam illarum missus est helias‹ nisi in sarepta sidonie ad mulierem uiduam.,

Et multi leprosi erant in srahel sub heliseo propheta‹ et nemo mundatus est eorum nisi neman syrus., Et repleti sunt omnes in sinagoga ira audientes haec et surrexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem galileaê . ibique docebat illos sabbatis., Et stupebant in doctrina eius‹ quia ‖ in potestate erat sermo ipsius., amen.

ALIUM
LECTIO SANCTI EUANGELII‹ MDM MATHEUM., (VI 1-6)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis et turbis dicens.,

Adtendite ne . iustitiam uestram faciatis coram hominibus ne uideamini ab eis.,

Alioquin‹ mercedem non habetis aput patrem uestrum qui est in celis.,

Quum ergo facis elemosina‹ noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt in sinagogis et in ui*culis‹ ut honorificentur ab omnibus., Amen dico uobis receperunt mercedem suam.,

Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua ut sit elemosina tua in abscunditô., et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.,

Et cum oratis non eritis sicut | 432 | ypocrite qui amant in sinagogis et in angulis stantes orare . ut uideantur ab om*i*nibus., Amen dico uobis‹ receperunt mercedem suam.,

24 uinculis *corr.* 30 ominibus i *add. 2 manu sup. lin.*

Tu autem cum oraberis‹ intra in cubiculum tuum‹ et claude ostio tuo . ora patrem tuum in abscondito‹ et pater tuus qui uidet in abscondito‹ reddet tibi., amen

ITEM LECTIONES DE DOMINICIS.˙. QUOTIDIANOS., LEGENDUM IN PRIMO.˙. DNICO AD MISSAM ‖

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHAETE., (VI 1-13) DEO GRATIAS.,

IN ANNO QUO MORTUUS est rex ozias‹ uidi dominum sedentem super solium excaelsum et elebatum‹ et ea quae sub eo erant inplebant templum.,

Serafin quoque‹ staba*n*t super illut., Sex ale uni‹ et sex ale alteri.,

Duabus uelabant faciem eius‹ et duabus uelabant pedes eius‹ et duabus uolabant et clamabant alter ad alterum . et dicebant.,

Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus exercituum‹ plena est omnis taerra gloria eius.,

Et comota sunt liminaria . cardinum a uoce clamantis‹ et domus | 433 | impleta est fumo et dixi.,

Ueae mici‹ quia tacui.,

Quia uir pollutus labiis ego sum‹ et in medio populi polluta labia abentis ego habitô . et regem domin*um* exercituum uidi oculis meis.,

Et bolabit ad me unus de serafin‹ et in manu eius calculus quem forc*ype* **tulerat de altari‹ et tetigit os meum et dixit.,

Ecce tetigi hoc labia tua‹ et auferetur iniquitas tua‹ et peccatum tuum mundauitur.,

Et audiui uocem domini dicentis., Quem mittam‹ et quis . i*b*it nobis., Et dixi.,

Ecce ego sum mitte me.,

Et dixit., Uade et dic populo huic., Audite audientes et nolite

11 stabat *corr.* 21 dnm *corr. ex* dni 24 force / *manu* 27 iuit *corr.*

intelligere‹ et uidete uisionem et nolite ‖ cognoscere., Ex*ce*ca cor populi uiusˎ et aures eius adgrabaˎ et oculos eius claudeˎ ne forte uideant oculis suisˎ et auribus suis audiantˎ et corde suo intellegant‹ et conuertantur et sanem eos.,

Et dixi., Usquequo domine‹ et dixi., Donec desolentur ciuitates absque habitatoreˎ et domus sine homineˎ et terra relinquatur deserta‹,

Et longe faciet dominus homines et multiplicabitur quae derelicta fuerat in medio terraê . et aduc in ea decimatio., Et conuertetur et sanem eos.,

Et erit in ostensione sicut terebinctus‹ et sicut quercus quae expandit ramos suos., Semen sanctum erit‹ id quod steterit in ea., Amen. | 434 |

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (II 11-29)

FRATRES‹ non est personarum acceptio aput deum.,

Quicumque enim sine lege peccaberunt‹ sine lege peribunt., Et quicumque in lege peccaberunt‹ per legem iudicabuntur.,

Non enim auditores legis iusti sunt aput deum‹ sed factores legis iustificabuntur., Quum enim gentes quae legem non habentˎ naturaliter ea que legis sunt faciunt uiusmodi legem non habentes‹ ipsi sibi sunt lex‹ qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.,

Testimonium retentes illis conscientia sua‹ et inter se inuicem cogitationum adcusantium ‖ aut etiam defendentium‹ in die qua iudicabit dominus deus oculorum hominûm . secundum euangelium meum per ihesum xpm., Si autem tu iudaeus cognominarisˎ et requiescis in legeˎ et gloriaris in deoˎ et nosti . uolumtatemˎ et probas . utiliora instructus per legemˎ confidis te ipsum ducem esse caecorumˎ lumen eorum qui in tenebris suntˎ eruditorem insipientiumˎ magistrum infantiumˎ habentem formam scientie‹ et ueritatis in lege., Qui ergo alium docesˎ te ipsum non doces ?

1 exceca ce *add. sup. lin.*

Qui predicas non furandum\ furaris ? Qui dicis non mecandum mecaris ?

Qui abominaris idola\ sacrilegium facis ?

Qui *in lege* gloriaris\ per preuaricationem legis | 435 | deum inhonoras ?

Nomen enim dei per uos blasfematur in gentibus‹ sicut scribtum est.,

Circumcisio quidem prode est‹ si legem obserbes.,

Si autem preuaricator legis sis‹ circumcisio tua preputium facta est.,

Si igitur preputium *iustitias* leges custodiat‹ nonne preputium illius in circumcisione reputabitur ?

Et hoc iudicauit quod ex natura est preputium lege consummans te‹ qui per litteram et circumcisionem\ preuaricator legis es ? Non enim qui in manifesto iudaeus est neque qui in manifesto in carne circumcisio‹ sed qui in abscondito iudaeus *est* et circumcisio cordis in spiritu‹ non littera., ||

Cuius laus non ex om*i*nibus sed ex deo est., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,

(V 17-26)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens.,

Nolite putare‹ quoniam ueni legem solbere aut prophetas.,

Non ueni solbere‹ sed adinplere., Amen quippe‹ dico uobis., Donec transeat caelum *et* terra iota unum aut unus apix non preteribit a lege‹ donec omnia fiant.,

Qui ergo solberit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines‹ minimus uocabitur in regno caelorum., Qui autem fecerit et docuerit‹ hic magnus uocabitur in regno caelorum., Dico enim uobis‹ quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam | 436 | scribarum et fariseorûm . non intrabitis in regnum caelo-

4 in lege *add. marg. 2 manu*   11 iustitias *suppletum 2 manu*   16 est *add. 2 manu*   18 omnibus *corr.*

rum., Audistis quia dictum est antiquis non occides ? Qui autem occiderit reus erit iudicio.,

Ego autem‹ dico uobis.,

Quia omnis qui irascitur fratri suo‹ reus erit iudicio.,

Qui autem dixerit fratri suo raca‹ reus erit concilio.,

Qui autem dixerit fatue‹ reus erit geenne ignis.,

Si ergo offers munus tuum ad altare\ et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te‹ relinque ibi munus tuum ante altare . et uade prius reconciliare fratri tuô . et tunc ueniens offer munus tuum.,

Esto consentiens . aduersario tuo cito dum es in uia cum eo‹ ne forte aduersarius || tradat te iudici et iudex tradat te ministro‹ et in carcere mittaris.,

Amen dico tibî . non exies inde donec reddas nobissimum quadrantem.,

Qui habet aures audiendi audiat., amen.,

LEGENDUM IN SECUNDO DOMINICO.,

LAECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETAE., (V 8-16)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Ue qui coniungitis domum ad domum‹ et agrum ad agrum copulatis usque ad terminum loci., Numquid habitabitis soli uos in medio terre ? In auribus meisunt‹ haec dicit dominus exercituum.,

Ue qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam et potandum usque ad uesperam‹ ut uino extuetis.,

Cithara\ et lira\ et timphanum\ | 437 | et tibia\ et uinum in conuiuiis uestris‹ et opus domini non respicitîs . nec opera manum eius consideratis., Propterea captibus ductus est populus meus quia non abuit scientiam . et nobiles eius interierunt fame‹ et multitudo eius siti exaruit., Propterea dilatauit infernus animam suam‹ et aperuit hos suum absque ullo termino.,

Et descendent fortes eius et populus eius‹ et sublimes glori-osi*que eius ad eum.,

Et incurbauitur homo et humiliabitur uir‹ et oculi su*b*limium deprimentur., Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio‹ et deus srahel sanctificabitur in iustitia., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS.,
(I Cor. I 17-22) ||

FRATRES‹ non misit me xps babtizare‹ sed euangelizare.,
Non in sapientia uerbi‹ ut non euacuetur crux xpi., Uerbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est.,
Is autem qui salbi fiunt id est nobis‹ uirtus dei est.,
Scribtum est enim.,
Perdam sapientiam sapientium‹ et prudentiam prudentium reprobabo.,
Ubi sapiens⸜ ubi scriba⸜ ubi conquisitor huius saeculî.,
Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi ?
Nam quia in dei sapientiam non cognobit mundus per sapientiam deum‹ placuit deo per stultitiam predicationis salbos facere credentes.,
Quoniam et iudaei signa petunt⸜ | 438 | et greci sapientiam querunt‹ per fidem quae est xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(IV 18-23)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps ambulans iuxta mare galileae‹ uidit duos fratres . simonem qui uocatur petrus . et andream fratrem eius‹ mittentes redde in mare erant enim piscatores.,
Et ait illis . ihesus., Uenite post me‹ et faciam uos fieri piscatores hominum.,
At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.,
Et procidens inde‹ uidit alios duos fratres iacobum zebedei⸜ et iohannem fratrem eius in nabi cum zebedeo patre eorum‹ refi-

1 sulimium *corr.*

cientes retia sua et uocauit eos., Illi autem statim relictis retibus || et patrem⁄ secuti sunt eum.,

Et circuibat ihesus totam galileam docens in sinagogiis eorum⁄ et predicans euangelium regni et sanans omnem langorem⁄ et omnem infirmitatem in populo., amen.

III° DOMINICO.,

LECTIO LIBRI⁄ ESAYE PROPHETE., (V 18-27)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Ue qui traitis iniquitatem in funiculis uanitatum⁄ et quasi uinculum plaustri peccatum., Qui dicitis festinet et cito ueniat opus eius⁄ et uideamûs et adpropriet et ueniat consilium sancti srahel . et sciemus illut., Ue⁄ qui dicitis bonum malum⁄ et malum bonum., Ponentes tenebras lucemˆ et lucem in tenebras., Ponentes | 439 | amarum dulcem⁄ et dulcem in amarum., Ue⁄ qui sapientes estis in oculis uestris⁄ et coram uobis met ipsis prudentes., Ue⁄ qui potentes estis ad bibendum uinum⁄ et uiri fortes ad miscendam ebrietatem., Qui iustificatis impium pro muneribus eius⁄ et iustitiam iusti aufertis ab eo., Propter hoc⁄ sicut deuorat stipulam li*ngu*a ignis . et calor flame exurit⁄ sic radix eorum quasi fabilla erit et germen eorum ut pulbis ascendet., In omnibus is non est aduersus furor eius⁄ sed aduc manus eius extenta.

Et elebabit signum in nationibus procul et siuilabit ad eum de finibus terre . et ecce festinus uelociter ueniet., Non est deficiens neque laborans⁄ non dormi || tauit neque obdormiet neque solbetur cingulum renum eiusˆ nec rumpetur corrigia calciamentorum eius ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD ROMANOS., (VI 19-23)

FRATRES⁄ umanum dico propter infirmitatem carnis uestrae., Sicut enim exibuistis membra uestra seruire inmunditiae⁄ et

19 lingua *corr. 2 manu ex* ligna

iniquitati ad iniquitatem‹ ita et nu*n*c exibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem., Quum enim serui essetis peccati‹ liberi fuistis iustitiae.,

Quem ergo fructum abuistis tunc in is‹ in quibus nunc erubescitîs.,

Nam finis illorum‹ mors est.,

Nunc uero liberati a peccato serui autem facti deo‹ habetis fructum uestrum | 440 | in sancti*ficatione‹ finem uero uitam aeternam.,

Stipendia enim peccati mors., Gratia autem dei uita aeterna‹ in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(VIII 1-13)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps cum descendisset de montem‹ secutus est eum turbe multe.,

Et ecce leprosus ueniens adorabit eum dicens.,

Domine si uis‹ potes me mundare.,

Et extendens manum ihesus‹ tetigit eum dicens.,

Uolô . mundare.,

Et confestim‹ mundata est lepra eius., Et ait illi* ihesus.,

Uide . nemini dixeris‹ sed uade ostende te sacerdoti . et offers munus quod precepit moyses in testimonium illis., Quum autem introisset capharnaum‹ || accessit ad eum centurio rogans eum et dicens.,

Domine puer meus iacet in domo‹ paraleticus‹ et male torquetur., Et ait illi ihesus.,

Ego ueniâm . et curabo eum.,

Et respondens centurio‹ ait.,

Domine‹ non sum dignus ut intres sub tectum meum . sed tantum dic uerbo‹ et sanabitur puer meus.,

Nam et ego homo sum sub potestate constitutus‹ habens sub

1 nuc *corr.* 20 illis *corr.*

me militesˎ et dico huic uade et uadit . et alio ueni et uenit‹ et seruo meo fac hoc . et facit.,

Audiens autem ihesus miratus est‹ et sequentibus se dixit.

Amen dico uobis‹ non inueni tantam fidem in srahel.,

Dico autem uobis‹ quod multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et ysahac et iacob‹ | 441 | in regno caelorum., Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores‹ ibi erit fletus et stridor dentium.,

Et dixit ihesus centurioni.,

Uade et sicut credidisti fiat tibi‹ et sanatus est puer in illa hora., amen.

LEGENDUM IN IIII° . DOMINICO.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XL 27-31)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Quare dicis iacobˎ et loqueris srahel?

Abscondita est uia mea a domino‹ et a deo meo iudicium meum transibit.,

Numquid nescisˎ aut non audisti* deus sempiternusˎ dominus qui creauit terminos terrae ?, Non deficiet neque laborabit‹ nec est inuestigatio sapientiae eius.,

Qui dat lapsos uirtutemˎ et is qui non sunt fortitudinem‹ et robur multiplicat., ||

Deficient pueri et laborabunt‹ et iubenes in infirmitate cadent.,

Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinê . et adsument pinnas ut aquile., Current et non laborabunt‹ ambulabunt et non deficient., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XI 32-36)

FRATRES‹ conclusit deus omnia incredulitate‹ ut omnibus misereatur.,

18 audisti• s *erasum*

O altitudo diuitiarum sapientiae et scientie dei:

Quam inconpreensiuilia sunt iudicia eiusˎ et inuestigabiles uie ipsius.,

Quis enim cognobit sensum dominiˎ aut quis consiliarius eius fuit et ostendit illî.,

Aut quis prior dedit eiˎ et retribuetur illi.,

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia‹ ipsi gloria in secula seculorum., amen | 442 |

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(VIII 14-26)

IN ILLO TEMPORE‹ quum uenisset ihesus in domum petri‹ uidit socrum eius iacentem et febricitantemˎ et tetigit manum eius et dimisit eam febris‹ et surrexit et ministrabat eis.,

Uespere autem facto‹ obtulerunt ei multos demonia habentesˎ et eiciebat spiritus uerbo‹ et omnes male habentes curabit‹ ut adinpleretur quod dictum est per esayam prophetam dicentem., Ipsi infirmitates nostras accepit: et egrotationes ipse portabit.,

Uidens autem ihesus turbas multas circa se‹ iussit ire trans fretum., Et accedens unus scriba‹ dixit illi.,

Magister‹ sequar te quocumque ieris., Et dicit ei ihesus.,

Uulpes fobeas habent || et uolucres caeli nidos‹ filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.,

Alius autem de discipulis eius‹ ait illi., Domine‹ permitte me primum ire‹ et sepelire patrem meum., Iihesus autem‹ ait illi., Sequere me et dimitte mortuos‹ sepelire mortuos suos.,

Et ascendente eo in nabicula‹ secuti sunt eum discipuli eius.,

Et ecce motus magnus factus est in mari‹ ita ut nabicula operiretur fluctibûs . ipse uero dormiebat.,

Et accesserunt et suscitaberunt eum‹ dicentes.,

Domine‹ salba nos perimus.,

Et dicit eis.,

Quid timidi estis modice fidei ? Tunc surgens imperauit uentis et mari⁄ et facta est tranquillitas magna., amen. | 443 |

ITEM DE QUINTO DOMINICO.,

LECTIO LIBRI⁄ ESAYE PROPHETE (XLVIII 16-21)

HEC DICIT DOMINUS.,

Accedite ad me⁄ et audite hoc.,

Non a principio in abscondito loquutus sum⁄ ex tempore ante quam fieret ibi eram., Et nun*c* dominus misit me⁄ et spiritus eius.,

Haec dicit dominus redemtor tuus fortis srahel., Ego dominus deus tuus docens te utilia⁄ gubernans te in uia quam ambulabas., Utinam adtendisses mandata mea⁄ et facta fuisset sicut flumen pax tua et iustitia tua sicut gurgites aquarum⁄ et fuisset quasi arena semen tuum et stirpis uteris tui ut lapilli eius non interissênt . et non fuisset adtritum nomen eius affaciae mea., ||

Egredimini a babilone fu*g*ite a caldeis in uoce exultationis., Adnuntiate⁄ auditum facite hoc., Afferte illum usque ad extremum terrae⁄ dicite redemit dominus serbum suum iacob., Non sitierunt in deserto cum educeret eos . aquam de petra produxit eis⁄ et scidit petram et fluxerunt aquae., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD ROMANOS., (VI 12-18)

FRATRES⁄ non regnet peccatum in uestro mortali corpore⁄ ut obediatis concupiscentiis eius.,

Sed neque exibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato⁄ sed exibete uos deo tamquam ex mortuis uiuentes⁄ et membra uestra arma iustitiae deo., Quid ergo peccabimus quoniam non sumus sub lege⁄ sed sub gratia ? Absit. | 444 |

An nescitis quoniam cui exibuistis uos seruos ad obediendum⁄ serui estis eius cui obedistis sibe peccati ad mortem⁄ sibe obedientiae ad iustitiam.,

8 nunc c *add. sup. lin.*   15 fugite g *2 manu suppletum*

Gratias autem deo quod fuistis serui peccati‹ obedistis autem ex corde in eam formam doctrine‹ in qua* traditi estis.,

Nunc uero liberati a peccato‹ serui autem facti estis iustitiae per ihm xpm dominum nostrum., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(XXIV 3-36)

IN ILLO TEMPORE‹ Accesserunt discipuli ad dominum ihesum dicentes.,

Dic nobis› quod signum erit aduentus tui› et consummationem saecûli.,

Uidete‹ ne quis uos seducat.,

Multi enim uenient in nomine meo dicentes ego sum xps‹ et multos seducent.,

Audituri autem estis prelia et opiniones preliorum‹ || uidete ne turbemini.,

Oportet enim fieri haec‹ sed nondum est finis.,

Consurget enim gens in gentem› et regnum in regnum› et erunt pestilentiae et famis‹ et terrae motus per loca.,

Hec autem omnia˄ initia sunt dolorum.,

Tunc tradent uos in tribulatione et occident uos‹ et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.,

Et tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent‹ et odio abebunt inuicem.,

Et multi seudo prophete surgent‹ et seducent multos.,

Et quoniam habundabit iniquitas‹ et refrigescit karitas multorum.,

Qui autem perseberaberit usque in finêm . hic salbus erit.,

Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbem taerrarum . in testimonium omnibus gentibus‹ et tunc ueniet consumatio., | 445 |

Quum ergo uideritis abominationem desolationis› quae dicta

2 in qua• m *erasum* 25 Et *erasum 2 manu*

sunt a daniel*o* propheta stantem in loco sancto‹ qui legit intellegat.,

Tunc qui in iudea sunt fugient in montibus‹ et qui in tecto non descendet tollere aliquid de domo sua.,

Et qui in agro‹ non reuert*e*tur tollere tunicam suam.,

Ue autem pregnantibûs . et nutrientibus in illis diebus.,

Orate autem‹ ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato.,

Erit enim tunc tribulatio magna‹ qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet., Et nisi brebiati fuissent dies illi‹ non fieret salba omnis caro.,

Sed propter electos brebiabuntur dies illi.,

Tunc si quis uobis dixerit ecce hic est xps aut illic‹ nolite credere., ||

Surgent enim seudo xpi‹ et seudo prophete . et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur‹ si fieri potest etiam electi.,

Ecce predixi uobis.,

Si ergo dixerint uobis ecce in deserto est‹ nolite exire.,

Ecce in penetrabilibus . nolite credere.,

Sicut enim fulgur exiit ab oriente et par*e*t usque in occidente‹ ita erit aduentus filii hominis.,

Ubicumque fuerit corpus‹ illic congregabuntur et aquile.,

Statim autem post tribulationem dierum illorum‹ sol obscurabitur‹ et luna non dauit lumen suum‹ et stelle cadent de caelo‹ et ui*rtut*es caelorum commobebuntur.,

Et tunc pareuit signum | 446 | filii hominis in caelo.,

Et tunc plangent omnes tribus terrae‹ et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli . cum uirtute multa et magestate excelsa.,

Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna‹ et congregabuntur electos eius a quattuor uentis a sumis caelorum‹ usque ad terminos eorum.,

AB ARBORE AUTEM FICI‹ discite parabolam.,

1 danielo o *add. seriori manu* 4 reuertatur *1 manu* 19 parit *corr.* 24 uirtutes rtut *2 manu*

Quum iam ramus eius tener fuerit et folia nata‹ scitote quia prope est estas.,

Ita et uos quum uideritis hec omnia‹ sciatis quia prope est in ianuis.,

Amen dico uobîs . quia non preteribit haec generatio‹ donec omnia fiant.,

Caelum et terra transibunt‹ || uerba autem mea non preteribunt., De die autem illa et hora nemo scit‹ neque angeli caelorúm‹ nisi pater solus., amen.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE (XLVIII 12-15)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Audi mę iacob et srahel quem ego uoco‹ ego ipse ego primus et nobissimus.,

Manus quoque mea fundaberunt terram‹ et dextera mea mensa est caelos‹ et ego uocabo eos et stabunt simul., Congregamini omnes uos et audite‹ quis de his adnuntiabit haêc.

Dominus dilexit eum et faciat uolumtatem suam in babilone‹ et bracium suum in caldeis., Ego loquutus sum et uocabi eum‹ adduxi* eum et directa est uia eius., amen.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XII 1-16) |447|

FRATRES‹ obsecro uos per misericordiam dei‹ ut exibeatis corpora uestra hostiam uibentem sanctam deo placentem.

Rationabilem obsequium uestrum et nolite confirmari u*h*ic saeculi‹ sed reformamini in nouitate sensus uestri‹ ut probetis que sit uolumtas dei bona placens et perfecta.,

Dico autem uobis per gratiam dei quae data est mici‹ omnibus qui sunt inter uos.,

Non plus sapere quam oportet sapere‹ sed sapere ad sobrietatêm . et unicuique sicut d*i*uisit deus mensuram fidei.,

23 uhic h *add. sup. lin.* 29 duisit *corr.*

10 Titulum supple : LEGENDUM SEXTO DOMINICO.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus‹ membra autem omnia cum sint de uno corpore non eundem actum habent‹ || ita multi unum corpus sumus in xpo., Singuli autem alter alterius membra.,

Abentes autem donationem secundum gratiam quae data est nobis differentiae siue profetiae secundum rationem fidei‹ sibe misterium in ministrando‹ siue qui docet in doctrina.,

Qui exortatur‹ in exortatione.,
Qui tribuet‹ in simplicitate.,
Qui pre est‹ in sollicitudine..
Qui miseretur‹ in ilaritate.,
Dilectio‹ sine simulatione.,
Odientes malum‹ aderentes bonum.,
Karitatem fraternitatis‹ inuicem diligentes.,
Honore‹ inuicem preferentes.,
Sollicitudinem‹ non pigri.,
Spiritu ferbentês . deo seruientes.,
Spe gaudentes‹ in tribulatione patientes.,
Oratione instantes memoriis sanctorum comunicantes‹ | 448 | ospitalitatem sectantes.,
Benedicite‹ persequentes uos.,
Benedicite‹ et nolite maledicere.,
Gaudete‹ cum gaudentibus.,
Flete‹ cum flentibus.,
Idipsum inuicem sentientes.,
Non alta sapientes‹ sed umilibus consentientes‹ per fidem que est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(VII 12-21)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., Omnia quecumque uultis ut faciant uobis homines‹ ita et uos facite eis.,

Haec est enim lex‹ et prophete.,

Intrate per angustam portam‹ quia lata porta et spatiosa uia quae ducit ad perdictionem˄ et multi sunt qui intrant per eam.,

Quam angusta porta et arta uia quae ducit ad uitam‹ ‖et pauci sunt qui inueniunt eam., Adtendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestibus ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces‹ a fructibus eorum cognoscetis eos., Numquid colligunt de spinis ubas‹ aut de tribulis ficus ?

Sic omnis harbor bona‹ fructus bono*s* facit.,

Mala autem harbor‹ fructus malos facit., Non potest harbor bona malos fructus facerê . neque harbor mala fructus bonos facere

Omnis harbor quae non facit fructum bonum‹ excidetur et in igne mittetur.,

Igitur ex fructibus eorum‹ cognoscetis eos., Non omnis qui dicit mici domine . domine intrabit in regnum caelorum‹ sed qui facit uolumtatem patris mei qui in celis est‹ | 449 | ipse intrabit in regnum caelorum.,

UII[a]

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LI 1-3)

IN DIEBUS ILLIS‹ ait esaias.,

Audite me qui sequimini quod iustum est‹ et queritis dominum., Adtendite ad petram unde excisi estis‹ et ad cabernam laci de qua pr*e*cisi estis.,

Adtendite ad abraham patrem uestrum‹ et ad sarram que peperit uos.,

Quia unum uocabi eum‹ et benedixi ei et multiplicabi eum., Consolauitur ergo dominus syon‹ et consolabuntur omnes ruine eius et ponet desertum eius quasi delicias‹ et solitudinem eius quasi ortum domini., Gaudium et letitiam inuenietur in ea‹ gratiarum actio et uox laudis., amen., ‖

9 fructos 2 *manu*   bonos s *add. sup. lin.*   23 prcisi *corr.*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI⁄ AD ROMANOS., (XII 16-21)

FRATRES⁄ nolite esse prudentes aput uos met ipsos⁄ nulli malum pro malo reddentes., Prouidentes bona non tantum coram deo⁄ sed etiam coram hominibus.,

Si fieri potest quod ex uobis est⁄ cum omnibus hominibus pacem habentes., Non uos met ipsos defendentes karissimi⁄ sed date locum ire.,

Scriptum est enim.,

Mici uindictam⁄ ego retribuam dicit dominus.,

Sed si esurierit inimicus tuûs . ciba illum.,

Si sitit⁄ potum da ei.,

Hoc enim faciens⁄ carbones ignis congeres super caput eius.,

Noli uinci a malo⁄ sed uince in bono malum⁄ per fidem quae est in xpo ihesu domino nostro., amen | 450 |

LECTIO SANCTI EUANGELII⁄ SECUNDUM MATHEUM., (Marc. I 35-44)

IN ILLO TEMPORE⁄ egressus ihesus abiit in desertum locum⁄ ibique orabat., Et secutus est eum symon⁄ et qui cum illo erant., Et cum inuenissent eum dixerunt eî . quia omnes querunt te.,

Et ait illis., Eamus in proximos uicos et ciuitates ut ibi predicem⁄ ad oc enim ueni., Et erat predicans in sinagogiis eorum et omni galilea demonia eiciens.,

Et uenit ad eum leprosus deprecans eum et genuflexu dixit., Domine si uis⁄ potes me mundare., Ihesus autem misertus eius extendens manum suam⁄ et tangens eum dixit illi., Uolô mundare., Et quum dixisset statim discessit ab eo lepra⁄ et mundatus est.,

Et cominatus ei statim || egecit illum et dicit ei.,

Uide nemini dixeris sed uade ostende te principibus sacerdotum⁄ et offer pro emundatione tua quod precepit moyses in testimonium illis., amen

UIII°.,

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XLIX 1-6)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Audite insule‹ et adnuntiate populi de longe.,

Dominus ab utero uocabit me‹ de uentre matris meae recordatus est nominis mei‹ et posuit os meum quasi gladium acutum.,

In umbra manus suae protexit me‹ et posuit me quasi signum ad sagittam.,

In faretra sua abscondit me‹ et dixit mici., Serbus meus es tu srael‹ quia in te glorificabor., Et ego dixi in uacuum laborabi sine causa‹ | 451 | et uane fortitudinem meam consumsi.,

Ergo iudicium meum cum domino‹ et opus meum cum deo meo?

Et nunc haec dicit dominus.,

Formans *m*e ex utero serbum siui‹ ut reducam iacob ad eum et srahel congregabitur., Et glorificatus sum in oculis domini‹ et deus meus factus est fortitudo mea.,

Et dixit., Parum est ut sis mici serbus ad suscitandum tribus iacob‹ et feces srael conuertendas.,

Dedi te in lucem gentium‹ ut si*s* salus mea usque ad extremum terrae., Ait dominus omnipotens., Amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XVI 17-20)

FRATRES‹ rogo uos ut obserbetis eos qui dissesiones et scandala preter doctrinam quam uos didicistis faciunt‹ || et declinate ab illis.,

Huiusmodi enim xpo domino nostro non seruiunt sed suo uentri‹ et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium.,

Uestra enim obedientia‹ in omnem locum diuulgata est.,

11 uana *2 manu* 15 me m *in ras.* 20 sis *corr. ex* sit

Gaudeo igitur in uobis‹ sed uolo uos sapientes esse in bonô . et simplices in malo., Deus autem pacis conterat satan sub pedibus uestris uellociter., Gratia domini nostri ihesu xpi uobiscum., amen

LECTIO SANCTI EVANGELII‹ SECUNDUM MARCUM.,
(V 21-34)

IN ILLO TEMPORE‹ cum transcendisset ihesus in nauicula trans fretum‹ conuenit multa turba ad illum et erat circa mare.,

Et uenit quidam de arcis sinagogis nomine iairus et uidens eum procidit ad pedes eius‹ et deprecabatur | 452 | eum multum dicens.,

Quoniam filia mea in extremis est‹ ueni inpone manum super eam ut salba sit et uibat., Et abiit cum illo‹ et sequebatur eum turba multa et comprimebant illum.,

Et mulier quedam erat in proflubio sanguinis annis duodecim et fuerat multa perpessa a conpluribus medicis‹ et erogaberat omnia sua nec quicquam profecerat˄ sed magis deterius habebat., Quum audisset de ihesu‹ uenit in turba retro et tetigit uestimenta eius.,

Dicebat enim quia si uel uestimenta eius tetigero‹ salba ero., Et confestim siccatus est fons sanguinis eius‹ et sensit corpori quod sanata esset a plaga., ||

Et statim ihesus cognoscens in semetipso uirtutem que exierat de eo‹ conuersus ad turbas agebat.,

Quis tetigit uestimenta mea.,

Et dicebant ei discipuli eius.,

Uides turbam conprimentem te‹ et dicis quis tetigit me ?

Et circum inspiciebat uidere eam quae hoc fecerat.,

Mulier autem timens et tremens‹ sciens quod factum esset in se‹ uenit et procidit ante eum et dixit ei omnem ueritatem.,

Ille autem dîxit ei.,

Filia‹ fides tua te salbam fecit., Uade in pace et esto sana a plaga tua., amen.

LECTIO NONAM

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (LXVI 10-13 passim)

HAEC DICIT‹ DOMINUS.,

Letamini cum iherusalem‹ et exultate in ea omnes qui diligitis . eam., | 453 |

Gaudete cum ea gaudio magno uniuersi qui lugebatis super eam‹ ut sugatis et repleamini ab ubere consolationis eius‹ ut mulgeatis et deliciis afluamini ab omnimoda gloria eius

Quia haec dicit‹ dominus.,

Ecce ego declinabo super eam quasi flubium pacis‹ quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis., Quomodo sicut mater blandiatur‹ ita et ego consolabor uos et in iherusalem consolabimini‹ et sanabo contrictiones uestras dicit dominus exercituum.,

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XIII 10-14)

FRATRES‹ dilectio proximi malum non operatur., Plenitudo autem legis est dilectio., Et hoc scientes tempus‹ quia hora est || iam nos de somno surgere.

Nunc enim proprior est nostra salus quam credimus

Nox precessit: dies autem adpropinquabit.,

Abiciamus ergo a nobis opera tenebrarum‹ et induamus nos arma lucis sicut in diae oneste ambulemus., *Non in come*satio-nibus‹ et ebrietatibus* Non in cubilibus‹ et inpudicitiis.,

Non in contemtione et emulatione‹ sed induimini dominum nostrum ihesum xpm., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,
(Marc. X 17-31)

IN ILLO TEMPORE‹ quum egressus esset ihesus in uiam‹ procurrens quidam genuflexu ante eum rogabat eum

7 sugeatis *2 manu* 22 Non — ebrietatibus *add. marg. 2 manu* come•sationibus s *erasum*

dicens., Magister bone‹ quid faciam ut uitam eternam percipiam.,

Ihesus autem dixit ei.,

Quid me dicis bonum‹ nemo bonum nisi solus deus., | 454 |

Precepta‹ nosti., Ne adulteres⸜ ne occidas⸜ ne fureris⸜ ne falsum testimonium dixeris‹ ne fraudem feceris., Honora patrem tuum‹ et matrem.,

Et ille respondens‹ ait illi.,

Magister‹ omnia haec conserbaui a iubentute mea.,

Ihesus autem intuitus eum‹ dilexit eum et dixit illi.,

Unum tibi de est., Uade quecumque habes uende et da pauperibus . et habebis tesaurum in caelis‹ et ueni sequere me.,

Qui contristatus in verbo‹ abiit merens erat enim habens possessiones multas.,

Et circum inspiciens ihesus‹ ait discipulis suis.,

Quam dificile est qui pecunias habent⸜ in regnum dei introirê., Discipuli autem obstupescebant in || uerbis eius., At ihesus rursum respondens dixit illis.,

Filioli‹ quam dificile est confitentes in pecuniis⸜ regnum dei introîre.,

Facilius est camelum per foramen acus transire‹ quam diuitem intrare in regnum caelorum.,

Qui magis admirabantur dicentes ad semet ipsos.,

Et quis potest salbus fiêri.,

Et intuens in illos ihesus‹ ait.,

Aput homines inpossiuile est‹ sed non aput deum.,

Cepit ei petrus dicere.,

Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te⸜ quid erit nobîs

Respondens ihesus ait.,

Amen amen dico uobis‹ nemo est qui reliquerit domos⸜ aut fratres⸜ aut sorores aut matrem⸜ aut patrem⸜ aut filios⸜ aut agros | 455 | propter me aut propter euangelium‹ qui non accipiet centies tantum.,

Nunc in tempore hoc domos⸜ et fratres⸜ et sorores⸜ et ma-

tres‹ et filios‹ et agros‹ cum persecutionibus‹ et in seculo futuro uitam aeternam.,

Multi autem erunt primi nobissimi‹ et nobissimi primi., amen

ALIUM.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MARCUM.,
(X 46-52)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps‹ uenit ierico‹ et discipuli eius et plurima multitudo., Et proficiscente eo de iherico‹ filius . timei bartimeus cecus sedebat iuxta uiam mendicans.,

Qui‹ quum audisset quia ihesus nazarenus esset‹ caepit clamare et dicere.,

Fili dauid ihesu‹ miserere mei.,

Et cominabantur illi‹ multi ut taceret., ||

At ille‹ multo magis clamabat., Fili dauid ihesu‹ miserere mei., Et stans ihesus precepit illum uocari‹ et uocant cecum dicentes ei.,

Amice‹ animequior esto surge** uocat te.,

Qui proiecto uestimento suo‹ exiliens uenit ad eum.,

Et respondens illi ihesus dixit

Quid uis tibi faciam.,

Cecus autem dixit *ei*.,

Rabboni‹ ut uideam.,

Ihesus autem dixit illi.,

Uade fides tua te salbum fecit., amen.

DECIMUS.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE (XXXI 31-34)

ECCE DIES UENIUNT dicit dominus‹ et feriam domui srahel et domui iuda fedus nobum., non secundum pactum quod

22 ei *add. 2 manu*

pepigi cum patribus eorum‹ in die quando adpreendi manum eorum ut educerem | 456 | eos de terra egypti.,

Pactum quod irritum fecerunt et ego dominatus sum eorum dicit dominus‹ sed oc erit pactum quod feriam cum domo srahel., Post dies illos dicit dominus‹ dabo legem meam in uisceribus eorum et in corda eorum scribam eam‹ et ero eis in deûm . et ipsi erunt mici in populum.,

Et non docebunt ultra uir proximum suum‹ et uir fratrem suum dicens., cognoscite dominum., Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum eorum‹ ait dominus.,

Quia propitiabor iniquitati eorum‹ et peccatum eorum non memorabor amplius ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (I Cor. III 16-23)

FRATRES‹ nescitis quia templum dei estis⸌ || et spiritus dei habitat in uobis ?

Si quis templum dei uiolaberit‹ disperdet illum deus., Templum enim dei est sanctum *** quod estis uos.,

Nemo uos seducat., Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo‹ stultus fiat ut sit sapiens.,

Sapientia enim huius mundi‹ stultitia est aput deum.,

Scriptum est enim.,

Conpreendam sapientes‹ in astutia eorum., Et iterum., Dominus nobit cogitationes sapientium quoniam uane sunt.,

Itaque nemo gloriaetur in homine‹ omnia enim uestra sunt.,

Siue paulus⸌ siue apollo⸌ siue chefas⸌ siue ic mundus⸌ siue uita⸌ siue mors⸌ siue presentia⸌ siue futûra . omnia enim uestra sunt., Uos autem xpi‹ xps autem dei‹ cui gloria in secula seculorum., amen., | 457 |

18 sanctum] est *eras.* 27 chefah *2 manu*

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (IV 31-V 11)

IN ILLO TEMPORE‹ descendit ihesus in capharnaum ciuitatem galileae‹ ibique docebat eos turbas sabbatis., Et stupebant in doctrina eius‹ quia in potestate erat sermo ipsius.,

Et in sinagoga erat homo habens daemonium inmundum‹ et exclamabit uoce magna dicens.,

Sîne . quid nobis et tibi ihesu nazarene‹ uenisti perdere nôs., Scio te‹ quod sis sanctus dei.,

Et increpauit illi ihesu dicens.,

Obmutescê . et exi ab illo.,

Et cum proiecisset illum daemonium in medium‹ exiit ab illo nicilque illi nocuit., Et factus est pabor in omnibus‹ et conloquebantur ad inuicem ‖ dicentes., Quod est hoc uerbum‹ quia in potestate et uirtute inperat inmundis spiritibus et exeunt.,

Et diuulgabatur famam de illo in omnem locum regionis.,

Surgens autem de sinagoga‹ introibit in domum symonis.,

Socrus autem symonis‹ tenebatur magnis febribûs . et rogaberunt illum pro ea.,

Et stans super ea imperabit febri et dimisit illam‹ et continuo surgens ministrabat illis.,

Cum sol autem occisisset‹ omnes qui abebant infirmos uariis langoribus ducebant illos ad eum.,

At ille singulis manus inponens‹ curabat eos.,

Exiebant autem demonia a multis clamantium et dicentium‹ quia tu es | 458 | filius dei., Et increpans non sinebat eos loqui‹ quia sciebant ipsum esse xpm.,

Facta autem haec‹ egressus ibat in desertum locum et turbae requirebant eum et inuenerunt usque ad ipsum et detinebant illum‹ ne discederet ab eis.,

Quibus ille ait.,

22 occisiset *corr.*

Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei‹ quia ideo missus sum., Et erant predicans‹ in sinagogiis galileae., Factum est autem cum turbe inruerent in eum‹ ut audirent uerbum dei‹ et ipse stabat secus stagnum genessaret.,

Et uidit duas nabes stantes secus stagnum‹ piscatores autem descenderunt et lababant retia.,

Ascendens autem in nabem ‖ quae erat symonis‹ rogabat eum ut a terra reduceret pusillum., Et sedens‹ docebat de nabicula.,

Ut cessauit autem loqui‹ dicit ad simonem.,

Duc in altûm . et laxate retia uestra in capturam.,

Et respondens symon‹ dixit illi., Preceptor‹ per totam noctem laborantes‹ nicil cepimus.,

In uerbo autem tuo‹ laxabo rete.,

Et quum hoc fecisset‹ concluserunt piscium multitudinem copiosam.,

Rumpebatur autem rete eorum‹ et annuerunt sociis . qui erant in alia nabe‹ ut uenirent et adiubarent eos., Et uenerunt et impleberunt ambas nauiculas‹ ita ut mergerentur.,

Quod cum uideret symon petrus‹ procidit ad pedes | 459 | ihesu dicens., Exi a me domine‹ quia homo peccator sum.,

Stupor enim circumdederat eûm . et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant.,

Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei qui erant socii symonis.,

Et ait ad symonem ihesus.,

Nolite timere., Ex oc iam hominis eris capiens.,

Et subductis a terram nabibus‹ relictis omnibus secuti sunt eum., amen

XI°.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (VIII 4-6, 11; IX 3-5, 9-10, 23-24)

HEC DICIT DOMINUS.,

Num quid qui cadet non resurget‹ aut qui aduersus est non

reuertetur ? Quare ergo aduersus est populus iste in iherusalem‹ aduersione contemtiosa., Adpreenderunt mendacium‹ || et noluerunt reuerti.,

Adtendi et abscultaui nemo quod bonum est loquitur‹ nullus est qui agat penitentiam super peccato suo dicens quid feci*.,

Omnes enim conuersi sunt ad cor suum quasi equus impetu uadens in prelio‹ et sanabant contrictionem populi mei ad ignominiam dicentes.,

Pax . pax‹ et non erat pax.,

Confortati sunt in terra‹ quia de malum ad malo egressi sunt‹ et me non cognoberunt dicit dominus.,

Unusquisque se ad proximo suo custodiât . et in fratre suo non habeat fiduciam.,

Quia omnis frater subplantans subplantauit‹ et omnis amicus fraudelenter incedit‹ et uir fratrem suum | 460 | deridebit et ueritatem non loquetur.,

Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium‹ et ut inique agerent laboraberunt.,

Numquid super is non uisitabo dicit dominus‹ aut in gentem uius cemodi non ulciscetur anima mea ?

Super montes adsumant fletum ac lamentum‹ et super speciosa deserti planctum magnum‹ quoniam incensse sunt eo quod non sit transiens., Haec dicit dominus.

Non gloriaetur sapiens in sua sapientia‹ neque gloriaetur fortis in fortitudine sua.,

Et non gloriaetur diues in diuitiis suis‹ sed in eo gloriaetur qui gloriatur scire et nosse me.,

Quia ego sum dicit dominus qui facio misericordiam et iudicium in terram., Haec enim placent || mici‹ ait dominus omnipotens., amen

6 fecit t *erasum*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS. Iª., (VI 12-20)

FRATRES‹ omnia mici licent‹ sed non omnia expediunt., Omnia mici licênt . sed non omnia edificant., Omnia mici licent‹ sed ego sub nullius redigar potestate.,

Esca uentri‹ et uenter escis‹ deus autem et unc et haec dextruet., Corpus autem non fornicationis sed domino‹ et deus corpori.,

Deus uero et dominum suscitauit‹ et nos suscitauit per uirtutem suam.,

Nescitis quia corpora uestra\ membra xpi sunt.,

Tollens ergo membra xpi\ faciam membra meretricis?

Absît., An nescitis\ quoniam qui aderet meretrici\ unum corpus efficitur

Erunt enim inquid duo in carne una., | 461 |

Qui autem aderet domino‹ unus spiritus efficitur., Fugite fornicationem.,

Omne peccatum quocumque fecerit homo‹ extra corpus est., Qui autem fornicatur‹ in corpus suum peccat.,

An nescitis quoniam membra uestra templus est spiritus sancti qui in uobis est‹ quem habetis a deo et non estis uestri.,

Emti enim estis pretio magno‹ glorificate et portate dominum in corpore uestro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (V 12-26)

IN ILLO TEMPORE‹ quum esset ihesus in unam ciuitatem‹ ecce uir plenus lepra uidens ihesum et procidens in faciem suam rogabit eum dicens.,

Domine‹ si uis potes me mundare., Et extendens manum tetigit illum dicens., ||

Uolô . mundare., Et confestim lepra discessit ab illo‹ et ipse precepit illi ut nemini diceret.,

Sed uade et ostende te sacerdoti‹ et offer pro emundatione tua‹ quod precepit moyses in testimonium illis.,

Perambulabat magis sermo de illo‹ et conueniebantur turbe multe ut audirent et curarentur ab infirmitatibus suis.,

Ipse autem secedebat in desertum et orabat.,

Et factum est in una dierum et ipse sedebat docens.,

Et erant farisei sedentes et legis doctores‹ qui uenerant ex omni castello galilee et iudee et iherusalem., Et uirtus erat domini‹ ad sanandum eos.,

Et ecce uir portantes in lecto hominem qui erat paraleticus‹ | 462 | et querebant eum inferre et ponere ante eûm . et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba.,

Ascenderunt supra tectum‹ et sub tegulas submiserunt illum cum lecto in medium ante ihesum., Quorum fidem ut uidit‹ dixit.,

Homo‹ remittuntur tibi peccata tua., Et ceperunt cogitare scribe et farisei dicentes., Quis est ic‹ qui loquitur blasfemiâs .

Quis poterit dimittere peccata‹ nisi solus deûs .

Ut cognobit autem ihesus cogitationes eorum‹ respondens dixit ad illis., Quid cogitatis in cordibus uestrîs .

Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua‹ an dicere surge et ambulâ . Ut autem sciatis quia filius hominis || potestatem habet in terra dimittere peccata‹ ait paraletico., Tibi dico‹ surge., Tolle lectum tuûm . et uade in domum tuam.,

Et confestim surgens coram illis‹ tulit in quo iacebat et abiit in domum suam magnificans deum‹ et stupor adpreendit omnes et magnificabant dominum., Et repleti sunt timore dicentes‹ quia uidimus mirabilia odie., amen.

XII°.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (III 14-23)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Conuertimini filii reuertentes‹ quia ego uir uester., Et adsummam uos unum de ciuitate‹ et alium de cognatione.,

Et introducam uos in syon et dabo uobis pastores iuxta cor meum‹ et pascent uos scientia et doctrina., | 463 |

Quumque multiplicati fueritis et creberitis in terra in diebus illis ait dominus‹ non dicent ultra arca testamenti domini., Neque ascendet super cor neque recordabuntur illius‹ neque uisitabitur nec fiet ultra., In tempore illo uocabunt iherusalem solium domini‹ et congregabuntur ad eum omnes gentes in nomine domini in iherusalem‹ et non ambulabunt post prabitatem cordis sui pessimi.,

In diebus illis ibit domus iuda ad domum srahel‹ et uenient simul de terra aquilonis‹ ad terra quam dedi patribus uestris., Ego autem dixi quo modo ponam te in filiis‹ et tribuam tibi terram desiderabilem hereditatem preclaram exercitum gentium.,

Et dixi., Patrem uocabis me‹ || et post me ingredi non cessabis., Sed quo modo si contemnat mulier uirum suum‹ sic contemsit me domus srahel ait dominus., Uox in uiis audita est‹ ploratus et ululatus filiorum srahel.,

Quoniam iniquam fecerunt uiam suâm . et obliti sunt domini dei sui., Conuertimini filii reuertentes‹ et sanabo aduersiones uestras dicit dominus exercituum., Ecce enim nos uenimus ad te‹ tu enim es domine deus noster.,

Uere mendaces erant colles multitudo montium‹ uere in domino deo nostro salus srahel.,

EPISTOLA PAULI . APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . I^a.

(XII 27-XIII 8)

FRATRES‹ uos estis corpus xpi‹ et membra de membro.,

Et quosdam quidem posuit deus in aeclesia., Primum‹ apostolos.,

Secundo‹ profetas., Tertio‹ doctores., Deinde‹ uirtutes., | 464 | Exinc‹ gratia curationum.,

Opitulationes‹ gubernationes‹ genera linguarum.,

Numquid omnes apostoli‹

Numquid omnes prophete\

Numquid omnes doctores\

Numquid omnes uirtutes\

Numquid omnes gratiam habent curationum ?

Numquid omnes linguis loquuntur\ numquid omnes interpretantur ?

Emulamini autem carismata meliora‹ et aduc excellentiorem uiam uobis demonstro.,

Si linguis omnium loquar et angelorum\ caritatem autem non abeam‹ factus sum uelut eramentum sonans . aut cimbalum tinniens., Et si abuero profetiam\ et noberim misteriam omnia\ et omnem scientiam\ et si abuero omnem fidem\ ita ut montes transferam:, ||

Karitatem autem non habeam‹ nicil sum., Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas\ et si tradidero corpus meum ut ardeam\ karitatem autem non habeam‹ nicil mici prode est., Karitas‹ patiens est., Benigna est.,

Karitas‹ non emulatur\ non agit perperam\ non inflatur\ non est ambitiosa\ non querit que sua sunt\ non inritatur\ non cogitat malum\ non gaudet super iniquitatem‹ congaudet autem ueritati., Omnia suffert\ omnia credit\ omnia sperat‹ omnia sustinet., Karitas numquam excedit‹ per fidem quae est in xpo ihesu domino nostro., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAM., (V 27-VI 10)

IN ILLO TEMPORE‹ egressus ihesus in deserto‹ uidit publicanum nomine leui sedentem | 465 | ad telonium‹ et ait illi.,

Sequere me., Et relictis omnibus‹ surgens secutus est eum., Et fecit ei conuibium magnum leui in domo sua‹ et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes: et murmurabant farisei et discipuli eorum dicentes ad discipulos eius.,

Quare cum publicanis et∗ pec∗catoribus\ manducatis et uibîtis. Et respondens ihesus dixit ad illos., Non egent qui sani sunt medicum‹ sed qui male habent.,

Non ueni uocare iustos‹ sed peccatores in penitentiam., At illi‹ dixerunt ad eum., Quare discipuli iohannis ieiuna*n*t frequenter ‖ et obsecrationes faciunt similiter et fariseorum\ tui autem edunt et uibûnt.,

Quibus ipse ait., Numquid potest filius sponsi dum cum illis est sponsus\ facere ieiunare ?

Uenient autem dies et cum ablatus fuerit ab illis sponsus‹ et tunc ieiunabunt in illis diebus.,

Dicebat autem et similitudinem ad illos.,

Quia nemo conmisuram a uestimento nobo‹ inmittit in uestimentum uetus., Alioquin‹ et nobum rumpit et ueteri non conuenit conmisuram a nobo., Et nemo mittit uinum nobum in uteres ueteres., Alioquin‹ rumpet uinum nobum ut∗res‹ ipsut effundetur et uteres peribunt., | 466 |

Sed uinum nobum in uteres nobos mittendum est‹ et utraque conserbantur.,

Et nemo biuens uetus‹ statim uult nobum dicit enim uetus melius est., Factum est autem in sabbato secundo primum cum transiret per sata‹ uellebant discipuli eius spicas et manducabant confricantes manibus.,

Quidam autem fariseorum‹ dicebant illis., Quid facietis\ quod non licet in sabbatîs., Et respondens ihesus‹ dixit ad eos.,

Nec oc legistis quid fecit dauid cum esuriret ipse et qui cum ipso erant\ quo modo intrabit in domum dei et panes propositionis sumsit et manducauit\ et dedit qui cum ipso erant\ quos non licebat manducare\ ‖ misi tantum sacerdotibus ?

Et dicebat illis., Quia dominus est filius hominis aetiam sabbati.,

Factum est autem et in alio sabbato‹ ut intraret in sinagoga et doceret.,

5 ieiunant n *add. 2 manu* 16 uteres e *eras.* 26 legitis *corr.*

Et erat ibi homo habens dextera manus eius arida.,

Obserbabant autem scribe et farisei . si in sabbato curaret‹ ut inuenirent unde accusarent eum.,

Ipse uero sciebat cogitationes eorum., Et ait homini qui abebat manum aridam.,

Surge‹ et sta in medio.,

Et surgens‹ stetit., Ait ad illos ihesus., Interrogo uos si licet sabbato bene facere‹ an male., Animam salbam facere‹ an perdere.,

Et circum spectis omnibus‹ dixit homini., Extende manum tuam‹ extendit et restituta est manu eius., | 467 |

TERTIODECIMUS.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (V 20-VI 1)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Adnuntiate haec domui iacob‹ et auditum facite in iudea dicentes., Audi popule stulte qui non habes cor‹ qui habentes oculos non uidetis‹ et aures et non auditis ? Me ergo non timebitis ait dominus‹ et faciem meam non doleuitis ? Qui posui arenam terminum mari‹ preceptum sempiternum quod non preteribit., Et commobebuntur et non poterunt et intumescunt fluctus eius‹ et non transibunt illut., Populo autem huic factum est cor incredulum‹ et exasperans.,

Recenserunt et abierunt et non dixerunt in corde suo ‖ metuamus dominum deum nostrum‹ qui dat nobis plubiam temporaneam et serotinam in tempore suo., Plenitudinem annue messis‹ custodientem nobis.,

Iniquitates nostrae declinaberunt haec‹ et peccata nostra proiberunt bonam a nobis., Quia inuenti sunt in populo meo inpii insidiantes quasi a*u*ccupes‹ laqueos po*n*entes et peducas ad capiendos uiros.,

29 accupes *corr.* potentes *corr.*

Decipula plena abibus‹ sic domus eorum plena dolo.,

Ideo magnificati sunt et ditati‹ incrassati sunt et inpinguatî . et preterierunt sermones meos pessime.,

Causam uiduae non audierunt\ causam pupilli non dixerunt‹ et iudicium pauperum non iudicaberunt.,

Numquid super is non uisitabo . | 468 | dicit dominus\ aut super gentem huiuscemodi . non ulciscetur anima mea ?

Stupor et mirabilia facta sunt in terra.,

Prophete prophetabunt mendacium‹ et sacerdotes adplaudebant manibus suîs . et populus meus dilexit talia., Quid igitur fiet\ in nobissimo eiûs.,

Confortamini filii ueniamin in medio iherusalem‹ et sanabo contrictiones uestras dicit dominus omnipotens., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . I^{a}.,

(II Cor. VI 11-VII 1)

FRATRES‹ os nostrum pateat ad uos., O corintii cor nostrum dilatatum est., Non angustiamini in nobis‹ angustiamini . autem in uisceribus uestris.,

Eandem autem habentes remunerationem‹ tamquam || filios dico., Dilatamini et uos‹ et nolite iugum ducere cum infidelibus.,

Que aenim participatio iustitiae cum iniquitatem aut quae societas luci a tenebrâs., Quae autem conuentio xpi ad behlial\ atque pars fideli cum infidelê., Quae autem consensus templum dei\ cum ydôlis

Uos enim estis templum dei uiui‹ sicut deus dicit.,

Quoniam habitabo in illis et inter eos ambulabo‹ et illorum ero deus et ipsi erunt mici populus.,

Propter quod exite de medio eorum et separamini dicit dominus et inmundum ne tetigeritis‹ et ego recipiam uos., Et ero uobis in patre et uos eritis mici in filios et filias‹ dicit dominus omnipotens.,

As igitur habentes promissiones karissimi‹ mundemus nos ab

omni | 469 | inquinamento carnis et spiritu perficientes sanctificationem in timore dei‹ cui gloria in secula seculorum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (VI 37-48)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens.,

Nolite iudicare‹ et non iudicabimini., Nolite condemnare‹ et non condemnabimini.,

Dimittite‹ et dimittemini., Date‹ et dabitur uobis., Mensuram bonam conexam et coagitatam et supereffluentem‹ dabunt in sinum uestrum.,

Eadem uero mensuram qua mensi fueritis‹ remitietur uobis., Dicebat autem illis‹ et similitudinem.,

Numquid potest cecus cecum ducere\ nonne ambo in fobea cadent ? ||

Non est discipulus‹ super magistrum., Perfectus autem omnis erit‹ sicut et magister eius.,

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui\ trabem autem quae in oculo tuo est non consideras ?

Et quomodo potes dicere fratri tuo\ frater sine\ eiciam festucam de oculo tuo\ ipse in oculo tuo‹ trabem non uides ?

Ypocrita‹ eice primum trabem de oculo tuo‹ et tunc respicies ut educas festucam de oculo fratris tui.,

Non est enim harbor bona que facit fructos malos‹ neque harbor mala faciens fructum bonum.,

Unaqueque harbor‹ de fructu suo cognoscitur.,

Neque enim de spinis colligitur . ficus‹ neque de rubo uindemiant ubas., | 470 |

Bonus homo‹ de bono tesauro cordis sui profert bona.,

Et malus homo: de malo profert malum., Ex habundantia cordis‹ os eius loquitur.,

20 sine] eice *2 manu*

Quid autem uocatis me domine domine‹ et non facitis quae dîco., Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos‹ ostendam uobis cui similis est.,

Similis est homini edificanti domum qui fodit in altum‹ et posuit fundamentum supra petram.,

Inundationem autem facta‹ inlisum est flumen domui illî . et non potuit eam mobere., Fundata enim erat supra petram., amen.

QUARTO DECIMO DOMINICO

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE (XXIII 2-8)

HAEC DICIT DOMINUS DEUS SRAEL ad pastores qui pascunt populum . meum., ||

Uos dispersistis gregem meum et eiecistis eos‹ et non uisitastis eos., Ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorum uestrorum ait dominus‹ et congregabo reliquias populi mei ab omnibus terris‹ ad quas egeceram eos illuc.,

Et conuertam eos ad rura sua et crescent et multiplicabuntur‹ et suscitabo super uos pastores et pascent eos., Non formidabunt ultra et non pabebunt et nullus queretur ex numero dicit dominus., Ecce dies uenient dicit dominus et suscitabo dauid germen iustum‹ et regnabit rex et sapiens erit‹ et faciet iudicium et iustitiam in terra.,

In diebus illis salbauitur iuda‹ et srahel habitabit confidenter., | 471 |

Et hoc est nomen quod uocabunt eum dominus iustus noster., Propter hoc ecce dies ueniunt dicit dominus‹ et non dicent ultra uiuit dominus qui eduxit filios srael de terra egypti‹ sed uiuit dominus qui eduxit et adduxit semen domus srahel de terra aquilonis . et de cunctis terris ad quas eiecerat . eos illuc.,

Et habitabunt confidentes in terram suam., amen.

13 uisitatis s *add. sup. lin.*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD CORINTIOS . IIª.,
(XIII 7-11)

FRATRES‹ oramus deum ut nihil mali faciatis.,

Non autem ut reprobati pereamus‹ sed ut uos quod bonum est faciatis.,

Non autem ut reprobi*simus‹ non enim possumus aliquid aduersus ueritatem‹ sed pro ueritatem‹, Gaudeamus enim nos quando infirmi sumus‹ || uos autem potentes estis.,

Hoc autem oramus‹ uestram consummationem., Ideo haec absens scribo‹ ut non presens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mici in edi*ficationem‹ et non in dextructionem‹ uestram., De cetero fratres‹ gaudete., Perfecti estote‹ exortamini‹ idem sapite.,

Pacem habete‹ et deus pacis et dilectionis erit uobiscum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,
(VII 1-16)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps cum implesset omnia uerba sua in auribus populi‹ intrabit in capharnaum., Centurionis autem cuiusdam serbus male habens erat moriturus‹ qui erat illi pretiosus., Et quum audisset de ihesu‹ misit ad eum seniores iudeorum ut ueniret‹ et sanaret serbum eius., At illi cum uenissent ad ihesum‹ | 472 | rogabant eum sollicite dicentes ei., Quia dignus est‹ ut hoc illi prestes.,

Diligit enim gentem nostram‹ et synagogam ipse edificabit nobis., Ihesus autem ibat cum illis., Et cum iam non longe esset a domo‹ misit ad eum centurio amicos dicens., Domine‹ noli uexari.,

Non enim dignus sum‹ ut intres sub tectum meum.,

Propter quod et me ipsum non sum dignus arbitratus‹ ut uenirem ad te.,

6 reprobissimus *corr.*

Sed dic uerbo‹ et sanabitur puer meus., Nam et ego homo sum sub potestatem constitutos‹ abens sub me milites et dico uic uade et uadit., Et alio ueni‹ et uenit., Et serbo meo fac hoc‹ et facit., Quo audito ihesus‹ miratus est., Et sequentibus se dixit., ‖

Amen dico uobis., non inueni tantam fidem in srael.,

Et reuersi qui missi fuerant domum‹ inuenerunt serbum qui languerat sanum.,

Et factum est deinceps‹ ibat in ciuitatem quae dicitur naym et ibant cum eo discipuli eius‹ et turba copiosa.,

Quum adpropinquaret porte ciuitatis‹ ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suê., et haec uidua erat‹ et turba ciuitatis multa cum illa.,

Qua cum uidisset dominus misericordia motus super eam‹ dixit illi.,

Noli flere., Et accessit et tetigit loculum eius.,

Hii autem qui portabant steterunt., Et ait.,

Adulescens tibi dico‹ surge.,

Et resedit‹ qui erat mortuus.,

Et cepit loqui‹ et dedit illum matris suae., | 473 |

Cepit autem omnis timor‹ et magnificabant dominum dicentes., Quia propheta magnus surrexit in nobis‹ et quia deus uisitabit plebem suam., amen.

XU . DOMINICO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXX 3, 7-17)

ECCE DIES UENIUNT dicit dominus et conuertam conuersionem populi mei srahel et iuda ait dominus‹ et conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum et possidebunt eam‹ quia magna dies illa nec est similis eius tempusque tribulationis est.,

Iacob‹ ex ipso salbauitur.,

Et erit in die illa ait dominus exercituum‹ conteram iugum eius de collo tuô . et uincula eius disrumpam.,

Et non dominabuntur ei amplius alieni‹ sed serbient domino deo suo‹ et dauid regi suo || quem suscitabo eis.,

Tu ergo ne timeas serbe meus iacob . neque pabeas srahel‹ quia ecce ego salbabo te de terra longinqua‹ et semen tuum de terra captiuitatis eorum.,

Et reuertetur iacob et quiescet‹ et cunctis afluet bonis et non erit quem formidet‹ quoniam ego tecum sum ait dominus ut salbem te.,

Faciam consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te‹ te autem non faciam in consummationem sed castigabo te in iudicio‹ ut non tibi uidearis innoxius., Quia haec dicit dominus.,

Insanabilis f*r*actura tua‹ pessima plaga tua.,

Non est qui iudicet iudicium tuûm . ad alligandum curationum utilitas non est tibi., | 474 |

Omnes amatores tui obliti sunt tui‹ te autem non querunt., Plaga enim inimici mei percussi te‹ castigatione crudeli.,

Propter multitudinem iniquitatis tuae‹ dura facta sunt peccata tua.,

Quid clamas super contrictione tua‹ insanabilis est dolor tuûs., Propter multitudinem iniquitatis tuae‹ dura peccata tua feci haec tibi.,

Propterea‹ omnes qui comedunt te deuorabuntur‹ et uniuersi ostes tui in captiuitate ducentûr . et qui uastant uastabuntur., Cunctosque predatores tuos‹ dabo in predam., Obducam enim cicatricem tuam‹ et uulneribus tuis sanabo te ait dominus omnipotens., amen ||

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD GALATAS., (II 16-20)

FRATRES‹ non iustificabitur homo ex operibus legis‹ nisi per fidem ihesu xpi., Et nos in xpo ihesu credimus ut iustificemur ex fide xpi‹ et non ex operibus legis., Propter quod‹ ex operibus legis . non iustificabitur omnis caro.,

2 et] dd *Cod.* 12 factura *corr.*

Quod si querentes iustificari in xpo‹ inuenti sumus et ipsi peccatores.,

Numquid xps peccati minister est ? Absit., Si enim quae dextruxi haec iterum reedifico‹ preuaricatorem me constituo.,| Ego enim per legem legi mortuus sum ut deo uibam‹ xpo confixus sum cruci.,

Uibo autem iam non ego‹ uiuit uero in me xps cui gloria in saecula seculorum., amen | 475 |

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,
(XV 11-32)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis‹ et turbis in parabolis dicens.,

Homo quidam habuit duos filios‹ et dixit adulescentior ex illis patri.,

Pater‹ da mici portionem substantie‹ que me contingit., Et diuisit illis., substantiam., Et non post multos dies‹ congregatis omnibus adulescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam‹ et ibi discipabit substantiam suam uibendo lux*u*riose.,

Et post quam omnia consummasset‹ facta est fames ualida in regione illa‹ et ipse cepit egere.,

Et abiit et adesit uni cibum regionis illius‹ || et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos.,

Et cupiebat implere uentrem suum de seliquis . quas porci manducabant‹ et nemo illi dabat.,

In se autem‹ reuersus dixit.,

Quanti mercenarii patris mei abundant panibus‹ ego autem hic famme pereô .

Surgam et ibo ad patrem meum‹ et dicam illi.,

Pater‹ peccabi in caelum et coram te., Etiam non sum dignus uocari filius tuus‹ fac me sicut unum de mercennariis tuis.,

Et surgens‹ uenit ad patrem suum., Quum autem aduc longe

18 luxoriose *corr. 2 manu*   23 seliquas *2 manu*

esset‹ uidit illum pater suus et misericordia motus est., Et occurrens‹ cecidit super collum eiûs . et obsculatus est illum.,

Dixitque filius., | 476 |

Pater‹ peccabi in caelum et coram te., Iam non sum dignus uocari filius tuus., Dixit autem pater ad serbos suos., Cito proferte stolam primam et induite illumˎ et date anulum in manu eiusˎ et calciamenta in pedes eiusˎ et adducite uitulum saginatum . et occidite et manducemus et epulemur‹ quia ic filius meus mortuus fuerat et reuixit.,

Perierat‹ et inuentus est.,

Et ceperunt epulari.,

Erat autem filius eius senior in agro., Et quum ueniret et adpropinquaret domui‹ et audiuit simphoniam et corum et uocabit hunum de seruis . et interrogabit quae haec essent., Qui dixit illi., Frater tuus uenit et occidit pater tuus ‖ uitulum saginatum‹ quia salbum illum recepit.,

Indignatus est autem et nolebat introire.,

Pater ergo illius egressus‹ cepit rogare illum.,

At ille respondens patri suo‹ dixit., Ecce toht annis serbio tibiˎ et numquam mandatum tuum preteriiˎ et numquam dedisti mici hedum ut cum amicis meis epularer‹ sed postquam filius tuus hic qui deuorabit substantiam suam cum meretricibusˎ uenit et occidisti illi uitulum saginatum? At ille dixit illi., Filii‹ tu semper mecum es et omnia mea tua sunt., Epulari autem et gaudere te oportet‹ quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit.,

Perierat‹ et inuentus est., amen | 477 |

LEGENDUM SEXTO . X° . DOMINICO.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXXI 10-14)

IN DIEBUS ILLIS‹ Ait iheremias., Audite uerbum domini gentes‹ et adnuntiate in insulis quae procul sunt et dicite.,

Qui dispersit srahel congregabit eum‹ et custodiuit eum sicut

pastor gregem suum., Redemit enim deus iacob et liberauit eum de manu potentioris‹ et laudabunt in montem syon et confluent ad bona domini super frumento et uino et oleo‹ et fetu pecorum et armentorum., Eritque anima eorum quasi ortus inriguus‹ et ultra non esurient., Tunc laetabitur uirgo in choro‹ iubenes et senes simul.,

Conuertam luctum eorum in gaudium‹ et con ‖ solauor eos et letificabor eos a dolore suo‹ et inebriabo animas sacerdotum eorum pinguedine.,

Et populus meus bonis meis adinpleuitur‹ ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD GALATAS.,
(V 14-VI 2)

FRATRES‹ omnis lex uno sermone impletur., Diligis proximum tuum‹ sicut te ipsum., Quod si inuicem mordetis et comedetis‹ uidete ne ab inuicem consummemini., Dico autem spiritu ambulate‹ et desideria carnis non perficiatis.,

Caro autem concupiscit aduersus spiritum‹ spiritus aduersus carnem., Haec enim sibi inuicem aduersantur‹ ut non quae uultis illa faciatis., Quod si spiritu | 478 | ducimini‹ non estis sub lege., Manifesta autem sunt‹ opera carnis.,

Fornicatioˎ inmunditiaˎ luxuriaˎ idolorum serbitusˎ beneficiaˎ inimicitiaˎ comtemtionesˎ emulationesˎ ireˎ rixeˎ dissensionesˎ inuidieˎ ebrietasˎ comessationesˎ et is similia quae predico uobis sicut et predixi‹ quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt., Fructus autem spiritus est‹ karitasˎ gaudiumˎ paxˎ longanimitasˎ benignitasˎ fidesˎ modestiaˎ continentia‹ aduersus huius modi non est lex.,

Qui autem xpi sunt‹ carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis., Si uibimus spiritu‹ spiritu et ambulemus‹ ‖ non efficiamur inanis glorie cupidi., Inuicem prouocantes‹ inuicem

14 omnis] enim *add. sup. lin. 2 manu* 25 possidebunt] *marg.* consequentur *1 manu*

prouidentes., Fratres et si preoccupatus fuerit homo in alico delicto‹ uos qui spiritales estis . instruite eum in spiritu lenitatis., Considerans te‹ ne et tu temteris.,

Alter alterius honera portantes‹ sic adimpleuitis legem xpisti., Amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XVI, 19-XVII 4)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis‹ et turbis in parabolis dicens.,

Homo quidam erat diues et induebatur purpura et bisso‹ et epulabatur cotidie splendide.,

Et erat quidem mendicus nomine eleazarus qui iacebat ad ianuas eius | 479 | ulceribus plenus cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitîs . et nemo illi dabat.,

Sed et canes ueniebant‹ et lingebant ulcera eius.,

FACTUM EST AUTEM ut moreretur mendicus‹ et portaretur ab angelis in sinu abrahe., Mortuus est autem et diues‹ et sepultus est in inferno., Elebans oculos suos quum esset in tormentis‹ uidebat abraham a longe‹ et eleazarum in sinu eius‹ et ipse clamans dixit ei.,

Pater abraham‹ miserere mei.,

Mitte eleazarum ut intinguat extremum digitum suum in aqua et refrigerer lingua mea‹ quia crucior in ac flama.,

Et dixit ei abraham.,

Memento filii quia || recepisti bona in uita tua‹ eleazarus similiter mala.,

Nunc autem hic consolatur‹ tu uero torqueris.,

Et in his omnibus inter nos et uos‹ caos magnum firmatum est., Ut hii qui uolunt hic transire ad uos non possunt‹ neque inde huc transmeare.,

Et ait., Rogo ergo te pater‹ ut mittas eum in domo patris mei., Abeo enim quinque fratres mei‹ ut testetur eis‹ ne et ipsi

ueniant in locum hunc tormentorum., Et ait illi abraham., Abent moysen et prophetas‹ audiant illos., At ille‹ dixit ei.,

Non pater abraham‹ sed si quis ex mortuis resurrexerit et ierit ad eos‹ penitentiam agent.,

Ait autem illi., | 480 |

Si moysen et prophetas non audiunt‹ neque si quis ex mortuis resurrexerit credent., Et ad discipulos suos ait., Inpossiuile est‹ ut non ueniant scandala., Uee autem illi‹ per quem ueniunt.,

Utilius est illi si lapis molaris apendatur circa collum eius‹ et proiciatur in marê . quam scandalizetur unum de pus*illis* istis.,

Adtendite uobis.,

Si peccaberit in te frater tuus‹ increpa illum.,

Et si penitentiam egerit‹ dimitte illi., Et si septies in diae peccaberit in te⸜ et septies in diae conuersus fuerit ad te dicens penitet me‹ dimitte illi., amen.

XUII°

LECTIO LIBRI‹ ESAYE PROPHETE., (XXXII 37-42)

HAEC DICIT DOMINUS., ‖

Ecce ego congregabo populum meum de uniuersis terris ad quas egeci eos in furore meo⸜ et in ira mea⸜ et in indignatione mea⸜ et reducam eos ad locum istum‹ et habitare eos faciam confidenter., Et erunt mici in populum‹ et ego ero eis in deum.,

Et dabo eis cor nobum‹ et uiam bonam‹ ut timeant me cunctis diebus et bene sit eis‹ et filiis eorum post eos., Et feriam pactum sempiternum et non desinam eis bene facere⸜ et timorem meum dabo in corda eorum‹ et non recedant a me.,

Et letabor super is . quum bene eis fecero⸜ et plantabo eos in terra ista in ueritate in toto corde meo‹ et in tota anima mea., Quia haec dicit dominus., Sicut adduxi super | 481 | populum istum omnem malum grande‹ si*c* adducam super eum omnem bonum quod ego loquor ad eos ait dominus omnipotens., amen

10 de pus istis *corr.* 30 sic c *add. sup. lin. 2 manu*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (Ephes. I 16-23)

FRATRES‹ non cesso gratias agens pro uobis‹ memoriam uestri faciens in orationibus meis.,

Ut deus domini mei ihesu xpi pater gloriae‹ det uobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitione eius inluminatos habere oculos cordis uestri‹ ut sciatis que sit spes uocationis eius in sanctis., Et que sit supereminens magnitudo uirtutis eius⸌ in nos qui credimus saecundum ordinationem uirtutis eius‹ quam operatus est in nobis in xpo., Suscitans illum a mortuis‹ et constituens ‖ ad dexteram in celestibus.,

Supra omnem principatum⸌ et potestatem⸌ et uirtutem⸌ et nationem⸌ et supra omnem quod nominatur non solum in hoc seculo sed et in futuro‹ et omnia subiecit sub pedibus eiûs . et ipsum dedit caput supra omnem aeclesiam‹ quod est caput ipsius.,

Plenitudo eius quae omnibus in omnia dimpleuitur‹ ipsi honor et gloria in secula seculorum.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN
(XVI 1-10)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens.,

Homo quidam erat diues qui abebat uilicum⸌ et hic diffamatus est aput eum‹ quasi dissipasset bona ipsius., Et uocabit illum et ait illi.,

Quid hoc audio de tê . | 482 |

Redde rationem uilicationis tuae., Iam enim‹ non poteris uilicare.,

Ait autem uilicus intra se.,

Quid faciam quia dominus meus⸌ aufert a me uilicationem⁝

Fodere non ualeo‹ mendicare erubesco., Scio quid faciam., Ut quum amotus fuero a uilicatione‹ recipiant me in domos suas.,

Conuocatis autem singulis deuitoribus domini sui‹ dicebat primo.,

Quantum debes domino meô.,

Respondit ei., Centum cados olei., Dixitque illi.,

Accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta., Deinde alio dicit., Tu uero quantum deuês., Qui ait.,

Centum coros tritici.,

Ait illi., Accipe litteras tuas‹ et scribe octuaginta., ||

Et laudabit *dominus* uilicum iniquitatis‹ quod prudenter fecisset., Quia filius huius seculi prudentiores‹ filii lucis in generatione sua sunt., Et ego uobis dico.,

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis‹ ut quum defeceritis recipiant uos in aeterna tabernacula.,

Quia qui fidelis est in minimo‹ in maiori fidelis est.,

LEGENDUM OCTABO DECIMO.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIE SALOMONIS., (Prov. I 8-33)

FILI‹ audi disciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tuae‹ ut detur gratia capiti tuo . et torques collo tuo.,

Fili mi‹ si te ablactaberint peccatores‹ ne adquiescas., Si dixerint ueni nobiscum insidiemus | 483 | sanguinem‹ abscondamus tendicula contra frustra insontem‹ deglutiamus eum sicut infernum uibentem‹ et integrum quasi descendentem in lacum.,

Omnem pretiosam substantiam repperiri . impleuimus domos nostras spolis‹ sortem mitte nobiscum‹ marsupium unum sit omnium nostrum., Fili‹ ne ambules cum eis proibe pedum tuum‹ a semitis eorum.,

Pedes enim eorum semper ad malum currunt‹ et festinant ut effundant sanguinem‹ frustra autem iacitur *retia* ante oculos pinnatorum.,

Ipsi qui contra sanguinem suum insidiantur‹ et molliuntur fraudes contra animas suas.,

9 dns *suppletum 2 manu* 28 retia *add. manu seriori*

Sic semite omnes abari‹ animas possidentium rapiunt., ‖

Sapientia foris predicat implateis dat uocem suam‹ et in capite turmarum clamitat., In foribus portarum profert uerba‹ et iusta murum predicat . claram scientiam dicens.,

Usquequo parbuli diligitis infantiam‹ et stulti ea quae sibi sunt noxia capient‹ et inprudentes odiunt scientiâm.,

Conuertimini ad correptionem meam‹ et proferam uobis spiritum meum‹ et ostendam uerba mea‹ quia uocabi et renuistîs . extendi manum meam et non fuit qui aspiceret.,

Despexistis omne consilium meum‹ et increpationes meas neclexistis.,

Ego quoque in interitu uestro ridebo‹ et subsannabo quum uobis quod timebatis aduenerit., | 484 |

Quum inruerit repentina calamitas‹ et interitus quasi tempestas inruerit.,

Quando superuenerit super uos tribulatio et angustia‹ mane consurgent‹ et non inuenient me.,

Eo quod exossam habuerint disciplinam et timorem domini non susceperunt‹ nec adquieberunt uniuerse cogitationes mee.,

Comedent igitur frustra uie suae‹ suisque consiliis saturabuntur.,

Aduersio parbulorum interficiet eos‹ et prosperitas stultorum perdet eos.,

Qui autem me audierit absque terrore quiescit‹ et habundantia perfruetur bonorum timore sublato., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (III 28-IV 8)

FRATRES‹ arbitramur iustificari hominem per fidem . ‖ sine operibus legis‹ an iudeorum., Deus tantum nonne gentium quoniam quidem unus deus qui iustificat circumcisionem ex fide‹ et preputium ex fide.,

Legem ergo dextruimus per fidem ? Asit‹,

Sed legem statuimus.,

Quid ergo dicemus inuenisse abraham secundum cârnem.,

Si enim abraham iustificatus est‹ habet gratiam . sed non aput deum.,

Quid ergo scriptura dicît.,

Credidit abraham deo‹ et reputatum est illi ad iustitiam. Haec autem qui operatur merces . non inputatur secundum gratiam‹ sed secundum deuitum.,

Ei autem qui non operatur credentium autem in eum qui iustificat impium\ reputatur fides *eius* ad iustitiam‹ | 485 | sicut dauit dicit..

Beatitudinem hominis cui deus acceptor‹ fert iustitiam sine operibus.,

Beati corum remisse sunt iniquitatês . et corum tecta sunt peccata., Beatus uir cui non inputabit dominus peccatum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,
(XVIII 10-14)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis et turbis in parabolis dicens., Duo homines ascenderunt in templo ut orarent‹ unus fariseus et alter publicanus.,

Fariseus stans‹ haec aput se orabat., Deus gratias ago tibi‹ quia non sum sicut ceteri homines.,

Raptores\ iniusti\ adulteri‹ uelut aetiam hic publicanus.,

Ieiuno uis in sabbato‹ decimas do‹ ex omnibus que possideo. ||

Et publicanus a longe stans\ non audebat oculos suos ad caelum lebare‹ sed percutiebat pectus suum dicens.. Deus‹ propitius esto mici peccatori.,

Dico uobîs . discedit hic iustificatus in domum suam‹ ab illo.,

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur‹ et qui se humiliat exaltauitur., amen.,

9 eius *add. sup. lin.*

LEGENDUM NONO DECIMO.,

LECTIO LIBRI‹ SAPIENTIAE SALOMONIS., (Prov. II 1-21)

FILI‹ si susciperis sermones meos⸜ et mandata mea absconderis penes te‹ ut audiat sapientia auris tua‹ inclina aurem tuam ad cognoscendam prudentiam., Si enim sapientiam inuocaberis⸜ et inclinaberis cor tuum prudentiae‹ si quesieris eam quasi pecuniam⸜ | 485ᵛ | et sicut tesauros effoderis illam‹ tunc intel/eges timorem domini et scientiam dei inbenies., Quia dominus dat sapientiam‹ et ex ore eius scientiam et prudentiam procedit.,

Custodi rectorum salutem‹ et proteget gradientem simpliciter.,

Serbans semitas iustitiae‹ et uias sanctorum custodiet.,

Tunc intelleges iustitiam et iudicium‹ et omnem semitam bonam.,

Si tradideris cor tuum sapientiae⸜ et scientiam anime tuae placuerit‹ consilium‹ custodiet te et prudentia serbabit te., Ut eruaris anima tua de uia mala‹ ab omine qui peruersa loquitur‹ ‖ qui relinqunt iter rectum et ambulant per uias tenebrosas., Qui letantur quum male fecerint‹ et exultant in rebus pessimis.,

Quorum uiae peruerse‹ et infames gressus eorum.,

Ut eruaris a muliere dolosa et ab extranea‹ qui nolit sermones suos‹ et relinquet ducem pubertatis suae‹ et pacti dei sui oblita est.,

Inclinata est enim ad mortem domus eius‹ et ad impios semite ipsius.,

Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur nec adprehendent semitam uite., Ut ambules in uia bona‹ et calles iustorum custodiet., Qui enim recti sunt habitabunt in terram‹ et simplices permanebunt in eam., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (V 5-10) | 486 |

FRATRES‹ Karitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.,

7 inteleges *corr.*

Ut quid enim xps quum aduc infirmi essemus‹ secundum tempus pro impiis mortuus est., Uix enim pro iniusto quis moritur\ nam pro bono forsitan quis audeat mori.,

Comendat autem suam karitatem in nobis deus‹ quoniam quum aduc peccatores essemus xps pro nobis mortuus est\ multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius‹ salbi erimus ab ira per ipsum., Si enim quum inimici essemus\ reconciliati sumus deo per mortem filii eius‹ multo magis reconciliati salbi erimus in uita ipsius., amen. ||

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,

(XIV 1, 12-14)

IN ILLO TEMPORE‹ factum est quum intraret dominus ihesus in domum cuiusdam principis fariseorum‹ dixit ei.,

Cum facis prandium aut cenam‹ noli uocare amios tuos\ neque fratres tuos\ neque cognatos\ neque uicinos diuites ne forte et ipsi reinuitent te‹ et fiet tibi retributio.,

Set cum facis conuibium‹ uoca pauperes\ deuiles\ clodos\ et et cecos\ et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi.,

Retribuetur enim tibi‹ in retributione iustorum., amen.,

LEGENDUM UICESIMUM.,

LECTIO LIBRI‹ HEZEZIELIS PROPHETE.,

(Ezech. XXVIII 25-26)

HAEC DICIT DOMINUS.,

QUANDO congregabero domum srahel de populis in quibus | 486v | dispersi sunt‹ sanctificabor in eis coram gentibus‹ et habitabunt in terra securi., Et edificabunt domos plantabuntque uineas‹ et habitabunt‹ confidentes., Quum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis‹ et sciens quia ego dominus deus eorum., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (XV 4-7)

FRATRES‹ quecumque scribta sunt‹ ad nostram doctrinam scribta sunt.,

Ut per patientiam et consolationem scripturarum‹ spem habeamus.,

Deus autem patientie et solacii det uobis idipsum habere in alterutrum‹ secundum ihesum xpm., Ut un*animes uno ore honorificetis deum‹ et patrem domini nostri ihesu xpi.,

Propter quod suscipite inuicem‹ sicut et xps suscepit in honore dei., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (VII 11-16) ||

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps ibat in ciuitatem que uocatur naym‹ et ibant cum illo discipuli eius‹ et turba copiosa.,

Quum adpropinquaret porte ciuitatis‹ ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue.,

Et hec uidua erat et turba ciuitatis multa cum illa.,

Qua cum uidisset dominus misericordiam motus super eam‹ dixit illi., Noli flere.,

Et accessit‹ et tetigit loculum., Hii autem qui portabant‹ steterunt.,

Et ait., Adulescens‹ tibi dico surge., Et resedit qui erat mortuus . et cepit loqui‹ et dedit illum matris suae., Accessit autem omnis timor‹ et magnificabant dicentes.,

Quia propheta magnus | 487 | surrexit in nobis‹ et quia deus suscitabit plebem suam.,

7 unianimes i *erasum*.

11 *secundum lucan.*] Continentur hi versus lectione evangelica quae supra XIV° dominicō assignata fuit.

LEGENDUM UICESIMUM PRIMUM.,

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXX 18-XXXI 1)

HAEC DICIT DOMINUS.,

Ecce ego conuertam conuersionem iacob‹ et tectis eius miserebor.,

Et edificabitur ciuitas in excelso suo‹ et templum iusta ordinem fundauitur.,

Et egredi de eis laus uoxque laudentium‹ et multiplicabo eos et non minuentur et glorificabo eos‹ et non adtenuabuntur.,

Et erunt filii eius sicut a principio‹ cetus eius aput me permanebunt.,

Et uisitabo aduersus omnes qui tribulant eum‹ et erit dux eius ex eo . et princeps de medio eius producetur., Et adplicabo eum‹ et adcedet ad me., ||

Quis enim iste est qui adplicet cor suum et adpropinquet mici ait dominus.,

Et eritis mici in populum\ et ego ero uobis in deûm.,

Ecce turbo domini furor egrediens procella ruens‹ in capite impiorum conquiescit., Non abertet iram indignationis domini‹ donec fiat et conpleat cogitationem cordis sui.,

In nobissimo dierum intelligitis ea‹ et in tempore illo dicit dominus ero deus uniuersis cogitationibus srahel‹ et ipsi erunt mici in populum ait dominus omnipotens., amen

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFESIOS., (V 1-8)

FRATRES‹ estote imitatores dei sicut filii karissimi et ambulate in dilectione sicut et xps dilexit nos et tradidit semed ipsum | 488 | pro nobis‹ oblationem et hostiam deo in odorem suabitatis.,

Fornicatio autem et omnis inmunditia nec nominetur in uobis‹ sicut decet sanctos., Aut turpitudo\ aut stultiloquium\ aut scurrilitas . que ad rem non pertinet‹ sed magis gratiarum actio.,

Hoc enim scitote intellegentes . quia omnis fornicator\ aut abarus\ aut inmundus\ quod est idolorum seruitus‹ non habebit hereditatem in regno xpi et dei., Nemo uos seducat inanibus uerbis‹ propter hoc enim uenit ira dei in filios infidelitatis., Nolite ergo effici participes eorum.,

Eratis enim aliquando tenebre‹ ‖ nunc autem lux in domino.,

Sicut filii lucis amblate‹ in xpo ihesu domino nostro., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN.,

(Marc. X 35-45)

IN ILLO TEMPORE‹ accesserunt ad dominum ihesum iacobus et iohannes filii zebedei‹ dicentes., Magister‹ uolumus ut quodcumque petierimus‹ facias nobis.,

Et dixerunt., Da nobis ut sedeant hii duo filii mei hunus ad dexteram tuam in regno tuo.,

Ihesus autem dixit eis.,

Nescitis quid petatis.,

Potestis calicem biuere\ quem ego biuiturus sum ?

At illi‹ dixerunt.,

Possumus., Ihesus autem dixit eis.,

Calicem quidem meum biuetis‹ sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum dare uobis‹ sed quibus paratum est a patre meo., | 489 |

Et audientes decem‹ ceperunt indignari de iacobo et iohanne., Ihesus autem uocans eos‹ ait illis., Scitis quia hii qui uidentur principari gentibus dominantur eis\ et principes eorum potestatem habent ipsorum ?

Non ita est inter uos.,

Sed qui uoluerit inter uos maior fierî . erit uester minister.,

Et qui uoluerit inter uos primus esse‹ erit omnium serbus., Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare‹ et dare animam suam redemtionem pro multis., amen

XXIIº.

LECTIO LIBRI‹ IHEREMIE PROPHETE., (XXXI 27-28)

ECCE dies ueniunt dicit dominus et seminabo domum srael et domum iuda semine hominis‹ et semine iumentorum., ‖ Et sic*ut* uigilab*i* super eos ut ebelleremˎ et demoliremˎ et dissiparemˎ et disperderem et affligerem‹ sic uigilabo super eos ut edificem et plantem ait dominus omnipotens., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD EFESIOS., (I 16-23)

FRATRES‹ non cesso gratias agens pro uobis memoriam uestri faciens‹ in orationibus meis., Ut deus domini nostri ihesu xpi . pater gloriae det uobis spiritus sapientiaeˎ et rebelationis in agnitione eius inluminatos habere oculos cordis uestri‹ ut sciatis quae sit spes uocationis eius‹ quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis., Et quae sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos‹ qui credimus secundum operationem potentiae . | 490 | uirtutis eiûs . quam operatus est in xpo., Suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in caelestibus‹ supra omnem principatumˎ et potestatemˎ et uirtutemˎ et dominationemˎ et supra omnem quod nominatur., Non solum in hoc seculo sed in futuro‹ et omnia subiecit sub pedibus eius . et ipsum dedit caput supra omne aeclesiam‹ que est corpus ipsius., Plenitudo eius que omnibus in omnia adimpletur‹ ipsi honor et gloria in secula seculorum., amen

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM LUCAN., (XVII 11-19)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps dum iret in iherusalem‹ transiebat per mediam samariam et galileam.,

5 sicut uigilabi *corr. ex* sic uigilabo.

8-24. Conf. supra Dominica XVII.

Et quum ingrederetur quoddam castellum‹ || occurrerunt ei decem uiri leprosi., Qui steterunt a longe‹ et elebaberunt uocem simul dicentes.,

Ihesu preceptor‹ miserere nostri.,

Quos ut uidit‹ dixit.,

Itê . et hostendite uos sacerdotibus., Et factum est dum irent‹ mundati sunt.,

Unus autem ex illis ut uidit dixit‹ quia mundatus est.,

Reuersus est cum magna uoce magnificans deum‹ et procidit in faciem ante pedes eius gratias agêns . et hic erat samaritanus.,

Respondens autem ihesus dixit.,

Nonne decem mundati sunt‹ et nobem ubi sûnt.,

Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo‹ nisi alienigena ? Et ait illi.,

Surge bade quia fides tua te salbum fecit., amen.,

LEGENDUM UICESIMO TERTIO., | 491 |

LECTIO LIBRI‹ PROUERBIE SALOMONIS., (III 1-10)

FILI MI‹ ne oblibiscaris legis meae‹ et precepta mea custodiet cor tuum.,

Longitudinem enim dierum et annos uite et pacem apponent tibi‹ misericordia et ueritas non te deserat.,

Circumda ea gutturi tuo et adscribe ea in tabulis cordis tui‹ et inuenies gratiam et disciplinam bonam coram deo et hominibus., Abe fiduciam in xpo ex toto corde tuo‹ et ne inmitaris prudentiae tuae‹ In omnibus uiis tuis cogita illum‹ et ipse diriget gressus tuos.,

Ne sis sapiens aput temet ipsum‹ time deum et recede a malo., Sanitas quippe erit umbilico tuô . et || inrigatio ossum tuorum.,

Honora dominum de tua substantia‹ et de primitiis omnium frugum tuarum.,

Et implebuntur orrea tua saturitate‹ et uino torcularia tua redundabunt., amen.

2 stterunt *corr.*

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (VII 14-25)

FRATRES‹ scimus quoniam lex spiritalis est‹ ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato., Quod enim operor non intellego‹ non enim quod uolo hoc ago . sed quod odii hoc facio., Si autem quod nolo illut facio‹ consentio legi quoniam bona est.,

Nunc autem iam non operor ego illut‹ sed quod habitat in me peccatum.,

Scio autem quoniam non habitat in me‹ haec est in carne mea bonum . Nam uelle adi*a*cit mici., | 492 |

Perficere autem bonum‹ non inuenio., Non enim quo uolo bonum hoc facio‹ sed quod nolo malum *hoc* ago., Si autem quod nolo illut facio‹ ego non operor illût . sed quod habitat in me peccatum.,

Inuenio autem legem uolenti mici facere bonum‹ quoniam mici malum adiacet.,

Condelector enim legi dei‹ secundum interiorem hominem., Uideo autem legem aliam in membris meis repugnantem legem mentis mee∖ et captiuantem me in lege peccati‹ que est in membris meis.,

Infelix ego homo∖ quis me liberabit de corpore mortis huius., Gratia dei per ihesum xpm dominum nostrum., amen.

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (V 43-48)

In illo tempore‹ dominus noster ihesus xps . ‖ ait discipulis suis.,

Audistis quia dictum est antiquis∖ diligis proximum tuum∖ et odis inimicum tuum ?

Ego autem dico uobis.,

Diligite inimicos uestros bene facite his qui oderunt uos‹ et

10 adiecit *corr. 2 manu* 12 hoc *suppletum sup. lin.*

orate pro persequentibus et calumniantibus uobis‹ ut sitis filii patris uestri qui in caelis est.,

Qui solem suum horiri facit super bonos et malos‹ et pluet super iustos et iniustos.,

Si diligitis eos qui uos diligunt‹ quam mercedem habebitis., Nonne et publicani hoc faciunt ?

Et *si* salutaberitis fratres uestros tantum‹ quid amplius facietis.,

Nonne et ehtnici hoc faciunt ? | 493 |

Estote ergo perfecti‹ sicut et pater uester caelestis perfectus est., amen

LEGENDUM UICESIMO QUARTO.,

LECTIO LIBRI‹ PROUERBIE SALOMONIS., (III 19-34) DEO GRATIAS.,

FILI‹ DEUS . sapientia fundauit terra‹ stabiliuit caelos prudentiae., Sapientia ipsius eruperunt abissi‹ et nubes rore concrescunt.,

Fili mi‹ ne effluant haec ab oculis tuis‹ custodi legem atque consilium et erit uita anime tuae‹ et gratia in faucibus tuis.,

Tunc ambulauis fiducialiter in uia tua‹ et pes tuus non inpinget.,

Si dormieris non timebis‹ quiescis et suabis erit somnus tuus., ||

Nec pabeuis repentino terrorê . et inruentes tibi potentias impiorum.,

Dominus erit in latere tuo‹ et custodiet pedem tuum nec capieris.,

Noli proibere eum qui potest bene facere‹ si bales et ipse bene fac., Ne dicas pauper uade et reuertere et cras dabo tibi‹ cum statim possis dare.,

Ne molliaris amico tuo malum‹ cum ille in te habeat fiduciam.,

Ne contendas aduersus hominem frustra‹ cum ipse nicil male fecerit

7 si *suppletum 2 manu*

Ne emuleris hominem iniustum nec imiteris uias eius‹ quia abominatio est domini omnis inlusôr . et cum simplicibus sermocinatio eius.,

Egestas a domino in domo impii‹ | 494 | habitacula iustorum benedicetur., Inlusores ipse deludet‹ et mansuetis dat gratia., amen.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI‹ AD ROMANOS., (I Tim. I 15-17)

FRATRES‹ fidelis sermo et omni acceptione dignus., Quia xps ihesus uenit in hunc mundum peccatores salbos facere‹ quorum primus ego sum.,

Sed ideo misericordiam consecutus sum‹ ut in me ** primum hostenderet xps ihesus omne patientiam ad informationem eorum‹ qui credituri sunt illi in uitam aeternam.,

Regi autem seculorum inmortali deo honor et gloria in secula seculorum., amen.,

LECTIO SANCTI EUANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM., (XVIII 23-XIX 2)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps loquebatur discipulis suis dicens., ||

Simile est regnum caelorum homini regi‹ qui noluit rationem ponere cum serbis suis., Et quum cepisset rationem ponere‹ oblatus est ei hunus qui debebat decem milia talenta., Quum autem non haberet unde redderet‹ iussit eum uenunundari‹ et huxorem eius . et filiôs . et omnia quae habebat et reddi., Procid*ens autem serbus ille‹ rogabat eum dicens., Patientiam habe in me‹ et omnia reddam tibi., Misertus autem dominus serui illius dimisit eum‹ et deuitum dimisit ei.,

Egressus autem serbus ille‹ inuenit hunum de conserbis suis qui debebat ei centum denarios‹ et tenens suffocabat eum dicens., | 495 |

22 deuebat *2 manu* 25 Procidiens i *erasum*

Redde quod debes.,

Et procidens conserbus eius‹ rogat eum dicens.,

Patientiam habe in me‹ et omnia reddam tibi.,

Ille autem noluit.,

Sed habiit *et misit* eum in carcerem‹ donec redderet deuitum.,

Uidentes autem conserbi eius quae fiebat‹ contristati sunt ualdê . Et uenerunt et narraberunt domino suo‹ omnia quae facta fuerant.,

Tunc uocabit illum dominus suus‹ et ait illi.,

Serbe nequam‹ omne deuitum dimisi tibi quoniam rogasti me.,

Non enim oportuit et te misereri conserbi tui‹ sicut et ego tui misertus sum ? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus‹ quo ad usque redderet uniuersum deuitum., ||

Sic et pater meus caelestis faciet uobîs . si non remiseritis un*usquisque fratri suo de cordibus uestris., Et factum est quum consummasset ihesus sermones istos‹ migrauit a galilea et uenit in fines iudeae trans iordanem.,

Et secute sunt eum turbe multe‹ et curabit eos ibi., amen

ALIUM

LECTIO SANCTI EVANGELII‹ SECUNDUM MATHEUM.,

(VI 19-29)

IN ILLO TEMPORE‹ dominus noster ihesus xps ait discipulis suis et turbis dicens.,

Nolite tesaurizare uobis tesauros in terra‹ ubi erugo et tinea exterminat‹ et ubi fures effodiunt et furantur.,

Tesaurizate autem uobis tesauros in caelo‹ | 496 | ubi neque erugo‹ neque tinea exterminant‹ et ubi fures non effodiunt . nec furantur.,

Ubi enim tesaurus tuus‹ illic est et cor tuum.,

Lucerna corporis tui‹ est oculus tuus.,

Si fuerit oculus tuus simplex‹ totum corpus tuum lucidum erit.,

5 et misit *add. sup. lin. 1 manu* 15 uniusquisque *corr.*

Si autem oculus tuus nequam fuerit‹ totum corpus tuum tenebrosum erit., Si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt‹ ipse tenebrae quante eruntˆ,

Nemo potest duobus dominis serbire.,

Aut unum odio abebit‹ et alter diligit ?

Aut unum sustinebit‹ et alium contemnet ?

Non potestis deo serbire et mamone., Ideo dico uobis ne solliciti sitis || anime uestrae quid manducetîs . neque corpori uestro quid induamini

Nonne anima plus est quam esca‹ et corpus quam uestimentum ?

Respicite uolatilia caeli quoniam non seminant neque metunt‹ neque congregant in orreâ . et pater uester caelestis pascet illas.,

Nonne uos magis plures estis illis ? Quis autem uestrum potest adicere ad stu*tu*ram cubitum ûnum.,

Et de uestimento‹ quid solliciti estis.,

Considerate lilia agri quomodo crescunt‹ non laborant neque nent.,

Dico autem uobis quoniam nec salomon in omni gloria sua quoopertus est‹ sicut unum ex istis.,

15 sturam *corr.*

20 *ex istis.*] In haec verba exit Codex Silensis avulsis, ut dixi, pauculis in fine foliis. An plures superfuerint Dominicae praeter illas viginti quatuor quae heic notantur, dubium mihi est. Certe praedictum numerum Romanus ordo non excedit : cum quo Lectionarii nostri haec ultima pars in assignandis praesertim evangeliis quamdam affinitatem habet.

APPENDIX.

I.

Formulae annunciandarum festivitatum.

(Ex eodem cod. Paris. N. a. l. 2171, pag. 24-25.)

Antiquissima est Ecclesiae consuetudo, ut intra missarum sollemnia annuncientur populo festa ventura. Cuius rei vestigium exstat etiam nunc in annunciatione illa festorum mobilium, quae fit quotannis die sacro Epiphaniae.

Huiusmodi autem annunciatio Hierosolymis fiebat ab archidiacono, et hoc quidem peractis mysteriis ante quam populus dimitteretur (J. F. Gamurrini, *S. Silviae peregrinatio*, ed. 2ª p. 57, 59, 61, 70). Eundem morem etiam apud Romanos obtinuisse constat ex libellis primis duobus Ordinis Romani, quibus praescribitur, ut absoluta communione Pontificis « veniat archidiaconus cum calice ad cornu altaris, et adnunciet stationem ». Archidiacono tamen postea subrogatus est subdiaconus rêgionarius, ut ex libelli undecimi num. 34 intelligitur.

Similiter iuxta Ordinem romanum ad usum Monasteriorum quem Martenius evulgavit Thes. Anecdot. t. V p. 105, « accipiens Diaconus calicem in dexteram « partem altaris, elevans eum in manibus suis pronuntiat natalitia sancta in ipsa « hebdomada venientia, ita dicendo : *Illa feria veniente natalis est sancta Maria*, « aut confessorum, aut aliorum sanctorùm, qualis evenit secundum martyrologium. « Et respondent omnes : *Deo gratias.* »

Huc illa quoque referenda sunt quae in Sacramentario Gelasiano leguntur, « denuntiatio pro scrutinio » (I, 29), « denunciatio ieiuniorum quarti, septimi et decimi mensis » (I, 82), « denunciatio natalitii unius martyris » (II, 1), « denunciatio cum reliquiae ponendae sunt martyrum » (II, 2), etc.

Has vero formulas nonnumquam sacris concionibus ubi eae habebantur insertas fuisse discimus, tum ex sermonibus Patrum (Augustini 111, Leonis 12, 13, 15, 16, 17, 18, 19, Fulgentii 2, anonymi apud A. Maium Bibl. nova PP. tom. I, serm. 175 et 199, etc.), tum praecipue ex Homiliario Wisigothico quod infra describetur huiusce appendicis num. III.

Inter « adnuntiationes » quas modo edimus, notanda prae ceteris illa est, qua *pro his qui de suscepti sunt*, id est, pro recens baptizatis *ad aeclesiam sanctam iherusalem* sacer conventus indicitur. Scite animadvertit cl. P. Carolus De Smedt in Actis SS. Novemb. t. I, p. 327, « hoc titulo (sancta Jerusalem) designari solitam fuisse ecclesiam matricem seu metropolitanam. » Idque non in Hispania tantummodo, sed etiam in nonnullis Italiae regionibus v. g. Beneventi, ubi « iuxta basilicam « Dei Genitricis Mariae semperque Virginis basilica, quae Hierusalem cognomina- « batur, fuit, in qua etiam sedes antiquorum episcoporum et illius (S. Januarii) « fuit » (*Act. SS.* t. VI sept. p. 889, n. 7). Ex quo novum argumentum adsurgit, exemplar, ad quod Codex noster Silensis descriptus fuit, cathedralis cuiusdam ecclesiae fuisse. Confer rubricam quae in Libro Comico legitur p. 176, lin. 28.

ADNUNTIATIONES‹ FESTIBITATUM.,

Adueniente die . il. sollemnitas erit sanctae mariae uirginis et genetricis . domini nostri ihesu xpi secundum carnem., Proinde admonemus

karitate uestram dilectissimi fratres . ut omnes ad aeclesiam dei ad uigilias uel ad missam deuotissime in unum adbeniamus.,

RS . deo gratias.,

Eccae adnuntio uobis gaudium magnum quod erit omni populo., Adueniente die ill. sollemnitas erit nobis diei natiuitatis domini nostri ihesu xpi secundum carnem., Proinde admonemus beatitudinem uestram dilectissimi fratres adque uniuersitatem plebis‹ ut omnes ad aeclesiam dei ad uigilias uel ad missam deuotissime in unum conueniamus.,

Adueniente die il. sollemnitas erit circumcisionis domini nostri ihesu xpi secundum carnem

Adueniente die crastina omnes ieiunemus ut misericordiam domini consequi mereamur., deo gratias.,

Adueniente die ill. sollemnitas erit apparitionis domini nostri ihesu xpi et salbatoris secundum carnem., Proinde ||

Erit igitur anno presenti per misericordiam dei discurrente . era ill. initium beate quadragesime . quoto . ill. Cena domini . quoto ill. Passio domini quoto . ill. Resurrectio uero eiusdem domini nostri ihesu xpi . quoto . ill. Luna . ill.

Crastina diae pro his qui de suscepti sunt ad aeclesiam sanctam iherusalem in unum ad missam conueniamus.,

Adueniente diae . ill. sollemnitas erit diei ascensionis domini nostri ihesu xpi secundum carnem., Proinde.

Adueniente diae ill. sollemnitas erit diei inuentio sancte crucis.,

Adueniente diae dominico‹ sollemnitas erit . nobis . sanctum pentecosten., Proinde.

Adueniente diae ill. festiuitas erit nobis natibitas sancti iohannis babtiste et precursoris xpi., Proinde

Adueniente diae ill. festiuitas erit sanctorum apostolorum petri et pauli.,

Adueniente die ill. festiuitas erit sacrationis sancti . il.,

Adueniente die il. festiuitas erit translatio corporis . sancti il.,

Adueniente die il. festiuitas erit sancti il. aepiscopi et confessoris xpi.,

Adueniente die il. festiuitas erit sanctorum illorum martyrum xpi., | p.25 |

Adueniente diae il. festiuitas erit sanctarum uirginum il. et martyrum xpi.,

Adueniente diae il. festiuitas erit dedicatio sancti micahelis archangeli uel sociorum eius.,

. IIII[a] feria . U feria . UI feria . dies erunt nobis letaniarum . Proinde admonemus karitatem uestram dilectissimi fratres atque uniuersitatem plebis‹ ut omnes ieiunemus et exoremus dominum nostrum ihesum xpm pro peccatis nostris siue ut dominus iram a nobis aufferat et aeclesiam domini iugiter frequentemus., amen.,

Finit.,

II.

Kalendarium Gotho-Hispanum.

(Ex eodem cod. Paris N. a. l. 2171, pag. 28-33)

Haud parum conferet, nisi fallor, quod heic subicitur Martyrologium seu Kalendarium ad omnem dubitationem tollendam de Libri Comici antiquitate : utpote quod licet paucis vix annis post illum scriptum, tamen longe aliam speciem, multoque recentiorem aetatem prae se ferat . Verbi causa, notata in eo invenies non solum Adsumtionem B. Mariae V., Dedicationem sancti Michaelis, sed etiam natalicia singulorum Apostolorum et Evangelistarum : de quibus omnibus plane in Libro Comico tacetur.

Veruntamen cave propterea existimes, nihil quod per se aptum sit ad delectationem legentium in eo exhiberi . Nam, ut reliqua taceam, quae ex aliis quoque fontibus hauriri possunt, nonnulla ibi leguntur prorsus singularia, quae a doctis viris sedulo notentur, utputa : *XVIIII Kal. febr. obitum iuliani toleto*, *VII Kal. april. obitum flabi episcopi*, *IIII Kal. iun. obitum domni eugenii toleto*, *III idus aug. sacratio sancti martini episcopi*, *VII Kal. dec. sancti salbatoris*, *etc.*

Pauca quidem nomina, quae iam deleta scriptura legere non possis, passim restitui ope Passionarii olim coenobii S. Dominici de Silos, nunc Parisini inter nov. acq. lat. 2179 saec. XI, quod accurate descripserunt PP. Bollandiani in Catalogo codicum hagiographorum Biblioth. Nation. Paris. t. III, p. 476 sqq. Hoc ipsum tamen nunquam praesumsi, nisi ita, ut adhibitis uncinis lectorem de re monitum vellem.

INCIPIT . MARTIRUM.˙, LEGIUM.˙,

IANUARIUS . MENSIS . DIES . XXXI.,

A Kalendis ianuariis., Circumcisio domini.,
B IIII . nonas‹ Ieiunium obserbauitur.,
C III .
D II .
E nonis
F UIII idus. Apparitio domini nostri ihesu xpi.,
G UII‹ sanctorum iuliani et basilisse et comitum eius.
A UI‹ Allisio infantum bethlemeticorum.,
B U‹ sanctorum XL^a martyrum xpi.,
C IIII‹
D III sancti tipasi.,
E II
F idus
G XUIIII kalendas februarias., Obitum iuliani toleto.,
A XUIII
B XUII
C XUI‹ depositio sancti antoni.,
D XU sancti sulpicii aepiscopi.,
E• XIIII‹ sancti sabastiani et comitum eius martyrum.,
F XIII‹ sanctarum agnetis et merentiane uirginum.,
G XII‹ sanctorum fructuosi aepiscopi augurii et eulogii diaconorum martyrum.,
A XI‹ sancti uincenti laeuite et martyris xPi.,
B X‹ obytum ildefonsi episcopi et confessoris xpi.,
C UIIII‹ sancti babile aepiscopi etrium puerorum martyrum xpi.,
D UIII‹
E UII‹ caput februarii . Mensis . aput egyptios.,
F UI
G U‹ sancti tyrsi . et comitum eius martyrum.,
A IIII
B III
C II

MARTIRUM.', LEGIUM.',

FEBRUARIUS MENSIS DIES XXUIII°

D	Kalendis februariis.,	
E	IIII	nonas .
F	III	
G	II	
A	nonis‹	sancte agate uirginis et martyris xpi
B	UIII	idus
C	UII	sancte dorotae uirginis et martyris xpi
D	UI	
E	U	
F	IIII	
G	III	
A	II	sce eolalie uirginis et martyris xpi‹ et sancti timothei et maure martyrum xpi
B	idus	
C	XUI	kalendas marcias
D	XU	
E	XIIII	
F	XIII	
G	XII	
A	XI	sancti pantaleonis et comitum eius martyrum.,
B	X	
C	UIIII	
D	UIII	Katedra sancti petri apostoli.,
E	UII	
F	UI	
G	U	caput Mensis aput egyptios.,
A	IIII	
B	III	
C	II	

MARTIRUM.˙, LEGIM.˙,

MARCIUS MENSIS DIES XXXI.,

D **Kalendis marciis.,** sancti nicefori martyris xpi
E ui nonas
F u‹ sanctorum emetrii et celedonis martyrum xpi., calagurre.,
G iiii
A iii
B ii obitum domni iuliani episcopi toleto.,
C nonis sanctorum perpetue et felicitatis.,
D **uiii idus**
E uii
F ui
G u
A iiii sancti ruderici presbyteri‹ et salomonis cordoba., [gregorii pape *add. ser. manu*]
B iii depositio leandri.,
C ii
D idus
E **xuii kalendas apriles.,**
F xui
G xu
A xiiii
B xiii sanctae claudiae.,
C xii
D xi
E x
F uiiii
G uiii‹ equinoctium uerni.,
A uii obitum flabi aepiscopi
B ui
C u
D iiii
E iii‹ sancti agacii martyris xpi‹ et sanctorum secundi et mar-
F ii‹ [tiani martyrum xpi.,

MARTIRUM.', LEGIM.',

APRILIS . MENSIS . DIES XXX[a]

G **Kalendis aprilis.,**
A iiii nonas‹ sancti cresegoni et comitum eius martyrum
B iii‹ sanctae teodosie . uirginis et martyris xpi
C ii Obitum domni isidori episcopi et confessoris era dc74 spalensis eclesiae episcopi
D nonis sancti ambrosii episcopi et conf.
E **uiii idus**
F uii
G ui
A u
B iiii
C iii
D ii‹ sancti uictoris martyris xpi.,
E idus
F **xuiii kalendas maias.,**
G xuii
A xui‹ sanctorum obtati et frontonis.,
B xu
C xiiii‹ sancti eleuterii aepiscopi et comitum eius martyrum
D xiii
E xii
F xi
G x‹
A uiiii
B uiii‹ sancti georgii martyris xpi.,
C uii sancti marci aeuangelistae
D ui sancti timothei.,
E u
F iiii [Sancti prudentii et comitum eius *add. al. manu*]
G iii
A ii

MARTIRUM LEGIUM

MAIUS MENSIS DIES XXXI

B **Kalendis maiis.**, sanctorum torquati‹ tisefons‹ ysicius‹ yndalecius‹ secundus‹ eufrasius‹ cecilius****pi
[Transitus sancti filippi apostoli. *add. marg. al. manu.*]
C ui nonas‹ sancte salse uirginis et martyris xpi.
D u‹ inuentio sancte crucis
E iiii‹ sancti iude aepiscopi et martyris xpi.,
F iii
G ii sancti concordi.,
A nonis
B **uiii idus**
C uii
D ui
E u
F iiii . sancti pancratis . martyris xpi.,
G iii
A ii sancti ysidori martyris xpi.,
B idus
C **xuii . kalendas Iunias.,**
D xui
E xu
F xiiii
G xiii . sancti baudali martyris xpi., baucal.
A xii . sancti manti martyris xpi elbora
B xi
C x
D uiiii . principium estatis.,
E uiii
F uii
G ui
A u
B iiii obitum domni eugenii toleto
C iii
D ii

MARTIRUM LEGIUM

IUNIUS MENSIS DIES XXX[a]

E Kalendis Iuniis. sancti eulogii presbyteri et sancte leocritiae cordoba
F iiii nonas
G iii
A ii
B nonis
C uiii idus
D uii
E ui‹ sancti cirilli alexandria.,
F u
G iiii
A iii
B ii
C Idus‹ sancti quirici et iulite martyrum xpi.,
D xuiii kalendas iulias.
E xuii
F xui sanctorum adriani atque natalie et comitum eorum mar-
G xu [tyrum
A xiiii . sanctarum syriace et paulae
B xiii sanctorum gerbasi et protasi martyrum xpi.
C xii
D xi
E x
F uiiii‹ sancti iheronti cordoba.,
G uiii . Natibitas sancti . iohannis babtiste.,
A uii
B ui sancti pelagii martyris xpi cordoba.,
C u sancti zoyli martyris xpi cordoba.,
D iiii sancte iuliane uirginis et comitum eius martyrum.,
E iii sanctorum apostolor. petri et pauli martyrum xpi. roma
F ii sancte lucidie uirginis et ancelae regis barbaror. et aliorum de populo ciuium romanorum

ITEM . MARTIRUM.˙, LEGIUM.˙,

IULIUS . MENSIS DIES XXXI.,

G . Kalendis iuliis., sanctorum apostolorum symonis et iude martyrum xpi
A ui nonas
B u sancti bonifatii et comitum eius.,
C iiii translatio sancti martini episcopi.
D iii
E ii
F nonis
G uiii idus
A uii [felicitatis martyris xpi.,
B ui . sancti xpistofori et comitum eius martyrum⸓ et sancte
C u . sanctae marciane uirginis.,
D iiii
E iii sancti mutii.,
F ii sancti teodorii.,
G idus
A xuii kalendas agustas.,
B xui sanctarum iustae et rufinae martyres xpi.,
C xu sanctae marinae uirginis et martyris xpi.,
D xiiii . sancti sperati et comitum eius martyrum.,
E xiii
F xii sancti uictoris masiliensis martyris xpi.,
G xi
A x
B uiiii . sancti bartolomei apostoli martyris xpi⸓ et sancti segu-
C uiii . sancti cucufatis., [line confessoris xpi
D uii . sancte xpistine uirginis et martyris xpi
E ui sancti felicis episcopi et martyris xpi nola.,
F u sancte ***y* *(Maryae ?)* uirginis et martyris xpi.
G iiii
A iii sancti sim......
B ii sancti fabii martyris xpi.,

ITEM . MARTIRUM.', LEGIUM.',

AGUSTUS MENSES DIES XXXI.,

C . **Kalendis . agustis** . sancti felicis martiris xpi . et sanctorum macabeorum martyrum xpi.,
D iiii . nonas . sanctae centolle.,
E iii
F ii
G nonis
A uiii **idus** . sanctorum iusti et pastoris martyrum xpi
B uii sancti mametis martiris xpi.,
C ui
D u [ypoliti ducis martyrum xpi.,
E iiii sanctorum sixisti aepiscopi et laurenti arcediaconi et
F iii sacratio sancti martini episcopi.,
G ii
A idus . sancti . crisanti et darie martyrum xpi.,
B **xuiiii kalendas septembres.,**
C xuiii . Adsumtio sanctae mariae uirginis.
D xuii
E xui
F xu
G xiiii
A xiii
B xii sancti pribati aepiscopi et martyris xpi . et principium
C xi [auttunni
D x . sanctorum claudii . asteri . neonis . domninae . et teo-
E uiiii [milae . cum infante martyrum xpi.,
F uiii . sancti genesis . et martyris xpi
G uii . sancti uictoris et corone martyrum . xpi . item et sancti uictoris martyris xpi et sancti ieronti confessoris xpi
A ui
B u obitum sancti agustini aepiscopi et confessoris
C *(Quaedam hic scripta habentur quae maculata mem-*
D *brana legere non potui.)*
E

SEPTEMBRIS . MENSIS DIES . XXX

F . **Kalendis septembris.,** sanctorum uincenti et leti et comitum eorum martyrum.,
G iiii nonas
A iii
B ii
C nonis., finiunt dies caniculares.,
D **uiii° idus**
E uii
F ui
G . u
A iiii letaniae celebrandae sunt.,
B iii
C ii
D idus
E xuiii **kalendas octobres.,** sancti cipriani episcopi et martyris xpi.,
F xuii
G xui sanctae eufimiae uirginis et comitum eius martyrum.,
A xu
B xiiii . sancte iustine uirginis et cipriani episcopi martyris xpi.,
C xiii
D xii . sanctae candidae uirginis et martyris xpi.,
E xi sancti mathei apostoli et euangelista martyris xpi.,
F x sanctorum agaonensium martyrum xpi.,
G uiiii sancti laeti.
A uiii decollatio sancti iohannis . babtiste et equinoctium attunnale.,
B uii
C uj
D u
E iiii dedicatio
F iii dedicatio sancti micahelis arcangeli.,
G ii Obitum domni iheronimi presbyterî . iherusalem.,

OCTOBRIS . MENSIS DIES XXXI.

A Kalendis octobris sancte lucae euangelistae et sanctorum uerissimi . maximi et iulie martyrum xpi.,
B ui nonas
C u
D iiii
E iii
F ii
G nonis sanctorum sergi et bacci martyrum xpi.,
A uiii idus
B uii sancti dionisi aepiscopi et comitum eius martyrum.,
C ui sanctae afrae et comitum eius martyrum.,
D u
E iiii
F iii sanctorum fausti ianuarii . et martialis martyrum xpi
G ii
A Idus
B xuii kalendas nouembres
C xui
D xu
E xiiii sancti symonis apostoli et martyris xpi.
F xiii
G xii sanctarum nunilonis et alodie martyres xpi.,
A xi sanctorum cosme et damiani antemi leonti et euprepii martyrum xpi.,
B x sanctorum serbandi et germani martyrum xpi.,
C uiiii
D uiii
E uii
F ui
G u sanctorum uincenti sabinae et xpistete martyrum xpi
A iiii
B iii sancti marcelli martyres xpi
C ii sanctorum claudi luperci et [uicto]rici martyrum xpi.

NOUEMBRIS MENSIS DIES XXX[a]

D . Kalendis . nouembris . translatio corporis sancti saturnini episcopi et martyris xpi
E iiii nonas
F iii
G ii
A nonis
B uiii idus
C uii letaniae canonicae
D ui
E u
F iiii
G iii obitum sancti martini aepiscopi et confessoris xpi.
A ii obitum sancti emiliani presbyteri et confessoris xpi
B idus
C xuiii kalendas decembres.
D xuii
E xui
F xu . sancti aciscli et comitum eius martyrum cordoba
G xuiiii . sancti romani et comitum eius martyrum
A xiii
B xii sancti crispini et martyris xpi astigi.,
C xi sancti longini militis et martyris xpi.,
D x sanctae caeciliae uirginis et comitum eius martyrum
E uiiii sancti clementis aepiscopi et martyri xpi
F uiii . sanctae anastasiae et comitum eius martyrum
G uii sancti salbatoris.,
A ui
B u sanctorum facundi et primitibi martyrum xpi.,
C iiii sancti kaprasi et martyris xpi
D iii sancti saturnini aepiscopi et martyris xpi.,
E ·ii sancti andre apostoli et martyris xpi.,

DECEMBRIS DIES XXXI

F Kalendis decembris.,
G iiii nonas
A iii
B ii
C nonis
D uiii idus sancti apollonii et comitum eius martyrum.,
E uii sancti nicolay episcopi et confessoris xpi.,
F ui
G u sancte leocadiae uirginis et martyris xpi.,
A iiii sanctae eulaliae uirginis et martyris xpi.,
B iii obitum sancti pauli confessoris xpi.,
C ii sancta luciae uirginis et martyris xpi
D idus . sancti nazari.,
E xuiiii kalendas ianuarias., sanctorum iusti et abundi
F xuiii letaniae canonicae., [martyrum xpi
G xuii
A xui sancti alexandri aepiscopi et teudoli martyrum xpi
B xu sancte mariae uirginis et genetricis domini nostri ihesu
C xiiii [xpi.,
D xiii
E xii [sancti tome apostoli *add. man. seriori*]
F xi [Translatio corporis sancti ysidori *al. manu*]
G x
A uiiii
B uiii . Natiuitas domini nostri ihesu xpi.,
C uii sancti stefani leuite et martyris primi
D ui sancte eugenie uirginis et comitum eius martyrum
E u sancti iacobi fratris domini apostoli et martyris xpi.,
F iiii Adsumtio sancti iohannis apostoli et euangelistae
G iii sancti iacobi apostoli fratris sancti iohannis et comitum
eius [martyrum ?]
A ii sancte columbe uirginis et martyris xpi et sancti poli-
ca[rpi episcopi et martyris xpi ?]

III.

Homiliae Toletanae

(Ex Cod. Mus. Brit. Addit. 30853.)

Ecce iam discedimus a codice Parisino N. a. l. 2171, non tamen a divite illo Silensium monachorum armario, neque prorsus a sacris Ecclesiae Toletanae ritibus. Homiliae enim de quibus modo disserendum est, et leguntur in codice Musaei Britannici Addit. 30853, qui S. Dominici de Silos quondam fuit; et eo consilio collectae fuerunt, ut in missis Liturgiae Toletanae, qualis ex Libro Comico enotescit, populo recitarentur. Quae res vel eo comprobatur, quod ipsissimae homiliae bene multae post evangelicas lectiones insertae reperiuntur in convenientibus missis antiqui Sacramentarii Toletani, Cod. Brit. Addit. 30844.

Praefatum autem Homiliarium Addit. 30853 ex alio libro, eoque ordinatiore, fuisse descriptum, ipsamet codicis dispositio ostendit. Nam primum exscripsisse videtur antiquarius quae leguntur usque ad fol. 231, ubi totius anni ecclesiastici lectionibus hoc modo finis imponitur: Finit deo gratias amen. Reliqua vero in modum supplementi ex eadem archetypa collectione, vel ex cognatis illi fontibus addita fuerint.

Quo circiter tempore id factum fuerit, facile colligitur ex apocrypha illa epistola, quae inter utramque partem prima manu interposita legitur eod. fol. 231. Etenim, quum praefatam epistolam missam sibi a Salvatore mentiatur « Petrus episcopus de civitate Nimaso », et aliunde scribendi ratio vix inferiorem saeculo undecimo antiquitatem redoleat, non alius hic intelligatur oportet, atque Petrus Ermengaudi, qui Nemausensem ecclesiam rexit an. 1080-1090. Duodecimo igitur saeculo ineunte codicem exaratum fuisse existimo.

Porro, unde repetenda sit ipsius collectionis origo, haud facile decernam: etsi tanta esse videtur totius operis vetustas, tam mira cum Libro Comico convenientia, ut nihil equidem dubitaverim illud existimare librum esse Sermonum, quem ab Hildefonso Julianus, aut certe illum quem ab ipso Juliano Felix scriptum esse asserit (Patr. Lat. t. 96, col. 44 et 450).

Utcumque autem res se habet, nullius scriptoris dicta in eo reperies, qui Gregorio Isidorove recentior sit. Pleraque a gallicanis fontibus sexti saeculi manarunt: multa S. Caesarius Arelatensis suppeditavit, praesertim ex sermonibus « de quotidiano », quorum nonnullos Fausti seu Faustini nomine more suo inscripsit. Quo etiam illud spectat, quod alias veri simile dixisse me memini (*Revue Bénédictine*, t. IX (1892), p. 51 sq), Homiliarii Silensis compositori notam fuisse collectionem illam Durlacensem seu Caroliruhanam, quam Fausto Reiensi nuper attribuit Vindobonensis editor A. Engelbrecht.

Praeterea Augustini sermones duo antea inediti hoc codice servati sunt: quorum alter « de diem sanctae Eolaliae », « de ascensione Domini » alter inscribitur.

Omitto cetera, quibus haec Silensis Homiliarum collectio non solum viris rerum liturgicarum studiosis, sed iis quoque, qui Patrum Latinorum edendis operibus incumbunt, maxime commendatur.

. . . .

Fol. 2 | et subolis. Subolis deum patrem...... ut possimus non timere eum quum iudicat. Qui cum deo patre et sancto spiritu in trinitate unus deus uiuit et regnat per numquam finienda secula seculorum. Amen.

Clausula est sermonis proxime subsequentis.

Fol. 4 Sermo in quarto dominico de aduentum domini. Proxima dominica ...... et subolis. Deum patrem iudicat uirginitatis in | 5v

Ipsa est Maximi Taurinensis homilia 7 (Migne P. L. 57, 235).

f. 6 Sermo in (. U . *in rasura*) dominico de aduentu domini. Karissimi filii propitia diuinitate diem domini ...... tam deuotissime preparamus. Qui cum deo patre, etc.

Pleraque desumpta sunt ex sermone S. Caesarii Arelatensis *Propitia divinitate* (Pseudo-Augustin. 115), quibus conclusionis instar annexa est haec formula ad indicendum festum Nativitatis Domini :
« Ne vero tante sollemnitatis memoriam preterisse videamur, adiubante domino
« adnuntiamus dilectionæ vestrae gaudium magnum quod est sanctum in omnem
« terram. Erit itaque nativitas domini et redemtoris nostri ihesu xpi secundum
« carnem die ill. Quam pius et misericors deus pro sua pietate nos et omnem
« populum suum cum gaudio et laetitia caelebrare permittat : prestante do-
« mino, » etc.

f. 8v Sermo de diem sancte Eolaliae. Sollemnitatibus martirum sanctae lectionis .... et orrea xpi inpleuerunt. Per Dominum, etc.

S. Augustini sermo, brevis quidem, sed pulcherrimus atque indubitatus, quem antea, nisi fallor, incognitum primus edidi in ephemeride quae inscribitur *Revue bénédictine*, t. VIII (a. 1891) p. 418.

f. 10 Sermo beati Atanasii de uirginitate sanctae Mariae. [E]xortatur nos dominus deus noster ...... mater humanitatis. Uerbum caro factum est et habitauit in nobis.

Augustino olim adscriptus, postquam a Maurinis sodalibus rejectus est (Pseudo-August. serm. 245), a P. Florezio repertus fuit in codice ms. saeculi XIII post libellum de Virginitate S. Mariae sub nomine sancti Hildefonsi (Migne 96, 280). Forsitan ab Hildefonso in usum liturgicum conversus fuerit, nam et vetustissimo Missali Toletano (Mus. Britann. Addit. 30844, f. 41-46) insertus est : verumtamen mihi quidem antiquior esse videtur. Ceterum si quaeras quamobrem idem sermo Athanasio quoque tributus sit, illud causae fuisse existimo, quod loci nonnulli, praesertim in exordio, symbolo quod falso dicitur Athanasii haud absimiles sunt.

f. 15v Sermo de diem sancte Mariae. Karissimi, filius dei sine tempore ...... laudemus nomen tuum in saecula saeculorum. Amen.

Hildefonso aeque ac sermo superior a P. Florezio adiudicatus (M. 96, 283), sed perperam: nam totus excerptus est ex Augustini sermone genuino 225 (M. 38, 1095).

f. 17v Sermo de natiuitate domini. Gaudeamus, fratres Karissimi, simul in unum ...... Post paululum enim missa audientium caelebrauitur, ad fidelium sacramenta uenimus, et corpus xpi in presepio altaris positum inuenimus ...... sine fine regnemus. Per ipsum dominum nostrum etc.

Incerti auctoris, antiqui tamen, uti ex commemorata « missa audientium » sive catechumenorum apparet. Conf. Augustini serm. 132, n. 1. Legitur in sacramentario Toletano Cod. Brit. Addit. 30844, f. 71v.

f. 19v Sermo in diem sancti Stefani. Quotiens karitatem uestram ...... tu imple quod promisisti. Quod ipse prestauit qui cum patre etc.

Reperitur in Homiliario Caesariano Durlacensi (Cod. Caroliruhano 340) ordine quartus, unde eum inter Fausti opera novissime transtulit Augustus Engelbrecht, *Corpus Script. eccles. latin.* vol. XXI, p. 236. Lege sis notam Maurinorum ad serm. 211 append. August. censuramque a me factam de sermonibus Fausto Reiorum episcopo in editione Vindobonensi adscriptis, *Revue Bénédictine*, t. IX, (1892) p. 53.

f. 21v Sermo in natale apostolorum Iacobi et Ihoannis, ubi ostenditur qui futurum sit de tribus amicis quando facit de eo quod fistuca nutriatur in trabem. Rogo nos, fratres karissimi, ut non moleste accipiatis...... feliciter uenietis, praestante domino etc.

Est in eodem Codice Durlacenci sermo sextus (Engelbr., p. 243). Exstat etiam in alia collectione Caesariana, cuius antiquissimum exemplar Monachii adservatur (Cod. lat. 6298 saec. VII/VIII), eodem die festo sanctorum Jacobi et Ioannis legendus. Notatu dignum est, huiusmodi communem utriusque apostoli festivitatem nonnisi in monumentis Liturgiae Gallicanae comparere, neque ullum illius vestigium in Libro Comico reperiri.

fol. 24v Sermo in diem circumcisionis domini. Huius sollemnitatis expositionem...... reducere ualeamus. Per dominum nostrum etc.

Constat ex duabus partibus, quarum prior refertur ad verba Evangelii Lucae II 21-35, posterior vero cum sermone 6 Maximi Taurinensis (M. 57, 543) fere convenit. In conclusione concionator admonet « xpistianis indictum esse ieiunium « die quo ethnici escis inmoderatis et poculis uentrem pulmonesque farciunt ». Legitur idem sermo in Sacramentario Toletano, fol. 118v.

f. 28 Sermo in diem apparitionis domini. Karissimi, sollemnitas quam odie caelebramus ...... et gloriatur unus deus in saecula saeculorum. Amen.

Post breve exordium ex sermone 373 Augustini desumptum, paschalis sollemnitas his verbis denunciatur : « Et quia aecclesiastica consuetudo compellit odie « vobis pascalis festi gaudia nuntiare, memoriae vestrae cupio tenaciter inerere « ea que de ipsa vobis fuerim intimatus sollemnitate. Erit igitur per misericordiam « dei anno presenti sub era illa. Initium beate quadragesimae die . illo. Cena « vero domini nostri ihesu xpi . diae . illo. Passio quoque ipsius domini nostri « ihesu xpi diae . illo. Resurrectio vero ejusdem domini nostri ihesu xpi diae « illo. Unde ortor ut ita juste, caste, sobriae et piae vibere studeamus . ut ad « eandem sanctam sollenitatem absque ullo crimine et cum habundantia bonorum « operum pertingere mereamur. Amen. » Altera huiusmodi denunciationis formula legitur in codice nostro f. 280.

f. 29 Sermo in diem sancti Uincenti. Magnum expectaculum expectabimus ...... coronet nos xps dominus ac redemptor, etc.

Totus exscriptus est ex Augustini sermonibus 275 et 276.

f. 30v Sermo in catedra sancti Petri. Natale(m *eras.*) catedre sancti petri primi apostoli est ...... ad aeternum regnum inlesi perueniamus : Prestante domino, etc.

Exordium vulgavit Caillau inter Augustini sermones ineditos supplem. 3, class. 3, serm. 63. Verum multo prolixior est sermo in nostro codice, atque omnino dignus qui legatur : praesertim cum admodum pauci ex antiquitate supersint genuini de Cathedra Petri tractatus. Mirifice in eo extolluntur privilegia Petro a Christo collata : insuper illis verbis utitur concionator, queis satis innuere videatur in Urbe tum temporis adfuisse eos, qui Romano praeerant imperio. « Ecce, inquit, in universo orbe urbs prima vel maxima pauperculo homini a xpo « specialiter regenda committitur. Ligno crucis regalia sceptra subduntur, et « imperiales purpure xpi et sanctorum martyrum sanguini subjugantur. *Fulgenti « conspicuus diademate, et innumerabili vallatus exercitu princeps piscatoris munire « se precibus postulat, ejusdemque meritis magis quam circumfluentibus gemmis se « potius ornari deposcit.* Quod est hoc investigabile arcanum sapientiae dei ? « quaenam hec inmutatio dexterae exelsi ? Egenorum meritis divites locupletari « se postulant, et *ignobilium sanctorum tumulis generosi proceres prosternuntur* » etc. Atqui omnibus notum est Valentinianum imperatorem cum Placidia et Eudoxia Augustis Romam venisse anno 450, pridie festivitatem apostoli Petri, id est, ut peritiores quique interpretantur, « Natale Petri de Cathedra » VIII Kal. martii in antiquissimo Kalendario Bucheriano notatum ; die autem sequenti ad basilicam apostoli Petri processisse, et illic « post venerabilem noctem diei apostoli » a S. Leone Romano episcopo et ab aliis, quos ille ex innumerabilibus civitatibus Italiae collegerat, sollenniter exceptum fuisse (Conf. Tillemont. H. E. XV, 600 et notam Balleriniorum ap. Migne 54, 857). Unde mentem subit, ex occasione fortasse imperatoriae illius peregrinationis concionem hanc habitam fuisse, quam aliis rationibus ductus Leone, Maximo Chrysologoque uix ac ne vix

quidem posteriorem esse putaverim. Neque in Homiliario tantum, sed etiam in Sacramentario Toletano Musaei Britannici f. 143[v] legitur.

f. 33 Incipit homelia sancti Fausti de die dominico ante initium quadragesimae. Dominus et saluator noster qualiter ad eum ...... ne intretis in temptatione. Quod ipse praestare dignetur, etc.

Sermo S. Caesarii. In append. August. 141, Collect. Durlac. 16, Engelbrecht p. 284.

f. 36[v] Sermo de Carnes tollendas. Karissimi, beatum quadragesime tempus adest...... et cum xpo regnabitis. Amen.

Constat frustulis ex sermone 142 append. August. decerptis.

f. 37[v] Sermo de quadragesima legendus. Monet nos caelestis gratiae iussio...... uibere debeamus : auxiliante domino, etc.

Si exordium excipias, omnia deprompta sunt ex sermone « *Moyses quadraginta diebus* », quem Hieronymo et Augustino in manuscriptis plerisque adscriptum (Cf. notam Maurinorum ad serm. 144 append. August.) A. Maius veluti novam mercem denuo edidit Spicil. Rom. t. VIII, p. 717. Migne 47, 1142.

f. 39 Sermo eiusdem in quadragesima legendus.·. Item alius. Anniuersario reditu quadragesime tempus aduenit...... facilius effertur in caelo. Per dominum, etc.

Ex sermone Augustini genuino 206, n. 1 et 3.

f. 40 Sermo de primo dominico quadragesime. Rogo uos, fratres, et admoneo, ut in isto legitimo...... testamenti praecepta conpleuit : auxiliante domino, etc.

Est sermo append. Augustini 142, Caesario recte a Maurinis, Fausto autem ab A. Engelbrecht (p. 323) haud ita iure repetitus. Legitur etiam cum Isidori nomine in Breviario Mozarabum feria IV in capite ieiunii (M. 86, 255) et in appendice operum ipsius Isidori (M. 83, 1217).

f. 44[v] Sermo de secundo dominico quadragesime et de caeco nato legendus. Audibimus, fratres carissimi, modo quum euangelium legeretur...... inluminare dignatus est. ipse dominus et redemptor etc.

Prima et potissima pars ad verbum fere convenit cum sermone Augustini 136, n. 1-3 : qui quidem a Maurinis ex uno codice primum editus, huius nostri Lectionarii ope passim emendandus videtur.

f. 47[v] Sermo in uicesima legendus. Homo ille, quem deus bona uoluntate condidit ad imaginem et similitudinem suam, tibi dicitur, Esto caticuminus, et auditum prebe. Ueni ad cognitionem dei, da nomen per officium adnotationis meae scribendum in libro uitae...... gloriemur in seculis sempiternis. Prestante domino, etc.

Sermo incerti auctoris, eruditi tamen et pii, ex quo docemur id moris olim in provincia Toletana obtinuisse, ut catechumeni tertio dominico ante pascha nomina sua episcopo vel presbytero inscribenda darent. In eo autem quod immoratur in inculcando Denteronomii, praecepto « Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est », concionator cum Hildefonso consentit, qui in opere suo *De cognitione baptismi* c. 20 (M. 96, 120) de catechumenis haec scribit : « Catechumeni, id est « audientes dicuntur, pro eo quod primum praeceptum exhortationis in lege sibi « audiunt dictum : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est.* »

f. 50[v] Sermo de Lazaro legendus. Anniuersaria uobis, karissimi, de lazaro...... eiusque populo coniungantur. Ut sit nomen domini benedictum in secula seculorum. Amen

Incerti item auctoris, cuius superius protuli insigne testimonium (p. 121 not.) de populo christiano pro publice paenitentibus deprecatorem se praebente.

f. 55. Sermo de effetatione. Filioli, quum babtizati fueritis, tenete uitam bonam ...... omnia adponentur uobis. Prestet ipse, etc.

Ritus ephphetationis, quod etiam dixisse me memini, ad conventum matutinum Dominicae Palmarum pertinebat. De quo qui legendus heic notatur sermo Augustinum sapit in affectibus potentissimum. Revera postrema pars in genuino reperitur Augustini sermone 54, n. 12-13. De eo quod in priore parte dicitur, « Non enim orabitis hanc orationem (sc. Dominicam) nisi post babtismum », adi Hildefonsum *De cognit. bapt.* c. 132 (M. 96, 166).

f. 57 Sermo in ramos palmarum legendus ad missam. Karissimi, accipite regulam fidei.. ... peruenire possitis. Prestante et adiubante domino, etc.

Idem sermo legitur in Missali Mozarabum p. 151 (M. 85, 394) : cuius initium ex Augustini Tractatu de Symbolo, n. 1 (M. 40, 627) deceptum est. Omnino tamen advertendum, Symbolum quod in Homiliario nostro explicatur, a Symbolo Mozarabum in multis differre, cum Hildefonsi autem (*Op. cit.* c. 36-83), Etherii et Beati (Epist. ad Elipandum, lib. I, n. 22 M. 96, 906), id est Ecclesiae Toletanae Symbolo ad verbum convenire.

f. 58[v] Sermo de cena domini. Karissimi, deus et dominus noster ihesus xps ante passionem suam...... sed etiam iudicio suo. Qui in trinitate unus deus, etc.

Eundem sermonem, in quo doctrina Ecclesiae Catholicae de Eucharistia egregie asseritur, post transcriptum Homiliarium Silense rursus inveni in una ex collectionibus ineditis sancti Caesarii episcopi. Alludit concionator ad versum 4 psalmi 115 qui paulo ante lectus fuerat, et ad locum Exodi 19, 15. Conf. Librum comicum in Coena Domini ad Tertiam.

f. 61 Sermo de parascefen. Quum xps sponte inferos... Exulta celum et laeta esto terra...... et in inferis uicit. Ipse qui cum patre, etc.

Totus fere convenit cum Pseudo-Eusebii homilia 1 de Pascha, qualis sub Augustini nomine legitur ap. Migne 47, 1153. Fontem primigenium evangelium Nicodemi cap. 23, auctorem vero in obscuro adhuc positum Eusebium illum Alexandrinum esse existimo (Conf. Patr. Gr. 86[1], 383 sq.) : quem facile pro Emesino acceperit is, qui Eusebianam homiliarum collectionem sexto sæculo in Gallia composuit. De eodem infra ad f. 291[v] huiusce codicis.

f. 63[v] Item sermo de quo supra. Karissimi, odie dominus noster ihesus xps in statera crucis ...... dum ueneris in regnum tuum.

Pleraque ex iis quae hic leguntur reperies in append. August. serm. 153, n. 1-2 et serm. 156, n. 5 Fausto Reiensi non temere restituta. Illud solummodo notare iuvat, mediam heic concionem interrumpi voce totius populi boni latronis verba proferentis. Deinde facto silentio sic rursus orator : « Hanc ergo confessionem, « inquit, sancti illius latronis, fratres karissimi, quam *decantando* protulimus, et « respondendo propriam fecimus » etc. Moxque sermonem in hunc modum absolvit : « Nos autem, fratres, eadem que diximus cum gemitu repetamus, *Me-« mento mei dum ueneris in regnum tuum.* » Quibus ultimis verbis neumata, id est notae musicae, adhuc superposita conspiciuntur. Atque hunc morem in multis ritus gallicani ecclesiis receptum fuisse aliunde quoque persuasum habeo.

f. 65 Sermo in uigilia pasche. Ad te loquor, quia et de te loquor, uerbum patris ...... dicamus uoce patuli oris : [A]leluia. [L]audate dominum de celis laudate eum in excelsis. Alleluia.

Incerti auctoris, qui satis distat a solita latinae eloquentiae frugalitate.

f. 66[v] Sermo in hilaria pasce ad missam. Karissimi, odiae ihesus meus, deus meus et dominus meus ...... sine fine laudemus, qui cum deo patre, etc.

Eiusdem forte auctoris, cuius est sermo superior : nam idem dicendi genus cothurnatum, neque tamen inelegans. Quae hic dicitur « Hilaria Pasce » in Breviario Mozarabum « Laetatio Paschae » inscribitur (M. 86, 615).

f. 68[v] Sermo de secunda feria pasce. Quum in sacratissima paschalis diei ...... concedat plubiam, tribuat peccatorum indulgentiam. Cui est honor, etc.

Excusabundo exordio subicitur pars prior sermonis pseudo-augustiniani 168, quae « Fausti stilum refert » iuxta Maurinos.

f. 71. Sermo tertia feria pasce. Sanctam et sacratissimam pasche festiuitatem dies iste concludit ...... aetiam et de hostibus corporalibus triumfemus. Ipso adiubante, etc.

Incerti auctoris, qui neophytos, ut se integros servent, humilibus verbis hortatur. Recitatum fuerat ex evangelio Matth. 18, 3 sqq. Lectionem hanc, quam in Libro Comico frustra quaesieris, pertinuisse censeo ad missam illam pro baptizatis, quae in Missalibus Ambrosiano, Gallicano et Gallo-Gothico praeter missam publicam per octavam Paschae cotidie celebranda praescribitur. De eo quod in principio asseritur, tertia iam feria « paschae festivitatem concludi », vide adnot. seq.

f. 72ᵛ Sermo eiusdem quan[do] infantibus albas deponunt. Sermo mici ad uos est, modo nati infantes ...... sibi glorificandos exibeat. Ipse qui cum deo patre, etc.

Ex Augustini sermone inter Dionysianos octavo n. 1 desumptus (M. 46, 838), in libro sancti Hildefonsi *De cognitione Baptismi* cap. ult. sic inscribitur: « Sermo dicendus ad infantes die tertia post Pascha propter albas tollendas » (M. 96, 171). Apparet igitur, iam eo tempore, quo praedictus liber et Homiliarium Toletanum condita sunt, id est, medio fere saeculo VII° ex octiduo ad triduum coactatam fuisse celebritatem neophytorum, illam videlicet ob causam, quod rarius adulta aetate ad baptismum accederetur.

f. 74 Sermo . IIII . feria pasce. Karissimi dominus noster ihesus xps secundum scribturas ...... et ego in eum. Ut sit nomen domini benedictum in secula seculorum. Amen.

Incerti auctoris ieiuna de resurrectione mortuorum oratio.

f. 75ᵛ Sermo. U feria. pasce. Karissimi, dominus et salbator noster postquam resurrexit ...... nos peruenire concedat. qui regnat, etc.

Hinc iam usque ad Ascensionem nonnisi brevissima sermonum fragmenta in codice exhibentur, quorum quaedam Hieronymum, nonnulla Caesarium, alia demum Eusebium sapiunt.

f. 76ᵛ Sermo UI. feria. pasce. Karissimi, per suae resurrectionis gratiam ...... liberare dignetur. Qui est deus, etc.

f. 77 Sermo die sabbato pasce. Karissimi, in die resurrectionis suae ...... nos ipse perducat, qui unus, etc.

f. 77ᵛ Sermo in octabas pasce. Karissimi, pro redemptione salutis humanae ...... quae creaberat liuerauit. Cui est gloria.

f. 79 Sermo in primo dominico post octabas pasce. Dies resurrectionis domini, fratres karissimi ...... preparet et confirmet, qui cum patre, etc.

f. 79v Sermo in II° dominico post octabas pasce. Odiernus dies, fratres karissimi, in magno sacramento ...... indeficiens beatitudo. Ad quam nos peruenire concedat, etc.

f. 80v Sermo in III° dominico post octabas pasche. Fratres karissimi, tenete xpianam fidem ...... peruenient in futuro. Adiubante domino, etc.

f. 81v Sermo in IIII° dominico post octabas pasche. Karissimi, redempti sumus ad uitam aeternam ...... Ad quem gaudium nos ipse perducat qui cum patre, etc.

f. 82v Sermo in quinto dominico post octabas pasche. Karissimi, per resurrectionem nostri mediatoris ...... et laetemur in eo. Adiubante nos ihesu xpo, etc.

f. 83 Sermo de ascensione domini. Ascensionem domini caelebramus, fratres karissimi ...... commendasset, ascendit in caelum. Ipse dominus, etc.

In Sacramentario Toletano Musaei Britannici multis auctior reperitur fol. 158v, ibique magnam affinitatem habet cum sermone Augustini 265; Augustino et ipse mea sententia haud indignus, licet adhuc, uti videtur, ineditus.

f. 85 Sermo de die dominico post ascensione domini. Saluberrimo nos consilio, dilectissimi fratres ...... non ad uulnera sed ad medicamenta proficiant. Prestet et adiubet, etc.

Dicendi modus ab exordio ad finem usque plane Caesarianus, licet verba quibus litaniae indicuntur nonnihil interpolata usuique hispanico aptata esse videantur. Ibi enim dicitur litanias « a quarta feria usque ad sextam feriam » ante Pentecosten esse servandas. Et hanc quidem aliquando fuisse Ecclesiae Toletanae consuetudinem ex Orationali gothico quem vulgavit Bianchinius facile eruitur, ad quod etiam accedit Breviarium Mozarabum itemque Missale Ambrosianum. At vero nihil est controversiae, quin Arelate sicut in ceteris Galliae regionibus litaniae ante Ascensionis festivitatem fieri solitae sint.

f. 89 Sermo de letanias pentecosten. Ecce, fratres karissimi, dies sancti ac spirituales ...... pro sua pietate concedere, ipse dominus, etc.

Sermo Caesarii, inter pseudo-augustinianos 173, paucis mutatis omissoque n. 4.

f. 92^v Sermo in diem sanctum pentecosten. Deum uerum spiritum sanctum credite xpistiani ...... et usque in sempiternum. Qui cum patre, etc.

Eiusdem forte auctoris, cuius sunt sermones in vigilia et in hilaria Paschae (vid. supra ff. 65, 66^v). In nostro autem post longiorem de divinitate sancti Spiritus disputationem, in qua Throni separatim a Sedibus inter caelestes creaturas recensentur, magnifico dicendi genere ad ipsum Spiritum oratio funditur.

f. 99^v Sermo die dominico ante diem sancti Iohannis babtiste. Fratres karissimi, iam prope sunt dies in quibus messes ...... feliciter peruenietis. Regnante domino nostro, etc.

Est Caesarii Arelatensis in append. August. s. 277, nonnihil mutilus et interpolatus. Purior repraesentatur infra fol. 282^v, ibique inscribitur. « De decimis reddendis. » Porro missam « de decimis » habes in Libro Comico, p. 297.

f. 105 Sermo de festiuitate sancti iohannis babtiste. Sancti iohannis babtiste natalem odiae persecurus ...... condicionis humane esse uideatur. Et qui cum deo patre.

Pseudo-Ambrosii s. 51 (M. 17, 708), Augustino absque ulla veri specie ab A. Maio adscriptus (*Nov. Bibl. Patrum* I 355).

f. 108. Item alio de quo supra. Cuius dies odiae celebratur, fratres karissimi ...... quia ipse uiuificabit nos. Qui cum patre, etc.

f. 109^v Sermo in diem sanctorum petri et pauli. Notum hominibus uobis, fratres .....: gloria sublimatur in secula seculorum. Amen.

Append. August. serm. 201. Re ipsa sermo est sancti Maximi 69, absque clausula illa adventicia, a qua pariter purus est optimae notae Codex Sessorianus (Reifferscheid, I, 119).

f. 112^v Item alius de eiusdem festiuitate sanctorum Petri et Pauli. Odie, fratres karissimi, de xpi nominis fundatores ...... felicium claue meritorum. Adiubante domino, etc.

Sermo Append. August. 203, qualis ex vetere codice f(loriacensi) in notis Maurinorum describitur (M. 39, 2123).

f. 114 Sermo in diem sancti Felicis. Natalem sancti felicis, fratres, feliciter caelebremus ...... aetiam merito copulemur. Per dominum, etc.

Felix martyr Gerundensis Kalendis Augusti commemoratur quum in Orationali Gothico tum in aliis Liturgiae Toletanae monumentis.

f. 115v Item alius sermo eiusdem sancti Felicis qui tamen dispositio domini post triduum dici deuet qui specialiter conuenit. Ad inluminandum magnum genus, fratres dilectissimi ...... operibus peruenire possumus. Prestante domino, etc.

Homilia sancti Caesarii de praedecessore suo Honorato, in collectione Durlacensi ordine decima (Engelbrecht, p. 259), Hispano martyri ne mutatis quidem nominibus « Honorato » et « Arelate » accommodata. Inscriptionem singularem quae ei in codice nostro praefigitur hoc modo interpretor, ut in illa dicatur sermonem in « depositione domni » (sc. martyris) quae « post triduum » recolatur, recitandum esse, quia tunc « specialiter convenit. » Et sane in martyrologio Adonis legimus, « corpus sancti Felicis Gerundae in monumento, quod ipse sibi praeparaverat, conditum esse Nonis Augusti » (ap. Bolland. t. I aug. p. 24), atque ita triduo integro post passionis ipsius diem elapso. Ex hoc loco opinari licet, ad usum alicuius ecclesiae in finibus Gerundensium sitae codicem scriptum fuisse : sic enim facillime ratio redditur, cur in tanta festorum dierum paucitate tantus honor præfato martyri datus sit.

f. 118v Sermo in diem sancti Laurenti. Quum beati laurenti gloriosa passio legeretur ...... esse uoluit practiosam. Ipse dominus, etc.

f. 120v Sermo de decollatione sancti Iohannis babtiste. Non debemus, fratres karissimi, praeconio diu cessare ...... quodcumque a deo postulamus. Ipso auxiliante, etc.

Contra saltatores et mulieres declamatoria insectatio, in qua citatur nominatim « sanctus iohannes os aureum ». (S. Joan. Chrysost. Opp. ed Venet. 1549, t. II, 251 sq.)

f. 126v Sermo in diem ordinatione aepiscopi. Dies ordinationis meae sollemniter odiernus inluxit ...... augeatur ad gloriam. Auxiliante ipso, etc.

Multa hic habes translata ex serm. Augustini 340, addita brevi conclusione quae Caesarium sapit.

cf p 240-258 f. 128v Sermo unius iusti. Memoriam iusti odie caelebramus ...... ut ab hoc auditu malo liberemur. Per ipsum qui, etc.

f. 130 Sermo de sanctis. Sollemnitas sanctorum martyrum, fratres karissimi ...... pro fide sua certantes, Ipse qui in trinitate, etc.

f. 132 Sermones de clade . Prima die legendus. Ecce, dilectissimi fratres, luctuosa nos perterruit nuntiorum relatio . que fines terrae nostrae infectos pestilentia narrat ...... seculorum. Amen. CONFIRMATIO. Ecce,

dilectissimi fratres, cruente mortis nuntio tauidi ...... omnes simul ad deum indulgentiam proclamate.

Indulgentie tamdiu quoque dicende sunt quousque episcopus ad eorum reuertatur. et quam maxime quamdiu LXX uicibus repetantur. Deinde sine salutatione aepiscopi responsurium incipitur et tertia in ordine perconpletur.

Incerti auctoris, eiusdem certe, cuius sunt alii tres sermones proxime subsequentes. De « Indulgentiae » precibus apud Gotho-Hispanos frequentatis confer Missale Mozarabum, p. 167 sq. et L. Duchesne, *Origines du culte chrétien* p. 428.

f. 137 Item sermo. secunda die. de clade. Karissimi, externo die nuntiata nobis mala deflebimus ...... obtinere cum angelis. Per dominum ihesum etc. CONFIRMATIO. Ecce, dilectissimi fratres, quia prolato uobis exemplo ...... omnes pariter et corde et uoce indulgentiam a domino postulate.

Citatur cum nomine « beatus Augustinus in sermone de urbis excidio ». (Migne 40, 722).

f. 141 Sermo. die tertio. de clade. Karissimi, externo die et sermone illo quod scribitur. de excidio urbis ...... tribuat sempiternam. Qui cum deo patre. CONFIRMATIO. Si iam ueraciter, karissimi fratres ...... indulgentiam a domino postulemus. *Indulgentiam.*

f. 144^v Item sermo de clade. Ecce, dilectissimi fratres, perterruit nostrorum ...... potest mutare salutis. Qui cum deo patre etc.

f. 146^v Sermo beati Gregorii pape Romensis pro cladis mortalitate dicendus. Oportet nos, fratres karissimi, ut flagella dei ...... damnationis parcat. Qui cum deo patre, etc.

Conf. Migne, 76, 1311.

148^v Sermo eiusdem beati Gregorii pape. Karissimi, nostris malis pro meritis ...... cum festinatione preparemus. Adiubante nos domino, etc.

Ex homilia 4 in Evangelium, etc.

f. 150 Incipiunt sermones de quotidiano beati Agustini episcopi numerò ... I .. um. Gaudemus, fratres karissimi, et deo gratias ...... possitis adquirere. Per dominum, etc.

Ex serm. append. August. 266, n. 1-2.

f. 152 Item alium. Karissimi, quotienscumque ad aeclesiam ...... implere posse quod dicimus. Adiubante domino, etc.

Ad verbum fere convenit cum posteriori parte sermonis Augustini (Caesarii) inter Maianos 106 (*Bibl. Nov. Patr.* I, 221).

f. 153^{v} Item tertium. Nostis, fratres karissimi, omnes homines sanitatem corporis ...... ad praemia aeterna perueniant.

Est apud Maium sermo Augustini 105, Caesario et ipse restituendus, ut stilus et codicum dispositio ostendit.

f. 155^{v} Item quartus. Rogo uos, fratres karissimi, nemo dicat in corde suo quia peccata carnis ...... simul de mercede gaudeamus. Adiubante domino, etc.

Ex serm. Augustini 82, n. 13-15.

f. 158 Item quintus . de euangelio ayt. Si uis uenire ad uitam . serua mandatum . Dum euangelium legeretur, fratres karissimi, audiuimus dominum dicentem, Si uis uenire ...... et haec exorauit pro te ab omni malo. Quod ipse praestare, etc.

Constat excerptis e sermone Augustini 85, praeter clausulam quae Caesarium sapit.

f. 160^{v} Item sextus. In scripturis diuinis, fratres dilectissimi, frequenter uiduae ...... tunc erunt diuites. Per ihesum xpm, etc.

Eam sententiis et dicendi modo cognationem habet cum sermone append. August. 296, ut eidem auctori utrumque indubitanter adiudices.

f. 163^{v} Item septimus. Karissimi, omnes qui uolunt adpreaendere bonam uitam ...... ipsorum est regnum caelorum. Quod ipse praestare etc.

f. 164 Item octabus. Homo quidem erat diues ...... a domino coronari mereamur. Quod ipse praestare dignetur, etc.

f. 167^{v} Item nonus . de id quod scriptum est. Homo quidem desendebat de iherusalem in iherico. [Dum euangelica lectione legeretur *suppl. in marg.*] audiuimus dominum et saluatorem nostrum de peccato primo hominis ...... uitae pabulum prouidete. Quod ipse praestare dignetur, etc.

Hic quoque Caesarii esse intelligitur, praesertim ex recapitulatione in quam sermo desinit.

f. 170 Item decimus. Dicam quod sentio, fratres mei, et quod dixerim ...... partem in regno eius. Ipso praestante, etc.

f. 171 Item undecimus. Non dubito, dilectissimi fratres, insitum esse cordibus uestris timorem dei ...... praeparetis praemium. Auxiliante xpo etc.

Est Augustini sermo 348 a Caesario abbreviatus, ac brevi conclusione auctus.

f. 173 De piscina syloa. XII. Lectio sancti euangelii, qui de piscina syloa loquitur, fratres karissimi ...... et uobis praeparauitis regnum : adiubante domino, etc.

Ineditis Caesarii scriptiunculis adnumerandus.

f. 175 De tribulatione. XIII. Omnis homo in tribulatione aliqua constitutus ...... consilium corrigendi. Ipso praestante, etc.

Constat frustulis ex sermone Augustini 60 decerptis.

f. 176ᵛ De operibus misericordiae. XIIII. Rogo uos, fratres karissimi, misericordiam pauperum ...... elebari mereantur in caelo. Adiubante domino, etc.

f. 178 De aelemosina. XU. Admonet dominus per lectionem aeuangelicam, fratres karissimi, Petite et dauitur uobis ...... omnia munda sunt uobis. Quod ipse praestare dignetur.

f. 179 Sermo sancti Agustini de quotidiae. XUI. Rogo uos, fratres karissimi, ut atentius cogitemus quare xpistiani sumus ...... peruenietis ad domini nostri ihesu xpi regnum. Qui uiuit, etc.

Sermo append. Augustini 265 non sine multa varietate. In eo etiam invenitur pars haud minima sermonis eiusdem append. 292.

f. 185 Sermo sancti Agustini episcopi. Fratres karissimi, quid in uobis tanta pigritia. ut ad domum dei minime uigiletis? ...... habitat in uobis. Amen.

Ex parte convenit cum sermone *De missa cotidiana* quem A. Maius evulgavit (Migne, 47, 1147). Notanda sunt verba haec de temporis spatio, quod publicis precibus etiam a laicis olim impendebatur :

« Et utique xpistiane, non tibi dicitur, ut ad domum dei omni ora conuenias. « Si in matutinis, vix 1 ora est. Si in diaebus festissimis, uix duae ōre sunt. » Eodem fere modo corripit Caesarius eos, qui tardius ad uigilias veniunt, et ubi

verbum Dei recitari coeperit, cito discedunt. « Quantum est hoc, fratres mei, « inquit, quod eos occupatos tenere videmur ? Et ipsi videtis, quia vix est dimi- « diae horae spatium ; cum tamen, ut pauperes homines vel quoscumque artifices « de suis non retardemus operibus, quotiens sermo futurus est, maturius facia- « mus psalmum quinquagesimum dici, ut non tardius, sed semper hora consue- « tudinaria de ecclesia exeatur. » (Append. August. serm. 285, n. 3.)

f. 187v Homelia sancti Agustini episcopi legenda in quotidiano. Primum quidem decet nos audire iustitiam ...... iusti autem in uitam aeternam. Amen.

Scenicis verbis describitur status animae e corpore exeuntis (Reifferscheid, I, 228, 230). Simile aliquid legitur in visione « Macarii abbatis » Patr. Gr. XXXIV 223-30, et in Homilia XXII sancti Macarii AEgyptii, ibid. 659.

f. 189v Item alia homelia idem beati Agustini legenda in quotdidiano. Ecce, fratres, ostendimus uobis quales xpistiani ...... liberare dignetur. Qui cum patre, etc.

Clausula est sermonis appendicis Augustinianae 266.

f. 190 Incipit admonitio sancti Fausti pulcra : ut semper de peccatis nostris et de diem iudicii uel de aeterna beatitudine cogitemus. Modo, fratres karissimi, cum diuina lectio legeretur, audiuimus beatum apostolum terribiliter ...... in gaudium domini tui. Praestante, etc.

Sermo Caesarii in collectione Durlacensi ordine duodecimus (Engelbrecht, p. 267).

f. 193v Item admonitio de diem iudicii quum grandi metu et sollicitudine iugiter cogitare. Rogo uos, fratres karissimi, et cum grande ...... indulgentiam peruenire. Praestante, etc.

Cod. Durlac. serm. 11 (Engelbr. p. 262).

f. 196v Incipit admonitio cesarea *(necessaria)* de diem iudicii et malorum pena . uel bonorum gloria . et quod laici non mutato abitu et possint et debent quotdidie penitere. Rogo uos, fratres karissimi, ut si quid frequenter admonui ...... uitae meritis adquiramus. Per eum qui uiuit, etc.

Cod. Durlac. serm. 14 (Engelbr. p. 276). Plane idem titulus in ms. Corbeiensi (Paris. lat. 14086, f. 107v) saec. VIII.

f. 200 Incipit expositio sancti aeuangelii . ubi ayt. Nesciat sinistra tua . quid faciat dextera tua. Euangelica lectione, fratres dilectissimi, quae nobis modo recitata est ...... aeternae beatitudinis faciamus. Quod ipse praestare dignetur, etc.

Cod. Durlac. serm. 17 (Engelbr. p. 289).

f. 203 Incipit de uocatione beati Abraae. Modo cum diuina lectio legeretur ...... aeterna gloria tribuatur. Per dominum, etc.

Cod. Durlac. serm. 18 (Engelbr. p. 292). Sed pro conclusione antiquarii oscitantia abrupte affertur postrema pars homiliae pseudo-augustinianae 306, inde a n. 3 (Migne, 39, 2333).

f. 207 Dominus et deus noster . misericors et miserator ...... nondum illum delectat quod bonum est.

Ex sermone nono sancti Augustini, n. 1-8.

f. 215^{v} Incipit sermo exortaturius ad populum. Fratres karissimi, ad memoriam uestram reducimus ...... quae praeparauit deus diligentibus se. Ipso praestante, etc.

Est in Bibliotheca Patrum homilia Caesarii 42, sed interpolata, quandoquidem in ea citantur multo Caesario recentiores Gregorius et Isidorus.

f. 219^{v} Incipit epistola beati Pauli. Fratres karissimi, frequenter diximus, semper xpistianus ...... diaboli tutos prestare. Cui sit gloria, etc.

Homilia Caesarii 45 in Bibliotheca Patrum Coloniensi. — Pseudo-Augustini sermo 60 ad fratres in eremo.

f. 223 Epistola beati Clementis episcopi . directa sancto iacobo episcopo iherosolime. Clemens Iacobo domino et episcopo episcoporum ...... uitae praemia peruenire. Praestante domino, etc.

Pseudo-Clem. Patr. Gr. I 463 et II 31.

f. 225. Item exortatio sancti cipriani episcopi. Quum domini instruentis dignatione ...... sed paratus est ad coronam. Auxiliante domino, etc.

f. 228 Item epistola beati Agustini episcopi exortatoria. Fratres karissimi, audiuimus cum euangelium legeretur, terribilem simul et desiderabilem ...... feliciter peruenire. Amen. Adiubante uos, etc.

Sermo appendicis Augustianae 78.

f. 231 FINIT DEO GRATIAS AMEN.
Incipit epistola sancti saluatoris que directa est a domino et inuenta est super altare sancti banduli in ciuitate nimaso. Amen dico uobis quia misi super populum brucos et locustas ... Nam iuro ego petrus episcopus de ciuitate nimaso ...... et inueni hanc epistolam.

Cf. Baluze, *Capitularia regum Francorum*, vol. II, col. 1396. Paris, 1677. — Amaduzzi, *Anecdota litteraria*. Romae, 1773, vol. I, p. 61.

. . . .

f. 232ᵛ med. Item ** sermo de IIII° dominico de aduentum domini *** Karissimi, xps uenit medicina caelestis ...... iucundemur in misericordia eius. Qui cum patre, etc.

f. 235 Sermo de diem sancti Stephani. Martyr stephanus beatus et primus ...... in aeternum manere cum xpo domino. Qui uiuit, etc.

Ex serm. Augustini 317. Legitur etiam in Codice Addit. 30844, fol. 80.

f. 237ᵛ Sermo in caput anni. Kalendae istae, fratres karissimi, quas ianuarias uocant ...... a domino praemia repensentur. Per dominum, etc.

Append. August. serm. 129.

241 Item alius de epyphania in uigilia dicendus. Proxime, fratres carissimi, huiusmodi redemptionis nostrae ...... suae adobtionis adsummere. Quod ipse praestare dignetur, etc.

Cod. Durlac. serm. 7. (Engelbr. p. 247).

f. 244ᵛ Item in epyphania aut ad missam de crastino et natale sancti Lucian(y *ex* e) martyris. Sollemnitatem quae de domini nostri natiuitate ...... poterimus feliciter peruenire. Praestante domino, etc.

Cod. Durlac. serm. 8 (Engelbr. p. 252).

f. 247 Item sermo sancti fausti in natale sancti luciani in epyphania. Quod uobis de externa festiuitate ...... ab illo cuncta praestantur. Auxiliante domino, etc.

Cod. Durlac. serm. 9 (Engelbr. p. 255).

f. 250 Sermo in natale infantum. Hodiae, fratres karissimi, natale illorum infantum ...... sua potectione perducat. Cui est honor, etc.

Cod. Durlac. serm. 5 (Engelbr. p. 238).

f. 254ᵛ Sermo sancti fausti legendus ante carnes tultas. Ecce, fratres dilectissimi, dies quadragesimae ...... praemia conparemus. Praestante domino, etc.

Cod. Durlac. serm. 15 (Engelbr. p. 280).

257ᵛ Sermo eiusdem legendus ante initium quadragesime. Nonnulli xpistianorum, fratres,extimantes se ...... obserbantes quadragesimae quodtidiana |

Desinit mutilus paulo ante finem in imo folio 260ᵛ. — Pseudo-Ambros. serm. 23. — Revera sermo est Maximi 26 (Reiffersch. I, 122).

Folium 261ʳ vacat. Seriore manu in angulo paginae scriptum est : *Hic sunt sermones ad XL de carnes tollendas. alius qui sequitur. item alius. item alius de caeco nato. de lazaro. de piscina siloa. de die iudicii. item alius. item alius.*

In imo folio : Item alium eiusdem de conpetentibus. | f. 261ᵛ Hodie, fratres karissimi specialiter ad conpetentes ...... ad aeterna praemia introduci. Praestante deo, etc.

Deinde interiecto parvo spatio : Uos ergo, fratres karissimi, admonemus sub quorum testimonio hii omnes qui nomina sua in caelum adscribendum dederunt ...... digni conbibio abeantur aeterno. Praestante deo nostro, etc.

Exordio convenit cum sermone appendicis Augustinianae 267, deinceps vero omnino alius est, multaque continet, quae a viris rerum liturgicarum studiosis animadvertantur, v. g. « Ideo enim ante plures dies paschae *nomen uestrum offer-* « *tis*... Ideo ergo ante aliquos dies ad *manus inpositionem* acceditis, ut uos quasi « adlaetas xpi fortissimos contra se diabolus semper inueniat praeparatos. Sicut « enim luctatores aclete ideo unguntur, ut ab aduersario teneri non possint, ita « et uos ideo *per ministros suos spiritus sanctus dignatur unguere* » (Cf. Hildef. *De cognit. bapt.* c. 21, 27, 28). — « Et *secundum quod et ipsi(s) in babtismo factum* « *est*, hospitibus pedes labent » etc. (Vide append. August. serm. 168, n. 3).

f. 265 Item alium eiusdem. Qui ad cenam dominicam deuotis cursibus aduenistis ...... cum xpo gaudia possideuit. Per ipsum dominum, etc.

f. 267ᵛ Sermo de parascephen. Passio haec domini nostri ihesu xpi qui euangeliis recitata est ... Dicamus et nos. K. Memento mei domini dum ueneris in regnum tuum. Hanc ergo confessionem illius sancti

latronis ... Nos autem, fratres, eadem quae diximus cum gemitu repetamus, Memento mei domine.

Sermo append. August. 156 paucis in principio versibus mutatis. Confer ea quae dixi superius ad fol. 63^{v} huius codicis.

f. 270 Item alium eiusdem. Ascensionis dominicae festiuitatem ...... in gloria est dei patris. Ut sit nomen domini benedictum, etc.

f. 272^{v} Item alium de quo supra. Karissimi, deum spiritum sanctum ...... perpetua gratia sanctitatis. Ut sit nomen domini benedictum, etc.

f. 273 Item alium de quo supra. In sancti hac beatissimi iohannis babtiste laudibus ...... gentibus dominum praedicaberit.

Inter sermones Maximi Taurinensis legitur in duobus optimae notae codicibus Veronensi et Sessoriano (Reiffersch. I, 119, II, 55). Unde mirari subit, cur illum Bruni in appendicem reiecerit (M. 57, 863).

f. 275^{v} Item alium de quo supra. Beati iohannis merita ...... unde inquid scio |

Reliqua desunt ; vacat dimidia pars paginae 276^{v}, et tota pagina 277^{r}.

f. 277^{v} Sermo in diem apparitionis domini. Diem iste, karissimi fratres, epiphaniæ ...... misericors iubeat coronare. Qui uiuit, etc.

Ultimus est ex iis sermonibus, qui etiam in Codice Addit. 30844 habentur. Sub finem inserta est formula ad indicendum festum Paschatis, de qua supra ad fol. 28. « Nunc igitur, dilectissimi fratres, qui adfuistis aeclesiae dei, diem appari« tionis domini nostri ihesu xpi agnoscere meruistis, diem quoque passionis eius « ipso iubante cognoscite. Erit igitur anno presenti sub era ill. initium beate « quadragesime die illo luna ill. Cena uero domini nostri ihesu xpi die illo. luna « illa. Passio quoque ipsius domini nostri ihesu xpi die illo. Resurrectio eiusdem « domini nostri ihesu xpi die illo luna. illa. Idcirco ortor uos » etc.

f. 281 Item sermo de caena domini. Karissimi, prospiciens ex alto deus ...... sit tibi manifestus in gloria. Cui est honor.

Exscriptus ex homilia 5 Pseudo-Eusebii de Pascha, quae incipit « Magnitudo caelestium beneficiorum. »

f. 282^{v} Sermo sancti Agustini de decimis reddendis legendum dominico ante diem sancti iohannis. Propitio xpo, fratres karissimi ...... peruenietis. regnante domino, etc.

Vide supra ad f. 99^{v}.

f. 286 Sermo de elemosina. Remedia peccatorum, fratres, ... metamus uitam aeternam. Per dominum, etc.

Serm. append. August. 310.

f. 289 De Ninnibe ciuitate. Legimus in prophetis cum ninnibe ...... superare possimus. Per dominum, etc.

S. Maximi homilia 90.

f. 291^v Sermo de dominicae obserbatione. Consummatis igitur atque perfectis die dominico adque festiuitatibus ipsius diei pertinebant, et dimisso iam populo resedente sancto eusebio episcopo domui suae ingressus est alexander, dixitque ad eum, Deprecor, domine, quam ob causam dominici diei obseruatio ...... in bonis operibus confirmare dignetur. Cui est honor, etc.

Ex hoc sermone elucet iam inde antiquitus apud Gallos et Gotho-Hispanos enotuisse homilias, quae in codicibus graecis reperiuntur Eusebii Alexandrini nomine inscriptae, et leguntur ap. Migne, P. G. 86[I], 313 sqq. Inter quas una exstat « De die dominico » (col. 413), quae in sermonem codicis Silensis totidem fere verbis translata est.

f. 294^v [F]ratres karissimi, dominus et saluator noster pro calice aquae frigidae ...... aeterna gloria tribuatur. Per dominum, etc.

Exscriptus est partim ex serm. Augustini (Caësarii) inter Maianos 63, partim ex serm. append. 306.

f. 299 Ad memoriam uestram reducimus ...... diligentibus se. Ipso praestante, etc.

Vide supra ad fol. 215^v.

f. 303 Dominus et saluator noster qualiter ad eum ...... in temptatione. Quod ipse, etc.

Idem qui legitur supra f. 33.

f. 306 [U]erum est, dilectissimi fratres, quod crux domini nostri ihesu xpi salutem ...... salutem aquis suscitauit, ipsum dominum, etc.

f. 307^v QUI HOC PEREGIT OPUS REGNIS POTIATUR INFINITIS. AMEN.

IV.

Capitula Evangeliorum Neapolitana.

(Ex codd. Mus. Brit. Cotton. Nero D. IV, et Reg. I B. VIII.)

Praecipua rei lectionariae monumenta, quibuscum Liber Comicus conferendus sit, in praefatione breviter indicavi : ex quibus Capitulare Evangeliorum Neapolitanum et Lectiones ex Apostolo Capuanas, quod maioris momenti simulque minus vulgatae notitiae essent, huicce appendici inserere visum est.

Primum quidem breviter ea commemoranda sunt, quae de pericopis Neapolitanis latius disputavi in ephemeride *Revue Bénédictine*, t. VIII (1891) p. 481, 529 sq.

Duo extant in Musaeo Britannico codices Evangeliorum circa an. 700 in Anglia conscripti, Cotton. ms. Nero D. IV (Evangeliarium S. Cuthberti) et Regius I B. VIII, qui in principio uniuscuiusque evangelii indicem exhibent festivitatum sive dierum, in quibus aliquid ex eo olim legebatur. Hos autem indices, quos cum ipso evangeliorum textu glossisque anglo-saxonicis ex solo Cottoniano codice edidit W. W. Skeat (Cantabrigiae, an. 1871, 1874, 1878 et 1887), ad usum Ecclesiae Neapolitanae spectare ex eo manifestissime constat quod, cum paucissima in eis sanctorum festa occurrant, lectiones peculiares *In natale sancti Ianuari* et *In ieiunium sancti Ianuari* assignatae sint. Insuper notata ibidem reperitur *Dedicatio basilicae Stephani*, quo nomine item Neapolitana ecclesia cathedralis in vetere Kalendario marmoreo saeculi noni designatur.

Quaeres forte, qui fieri potuerit, ut huiusmodi Capitula Evangeliorum Neapolitana in manus anglorum scribarum septimi saeculi devenerint ? Hoc modo rei causa explicanda est.

Anno 668, Theodoro Cantuariensi archiepiscopo in Angliam proficiscenti socius a Vitaliano papa datus est abbas Hadrianus, vir natione Afer : quem quidem « *in monasterio Nisidano, quod est non longe a Neapoli Campaniae* » antea degisse tradit Venerabilis Beda, Hist. Eccles. IV, 1. Facile autem putabis virum illum rerum ecclesiasticarum apprime studiosum, Hadrianum dico, in gratiam novellae gentis libros aliquot secum detulisse, atque inter illos codicem Evangeliorum Ecclesiae Neapolitanae usui accommodatum : quem postea nihil suspicantes ex integro transcripserunt plures variis in locis antiquarii.

Praefata capitula iuxta ordinem, quo inter se in utroque codice sequuntur, primum accurate reddidi, additis pericopis, quae cuique diei respondent, ubi illae certo aut saltem probabiliter definiri poterant. Deinde iisdem capitulis iuxta seriem sollennitatum dispositis, antiquam liturgiam Neapolitanam, qualis saeculo septimo fere medio fuit, repraesentare conatus sum.

I. CAPITULA IUXTA ORDINEM CODICUM DISPOSITA.

Ante Evangelium Matthaei.

1. Pridu natale domini	I 18
2. In stilla domini ad missa publica	II 1
3. Innocentum	II 16

4. Post secunda dominica feria . IIII . de aduentum	III 1
5. In stilla domini nocte	III 13
6. In XLgisima paschae	IV 1
7. In ieiunium de stella domini	IV 16
8. In ieiunium sancti andrae	IV 18
9. In sanctorum de beatitudinem	V 1
10. Cotidiana	V
11. De XLgisima feria . II .	V
12. Post secunda dominica XLgisima feria . II .	V-VI
13. Dominica . IIII . quando orationem accipiant	VI 9
14. Post secunda dominica XLgisima feria . VI .	VI 16?
15. Cotidiana	VI 24?
16. In dedicationem	VII 24
17. Cotidiana	VIII 1
18. Cottidiana de puerum centurionis	VIII 5
19. Item alia	VIII
20. Cottidiana	VIII
21. Cottidiana	VIII
22. Cottidiana	IX 1?
23. De XLgisima feria . VI .	IX 9?
24. Post penticosten feria . VI . in ieiunium	IX 15
25. Cottidiana	IX 18?
26. Cottidiana	IX 27?
27. In sancti uiti	IX 32-5?
28. In ordinatione episcopi	IX 36
29. In apostolorum	X 2, 16
30. In unius confessores	X 32
31. Dominica de aduentum	XI 2
32. Cottidiana per messes	XII 1
33. Item alia	XII
34. Post . V . dominicas de XLgisima feria secunda	XII 39?
35. In martyras	XII 46
36. In XLgisima paschae	XIII 3?
37. Inuentione crucis domini nostri ihesu xpi	XIII 44
38. In decollatione sancti iohannis baptistae	XIV 1
39. Cottidiana	XIV 13?
40. Cottidiana	XIV?
41. Cottidiana	XV
42. Cottidiana	XV
43. De XLgisima feria . VI .	XV-XVI?

44. In natale sancti petri	XVI 13
45. In unius martyris	XVI 24
46. In dedicationem	XVII 1
47. Post secunda dominica XLgissima feria . IIII .	XVII 20 ?
48. De XLgisima feria . IIII .	XVIII 15 ?
49. Cottidiana	XVIII 23 ?
50. Cottidiana	XIX ?
51. In ieiunium sancti petri	XIX 27
52. Dominica tertia quando psalmi accipiunt	XX 1
53. In natale sanctorum iohannis et pauli	XX 20
54. In dedicatione basilicae stephani	XXI 12
55. Dominica . V . quando symbulum accipiunt	XXI-XXII
56. In sancti stephani	XXIII 34
57. Post secunda dominica de aduentum feria . VI .	XXIV
58. Post . III . dominicas de aduentum feria . IIII .	XXIV
59. Post tertias dominicas de aduentum feria . VI .	XXIV
60. In martyra	XXV 1
61. In natale sancti ianuari	XXV 14
62. Dominica . V . quando symbulum accipiunt	XXV 31
63. Die sabbati prima passionem domini nostri ihesu xpi	XXVI-XXVII
64. Sabbato sancto ad sero	XXVIII 1
65. Dominica sancta pascha ad misa publica	XXVIII 8

Ante Evangelium Marci.

66. Sabbato sancto mane	VII 34
67. Post penticosten in ieiunium feria . IIII .	?
68. Cottidiana	?
69. Die dominica de indulgentia passio domini nostri ihesu xpi	XIV-XV
70. Feria . VI . de albas paschae	XVI 1

Ante Evangelium Lucae.

Secundum lucan

71. In ieiunium sancti iohannis baptistae	I 5
72. Dominica . III . de aduentum	I 26
73. In natale sancti iohannis baptistae	I 57
74. In natale domini ad misa publica	II 1
75. In octabas domini nostri ihesu xpi	II 21
76. Post dominica . IIII . de epiphania	II 42

77.	Dominica prima de aduentum domini nostri ihesu xpi	III 1
78.	Post . V . dominicas de aduentum	III
79.	Cottidiana	IV
80.	In ieiunium apostolorum	V 1 ?
81.	Cottidiana	V
82.	Cottidiana per messes	VI 1
83.	Post pentecosten in ieiunium die sabbati	VI 6
84.	In apostolorum	VI 13
85.	In sanctorum	VI 20
86.	Post . III . dominicas XLgisima feria . II .	?
87.	Cottidiana	?
88.	Cottidiana	?
89.	In martiras	?
90.	Cottidiana	?
91.	Cottidiana	?
92.	In sanctorum	?
93.	Cottidiana	?
94.	In martyras	?
95.	Cottidiana	?
96.	In ieiunium sanctorum iohannis et pauli	XII 1 ?
97.	In unius confessores	XII 8
98.	Cottidiana	XII
99.	Post prima dominica de aduentum in ieiunium feria . IIII .	XII 35 sqq.
100.	Post prima dominica de aduentum feria . VI .	
101.	In natale episcopi	XII 42
102.	Cottidiana	?
103.	Cottidiana	?
104.	In natale sancti laurenti	XIV 13 ?
105.	In ieiunium sancti laurenti	XIV 21 ?
106.	In unius martyris	XIV 26
107.	Cottidiana	?
108.	Cottidiana	?
109.	Cottidiana	?
110.	In XLgisima paschae	?
111.	Cottidiana	?
112.	Post . III . dominicas XLgisima feria . IIII .	XVIII 1-14 ?
113.	Feria . III . de ebdomada maiora	XVIII 31
114.	Cottidiana	?

115.	Item alia	?
116.	Feria . V . mane in coena domini ad missa. Passio domini nostri ihu xpi	XXII-XXIII
117.	In apostolorum	XXII 30
118.	Die sabbati de albas pasce	XXIV 1
119.	Feria . III . de albas pasce	XXIV 13
120.	Feria . V . de albas pasce	XXIV 36-49 *
121.	In ascensa domini nostri ihu xpi	XXIV 44-53

(* In ipso Evangelio ad marginem legitur : « *Haec lectio in ebdomada* « *pascae dum legitur finitur in loco ubi ait,* Quoadusque induamini uir- « tutem ex alto. *Cum autem in ascensione legitur alio loco incoanda est* « *quo dicit discipulis,* Haec sunt uerba quæ locutus sum uobis cum « adhuc essem uobiscum *usque in finem euangeli.* »)

Ante Evangelium Ioannis.

122.	In sancti iohannis apostoli et euangelistae	I 1
123.	Post epiphania dominica prima	I 29
124.	Post epifania dominica secunda	I 43-51
125.	In uelanda	II 1
126.	In dedicatione sanctae mariae	II 13
127.	Dominica . II . XLgisima paschae	II 19?
128.	Post octabas domini nostri ihu xpi	III 16, 19?
129.	Post . III . dominicas de ephifania de muliere samaritanae	IV 5
130.	De XLgisima feria . IIII .	IV
131.	In sancti angeli	} V 1-4
132.	et in dedicatione fontis	} V 1-4
133.	Cottidiana	?
134.	In natale sancti andreae	VI 8
135.	Cottidiana *	VI

(* Ad oram capituli XV (Joan. VI 48-55) scriptum est : « Legenda pro defunctis. »)

136.	Post . IIII . dominicas XLgisima feria . IIII .	VI
137.	Post . IIII . dominica XLgisima feria . IIII .	VI
138.	Post . IIII . dominica XLgisima feria . II .	VI-VII?
139.	Post . IIII . dominica XLgisima die sabbati	VII 22-23? *

(* Ad marginem capituli XVIII, quod huic fere loco respondet, scriptum est : « Legenda in quadragesima. »)

140.	Post . V . dominica XLgisima feria . III .	VII 25-30
141.	Sabbato sancto penticosten	VII 37-39

142. Post . V . dominica XLgisima feria . IIII .	VII 43-53
143. Post . V . dominicas XLgisima die sabbati	VIII
144. Post . III . dominicas XLgisima feria . VI.	VIII
145. De XLgisima post . III . dominicas sabbato mane post scrutinium	IX 1-38
146. A XLgisima post . III . dominicas die sabbati in ieiunium	IX 39-X 10 ?
147. Post . IIII dominica XLgisima feria . VI .	X .
148. Post . V dominicas de XLgisima feria . VI . de lazarum	XI 1
149. In agendas	XI 21
150. Dominica . VI . de indulgentia	XII 1
151. Feria . II . de ebdomada maiorem	XII 12 ?
152. In natale sanctorum iohannis et pauli	XII 24
153. In ieiunium sancti ianuari	XII 38 ?
154. Feria . V . ieiunium de cena domini	XIII 1
155. Feria . IIII . de ebdomada maiorem	XIII 21
156. Post albas paschae dominica . II .	XIV 1
157. Dominica sancta penticosten	XIV 15
158. Post albas paschae dominica prima	XV 1
159. Post ascensa domini	XV 26
160. Post albas paschae dominica . III .	XVI 5
161. Post . III . dominicas XLgisima feria . IIII . ab his' } 162. et post albas pascae dominica . V. }	XVI 16
163. Post . III . dominica die sabbati ab his' } 164. et post albas pascae dominica . IIII . }	XVI 23
165. Feria . II . post albas	XVII
166. Feria . VI . de ebdomada maiore passio domini nostri ihu xpi	XVIII-XIX
167. Secunda feria pascae	XX 1
168. Dominico octabo pascae	XX 26
169. Feria . IIII . pascae	XXI 1
170. In natale sancti petri	XXI 15-19*
171. In adsumptione sancti iohannis aeuangelistae	XXI 19-24

(* Ad oram capituli XLV adnotatum est : « *Quae lectio cum in natale* « *sancti petri legitur a loco incoatur quo ait* Dicit simoni petro iesus simon « iohannis diligis me plus his *usque ad locum ubi dicit* significans quo « morte clarificaturus esset deum. *Cum uero in natali sci iohannis euan-* « *gelistae inchoanda est a loco quo ait* dicit ei *hoc est dominus simoni petro* « sequere me *usque ubi dicit* et scimus quia uerum est testimonium ejus. »)

II. CAPITULA NEAPOLITANA AD ORDINEM LITURGICUM REDUCTA.

Dominica prima de aduentum domini nostri ihu xpi (77).
Post prima dominica de aduentum in ieiunium feria . IIII . (99).
Post prima dominica de aduentum feria . VI . (100).
Dominica *(secunda ?)* de aduentum (31).
Post secunda dominica feria . IIII . de aduentum (4).
Post secunda dominica de aduentum feria . VI . (57).
Dominica . III . de aduentum (72).
Post . III . dominicas de aduentum feria . IIII . (58).
Post tertias dominicas de aduentum feria . VI . (59).
Post . V . dominicas de aduentum (78).
Pridu natale domini (1).
In natale domini ad misa publica (74).
In sancti stephani (56).
In adsumptione sancti iohannis aeuangelistae (171).
Innocentum (3).
In octabas domini nostri ihu xpi (75).
Post octabas domini nostri ihu xpi (128).
In ieiunium de stella domini (7).
In stilla domini nocte (5).
In stilla domini ad missa publica (2).
Post epiphania dominica prima (123).
„ ephifania „ secunda (124).
„ . III . dominicas de ephifania de muliere samaritanae (129).
„ dominica . IIII . de epiphania (76).
In XLgisima *(LXgisima ?)* paschae (36).
„ „ *(Lgisima ?)* „ (110).
In XLgisima paschae (6).
De XLgisima feria . II . (11).
„ „ „ . IIII . (48).
„ „ „ „ (130).
„ „ „ . VI . (23).
„ „ „ „ (43).
Dominica . II . XLgisima paschae (127).
Post secunda dominica XLgisima feria . II . (12).
„ „ „ XLgissima „ . IIII . (47).
„ „ „ XLgisima „ . VI . (14).
Dominica tertia quando psalmi *(salem ?)* accipiunt (52).

Post . III . dominicas XLgisima feria . II . (86).
Post . III . dominicas XLgisima feria . IIII . (112).
„ „ „ „ „ „ ab his (161).
„ „ „ „ „ . VI . (144).
De XLgisima post . III . dominicas sabbato mane post scrutinium (145).
A „ „ „ „ die sabbati in ieiunium (146).
Post III dominica die sabbati ab his (163).
Dominica . IIII . quando orationem accipiant (13).
Post . IIII . dominica XLgisima feria . II . (138).
„ „ dominicas „ „ . IIII (136).
„ „ dominica „ „ „ (237).
„ „ „ „ „ . VI . (147).
„ „ „ de „ die sabbati (139).
Dominica . V . quando symbulum accipiunt (35).
„ „ „ „ „ (62).
Post . V . dominicas de XLgisima feria secunda (34).
„ „ dominica „ „ . III . (140).
„ „ „ „ „ . IIII . (142).
„ „ dominicas de „ „ . VI . de lazarum (148).
„ „ „ „ die sabbati (143).
Die sabbati prima passionem domini nostri ihu xpi (63).
Dominica . VI . de indulgentia (150).
Die dominica „ „ passio domini nostri ihu xpi (69).
Feria . II . de ebdomada maiorem (151).
„ . III . „ maiora (113).
„ . IIII . „ maiorem (155).
„ . V . mane in cena domini ad missa. Passio domini nostri ihu xpi (116).
„ „ in ieiunium de cena domini (154).
„ VI de ebdomada maiore passio domini nostri ihu xpi (166).
Sabbato sancto mane (66).
„ „ ad sero (64).
Dominica sancta pascha ad misa publica (65).
Secunda feria pascae (167).
Feria III de albas pasce (119).
„ . IIII . pascae (169).
„ . V . de albas pasce (120).
„ . VI . „ „ paschae (70).
Die sabbati de albas pasce (118).
Dominico octabo pascae (168).

Feria . II . post albas (165).
Post albas paschae dominica prima (158).
„ „ „ „ II . (156).
„ „ „ „ III . (260).
„ „ pascae „ IIII . (164).
„ „ „ „ V . (162).
In ascensa domini nostri ihu xpi (121).
Post „ „ (159).
Sabbato sancto penticosten (141).
Dominica sancta „ (157).
Post penticosten in ieiunium feria IIII . (67).
„ „ feria . VI . in ieiunium (24).
„ „ in ieiunium die sabbati (83).
Cottidiana (10. 15. 17. 19-22. 25. 26. 39-42. 49. 50. 68. 79. 81. 87. 88. 90 91. 93. 95. 98. 102. 103. 107-109. 111. 114. 115. 133. 135.)
Cottidiana de puerum centurionis (18).
Cottidiana per messes (32. 33. 82.)

Inuentione crucis domini nostri ihu xpi (37).
In sancti iohannis apostoli et euangelistae (122).
In sancti angeli (131).
In sancti uiti (27).
In ieiunium sancti iohannis baptistae (71).
„ natali „ „ „ (73).
In ieiunium sanctorum iohannis et pauli (96).
„ natale „ „ „ „ (53).
„ „ „ „ „ „ (152).
In ieiunium sancti petri (51).
„ natale „ „ (44).
„ „ „ „ (170).
In ieiunium sancti laurenti (105).
„ natale „ „ (104).
In decollatione sancti iohannis baptistae (38).
In ieinium sancti ianuari (153).
„ natale „ „ (61).
In ieiunium sancti andrae (8).
„ natale „ andreae (134).
In dedicatione basilicae stephani (54).
In dedicatione sancte mariae (126).

In dedicatione fontis (132).
In dedicationem (16. 46).
In ordinatione episcopi (28).
In natale „ (101).
In ieiunium apostolorum (80).
In apostolorum (29. 84. 117.)
In martyras (35. 89. 94).
In martyra (60).
In unius martyris (45. 106.)
In unius confessoris (30. 97).
In sanctorum (85. 92).
In sanctorum de beatitudinem (9).
In uelanda (125).
In agendas (149).
Legenda pro defunctis (135*).

V.

Lectiones ex epistolis Paulinis excerptae quae in Ecclesia Capuana saec. VI legebantur.

(Ex Cod. Fuldensi, ed. Ranke p. 165 sq.)

Proxime et loco et tempore ad Capitulare Evangeliorum Neapolitanum Capuanus accedit ordo Epistolarum, qui in celeberrimo habetur codice Fuldensi, ante diem 19 aprilis DXLVI scripto, quando illum a se lectum fuisse testatus est S. Victor, urbis Capuae episcopus.

Praefatus ordo primum editus est a Gerberto abbate inter Monumenta veteris liturgiae alemannicae t. I, p. 405, iterumque accuratiore diligentia ab Ernesto Ranke, Marburgi et Lipsiae 1868.

In codice ergo Fuldensi Epistolis Paulinis praescriptus est index sollemnitatum, additis titulis pericoparum singulis diebus legendis. In ipso autem textu lectionum initia titulis ad marginem scriptis, extrema vero verba plerumque cruciculis appositis indicantur.

Dolendum tamen, scribam constantia qua oportebat usum non fuisse. Nam, ut scribit E. Ranke, « neque omnes quos protulit numeri recti sunt, neque omnibus quos index continet titulis adnotationes marginales respondent, neque cruciculas ubique appositas vides. »

Quae cum ita sint, Lectionarium Capuanum binis columnis repraesentare visum est, quarum prior indicem titulorum, altera vero ea exhiberet quae ad marginem leguntur, una cum primis et extremis verbis singularum lectionum, earum videlicet quae certo definiri possunt.

Quoniam in S. Victoris Capuani episcopi mentionem incidi, non claudendus est primus iste Anecdotorum liber, quin commemorem eiusdem S. Victoris probabiliter esse Epistolam illam ad Constantium (Aquinensem episcopum, an 525-573), quae cum ementito Hieronymi nomine Romano Lectionario praemittitur in nonnullis codicibus. Videas, si placet, quae de eadem epistola disputavi in ephemeride nostra *Revue Bénédict.* t. VII (1890), p. 416 sq.

DE ADUENTU. ad romanos sub titulo XVIII.	De aduentu Domini. Nam quod impossibile erat legis i. q. i. p. c. deus filium suum mittens...... ut et simul glorificemur. (VIII 3-17)
ad romanos sub titulo XXXVIII.	De aduentu Domini. Nolo enim uos ignorare f. m. h. quia caecitas ex parte contigit .. ... ipsi gloria in sae-

	cula saeculorum. Amen. (Rom. XI 25-36)
ad Galatas sub titulo XIII.	De aduentu domini lectio cotidiana. Fratres secundum hominem dico. Tamen hominis confirmatum testamentum ...... per fidem in christo ihesu. (Gal. III 15-26)
ad thessall. I sub titulo XXI.	De aduentu domini. Rogamus autem uos fratres corripite inquietos ...... in aduentum domini ihesu christi seruetur (I Thess. V 14-23)
PRIDIE NATALE DOMINI ad philipp. sub titulo XIII.	Pridie natale domini . et in noctu sancta. Gaudite in domino semper ...... pacis erit uobiscum. (Phil. IV 4-9)
IN NATALE DOMINI ad hebreos principium epistulae.	In natale domini. Multifariam ..... (Hebr. I 1-?)
IN NATALE SANCTI . IOHANNIS ad timotheum II sub titulo XVII.	In natale sancti Iohannis. Omnis scriptura diuinitus ...... qui diligunt aduentum eius. (2 Timoth. III 16-IV 8)
IN NATALE INNOCENTUM ad romanos sub titulo XI.	In natale innocentum. Iustificati igitur ex fide ...... qui datus est nobis. (Rom. V 1-5)
DE CIRÇUMCISIONE DOMINI ad romanos sub titulo LI.	De circumcisione in octabas domini. Dico enim christum ihesum ministrum fuisse ...... alterutrum monere. (Rom. XV 4-14)
DE EODEM DIE CONTRA IDOLA ad corintheos I sub titulo XXXVIII.	*(Ad marginem tituli XXXVIIII)* Lectio in octabas domini contra idola. De his autem quae idolis immolantur ...... ut omnes facerem saluos. (VIII 1-IX 22)

DE EODEM DIE
ad corintheos I sub titulo XLVII.

(Ad titulum XLVIII) Item de circumcisione. Karissimi mihi, fugite ab idolorum cultura ...... quod multis ut salui fiant. (I Cor. X 14-33)

IN IEIUNIO EPIFANIORUM
ad colossenses sub titulo II

In ieiunio epifaniorum Ideo et nos ex qua die audiuimus ...... plenitudinem diuinitatis inhabitare. (Coloss. I 9-19)

IN EPIFANIA MANE
ad corintheos II sub titulo X

In epifania mane. Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere ...... aeterna sunt.(2 Cor. IV 6-18)

IN EODEM DIE EPIFANIORUM
ad titum sub titulo IIII.

Lectio in Epifania. Apparuit enim gratia saluatoris ...... per ihesum christum saluatorem nostrum (II 11-III 6)

IN EODEM DIE EPIFANIORUM
ad galatas sub titulo X

(Ad titul. XVI) Lectio in epifania. Quicumque enim in christo baptizati estis ...... quod si filius et heres per deum. (Gal. III 27-IV 7)

COTTIDIANA POST EPIFANIA.
ad romanos sub titulo XLII

Lectio cotidiana. Habentes autem donationes ...... sed humilibus consentientes. (Rom. XII 6-16)

COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo XII

(Ad titul. CIX) Lectio cotidiana. Uidete ne recusetis loquentem ...... seruiamus placentes deo. (Hebr. XII 25-28)

COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo VIII.

(Ad titul. XL) Lectio cottidiana. Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora ...... adeptus est repromissionem (Hebr. VI 9-15)

COTTIDIANA
ad galatas sub titulo XIII.

(Gal. III 15-26. Conf. supra de aduentu)

COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo XII.

(Ad titul. CXII) Lectio cotidiana. Deus noster ignis consumens est ...... ipse et in saecula. (Hebr. XII 29-XIII 8)

COTTIDIANA ad timotheum I sub titulo XXVII.	Lectio cotidiana. Nihil enim intulimus in hunc mundum ...... imperium sempiternum. Amen (VI 7-16)
COTTIDIANA ad romanos sub titulo XLII	Lectio cotidiana. Nolite esse prudentes aput ...... sed uince in bono malum (XII 16-21)
COTTIDIANA ad romanos sub titulo XVIII.	Lectio cotidiana. Scimus enim quod lex spiritalis est ...... gratia dei per ihesum c. d. nostrum. (VII 14-24.)
COTTIDIANA ad romanos sub initium epistulae.	Lectio cotidiana. Nolo enim uos ignorare fratres quia saepe ...... qui est benedictus in saecula. Amen (I 13-25)
COTTIDIANA ad romanos sub titulo XLIII	Deest indicatio marginalis. Titulus XLIII = c. XIII 1-6. Omnibus potestatibus sublimioribus ...... in hoc ipsum seruientes.
COTTIDIANA ad romanos sub titulo I.	Deest adnot. marg. Titulus I = c. I 1-6. Paulus seruus christi ihesu ...... et domino ihesu christo.
IN SEXAGESIMA ad timotheum I sub titulo VIIII.	Lectio in Sexagesima. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum ...... quae nunc est et futura. (III 16-IV 8)
COTTIDIANA. ad corintheos I sub titulo XLII.	Lectio post Sexagesima. Nescitis quod hii qui in stadio currunt ...... ipse reprobus efficiar. (IX 24-27)
IN QUINQUAGESIMA ad romanos sub titulo XLVIII.	Lectio in Quinquagesima. Omnes enim stabimus ante tribunal ...... pacis sunt sectemur. (XIV 10-19)
IN QUADRAGESIMA ad corintheos sub titulo XLII	Lege « ad Cor. II sub tit. XVII », ad quem locum margo habet : Lectio in caput quadragesime. Ecce nunc

	tempus acceptabile ...... et omnia possidentes. (2 Cor. VI 2-10)
IN IEIUNIO I IN QUADRAGESIMA ad romanos sub titulo XVI.	Lectio in Quadragesima ieiunio primo. Non ergo regnet peccatum ...... ihesu domino nostro. (Rom. VI 12-23)
IEIUNIO II IN QUADRAGESIMA ad romanos initium sub titulo XL	Lectio in Quadragesima secundo ieiunio. Obsecro i. u. f. p. m. d. ut exhibeatis corpora ...... alter alterius membra. (XII 1-5)
IN QUADRAGESIMA DOMINICA II. ad romanos sub titulo XLIIII.	Lectio in Quadragesima secunda dominica. Qui enim diligit proximum ...... deus iterum statuere illum. (XIII 8-XIV 4)
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO III. ad galatas sub titulo XXVIII.	Lectio in Quadragesima ieiunio tertio. Omnis enim lex in uno sermone ...... adimplebitis legem christi. (V 14-VI 2)
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO IIII. ad ephesios sub titulo XVI.	Lectio in Quadragesima ieiunio IIII. Hoc igitur dico et testificor ...... secundum desideria erroris. (IV 17-22)
IN QUADRAGESIMA DOMINICA III. ad ephesios sub titulo XVII.	Lectio in Quadragesima dominica III. Renouamini a. spiritum mentis uestrae ...... in christo donauit uobis. (IV 23-32)
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO V ad ephesios sub titulo XX.	Lectio in Quadragesima ieiunio V. Estote e. imitatores dei ...... in regno christi et dei. (V 1-5)
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VI ad ephesios sub titulo XXX.	Lectio in Quadragesima ieiunium VI. De cetero fr. confortamini ...... quod est uerbum dei. (VI 10-17)
IN QUADRAGESIMA DOMINICA IIII. ad galatas sub titulo IIII.	Lectio in Quadragesima dominica IIII. Notum autem uobis facio fratres ...... et in me clarificabat deum (I 13-24)

IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VII.
ad thessall. I sub titulo XIII.

Lectio in Quadragesima ieiunio VII. De cetero e. fr. rogamus uos et obsecramus ...... ut diligatis in inuicem. (IV 1-9)

IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VIII.
ad thessall. II sub titulo VI.

Lectio in Quadragesima ieiunio . VIII. Confidimus a. de uobis in domino ...... dominus cum omnibus uobis. (III 4-16)

IN QUADRAGESIMA DOMINICA. V
ad colossenses sub titulo V.

Lectio in quadragesima dominica V. Hoc autem dico ut nemo uos decipiat ...... principatus et potestatis. (II 4-10)

IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VIIII.
ad romanos sub titulo L.

Lectio in Quadragesima ieiunio VIIII. + et quae aedificationis sunt in inuicem custodiamus ...... et patrem domini nostri ihesu christi (XIV 19-XV 6)

IN QUADRAGESIMA IEIUNIO X.
ad corintheos II sub titulo VII.

Lectio in quadragesima ieiunio X. Epistula nostra uos estis ...... spiritus domini ibi libertas. (III 2-17)

DOMINICA ANTE OCTO DIES PASCHAE
ad corintheos II sub titulo V.

Titulus V = c. II 1-11. « Neque uero dies ad marginem notatus est, neque pericopa ei bene respondet » (Ranke). Mihi autem titulus iste iungendus est cum eo qui proxime subsequitur. Cf. infra titulum secundae feriae.

IN EBDOMA MAIORE
ad corintheos II sub titulo XXV.

Lege tit. XXVI, ubi ad marginem notatur : Lect. de Indulgentia. Libenter e. suffertis insipientes ...... quia non mentior. (XI 19-31)

IN SECUNDA FERIA ANTE PASCHA EBDOMA MAIORE
ad galatas sub titulo VII.

Ad tit. VIII : Lectio post Indulgentia feria II. Ego enim per legem legi mortuus sum ...... ei ad iustitiam (II 19-III 6)

IN TERTIA FERIA ANTE PASCHA

Lect. post indulgentia feria III.

ad galatas sub titulo VIIII.	Cognoscite ergo quia qui ex fide ...... accipiamus per fidem. (III 7-14)
IN QUARTA FERIA ANTE PASCHA ad ephesios sub titulo VII.	Lectio post indulgentiam feria IIII. Nunc autem in christo ihesu uos qui aliquando ...... per fidem eius. (II 13-III 12.)
IN QUINTA FERIA ANTE PASCHA ad corintheos I sub titulo XXIII.	Lect. in cena domini mane. Nescitis quia modicum fermentum ...... et in spiritu dei nostri. (V 6-VI 11)
IN QUINTA FERIA AD UESPERAM CENAM DOMINI. ad corintheos I sub titulo LVI.	Lect. in cena domini ad sero. Conuenientibus e. uobis in unum ...... cum hoc mundo damnemur. (XI 20-32)
IN SEXTA FERIA ANTE NOCTU MAGNA. ad philippenses sub titulo V.	Lect. in sexta feria ante noctu sancta. Hoc enim sentite in uobis ...... in gloria est dei patris. (II 5-11)
IN NOCTU SANCTA . MANE ad philippenses sub titulo XIII.	Pridie natale domini. et in noctu sancta. Gaudite in domino semper ...... pacis erit uobiscum. (IV 4-9)
IN NOCTU SANCTA . NOCTU ad corintheos I sub titulo XLIIII.	Lect. in nocte sancta ad sero. Nolo e. u. ignorare fr. quoniam patres nostri ...... petra autem erat Christus. (X 1-4)
IN SANCTUM PASCHA ad colossenses sub titulo XI.	Lect. in sanctum Pascho dominico. Si consurrexistis cum christo ...... omnia et in omnibus christus. (III 1-11)
IN SECUNDA FERIA PASCHAE ad romanos sub titulo XV.	Lect. in secunda feria Paschae. An ignoratis quia quicumque baptizati ...... uiuentes autem deo in christo ihesu. (VI 3-11)
IN TER FERIA PASCHAE ad romanos sub titulo XII.	Lect. in tertia feria Paschae. Si enim christus cum adhuc infirmi essemus ...... gloriamur in deo per dominum nostrum ihesum christum. (V 6-11)

IN QUARTA FERIA PASCHAE ad ephesios sub titulo IIII.	Lect. in quarta feria Pasche. Deus autem qui diues est ...... ut in illis ambulemus. (II 4-10)
IN PASCHA ANNOTINA ad ephesios sub titulo XIII.	Lect. in Pascha annotinum. Obsecro i. uos ego uinctus ...... aetatis plenitudinis christi. (IV 1-13)
IN NATALE SANCTORUM. PETRI ET PAULI ad romanos sub titulo XXXII.	Lect. in natale sancti Petri et Pauli. Omnis qui credit in illum non confundetur ...... (X 11-?)
IN IEIUNIUM SANCTI LAURENTI ad timotheum II sub titulo XXIII.	Lect. in ieiunio sacnti Laurenti. In prima mea defensione ...... cui gloria in saecula saeculorum (IV 16-18)
IN NATALE EODEM. ad corintheos II sub titulo XXII.	In natale sancti Laurenti. Qui parce seminat ...... manet in aeternum. (IX 6-9)
IN IEIUNIO SANCTI ANDREAE ad timotheum II sub titulo V.	Lect. in ieiunio sancti Andreae. Nemo militans deo ...... quae est in christo ihesu. (II 4-10)
IN NATALE SANCTI ANDREAE. ad corintheos I sub titulo VII.	Titulus VII = c. II 1-8. Pericopa quidem apta est ad diem, etsi is ad marginem notatus non est.
DE MARTYRIBUS ad hebreos sub titulo XII.	Nihil habet margo ad titulum XII = c. II 16-18. Quare legendum puto tit. LXXVIIII, ubi reuera notatur Lectio de Martyribus. Rememoramini a. pristinos dies... in adquisitionem animae. (X 32-39)
DE MARTYRIBUS ad hebreos sub titulo XII	Confer titulum praecedentem, qui hic oscitantia quadam repetitus esse uidetur.
DE MARTYRIS GENERALIS FEMININI ad corintheos II sub titulo XXIII	Lect. in natale martyris. Qui a. gloriatur in domino glorietur ...... exhibere christo. (X 17-XI 2)
DE MARTYRIBUS ad hebreos sub titulo XII	Nihil, uti iam dixi, ad tit. XII. Sed ad marginem tit. XCVIIII : Lect. de

Martyribus + et profetis qui per fidem deuicerunt regna ...... ne sine nobis consummarentur. (XI 32-40)

DE MARTYRIBUS
ad timotheum II sub titulo II

Ad titulum II nihil notatur. Pericopa tamen (I 8-12) martyrum sollemnitati apta est.

DE MARTYRIBUS
ad romanos sub titulo XXI

Lect. in natale martyrum. Scimus a. quoniam diligentibus deum ...... quae est in christo ihesu domino nostro. (VIII 28-39)

IN DEDICATIONE
ad corintheos I sub titulo XI

Lectio in dedicatione. Qui plantat autem et qui rigat ...... sanctum est quod estis uos. (III 8-17)

IN DEDICATIONE
ad hebreos sub titulo II

Lege, sub titulo XIII, ad quem locum notatur Lectio in dedicatione. Unde fratres sancti ...... firmam retineamus. (III 1-6)

IN DEDICATIONE
ad ephesios sub titulo VI

Titulus VI = c. II 11-12, ubi quidem in margine sollemnitatis mentio non fit. Qui tamen locus, si usque ad v. 21 continuatur, diei omnino conveniens est.

DE NATALE EPISCOPI
ad hebreos

Ex iis quae ad marginem Epistolae ad Hebraeos leguntur adnotationibus, nulla huic titulo respondet, licet ipse titulus ad cap. V 1 sq. probabiliter sit referendus.

DE ORDINATIONIBUS
ad timotheum I sub titulo VIII

Lect. de ordinationib. Diaconos similiter ...... et firmamentum ueritatis. (III 8-15)

DE ORDINATIONIBUS DIACONORUM
ad timotheum I sub titulo XII

Lect. de ordinationib. Fidelis s. e. o. a. d. in hoc enim laboramus ...... et qui te audiunt. (IV 9-16)

DE AGENDIS
ad thessall. I sub titulo XVII

Lect. de agendis. Nolumus a. ignorare uos fratres de dormientibus ...... semper cum domino erimus. (IV 13-17)

INDICES.

I. INDEX CAPITULORUM.

PRAEFATIO. I
Legendum in I° dominico de aduentum Domini ad missam. 1
In II° dominico ad missam. 3
In III° dominico. 6
In IIII° dominico. 7
In V° dominico. 9
In sancti Andre apostoli ad missam. 11
In sancte Eulaliae.... 12
In sancte Marie ad missa. 14
In natiuitas Domini ad missam. 17
Lectio eclesiastica de mirabilibus sancti Stephani. 20
In diem sancti Stefani leuite. 28
In diem sancti Iohannis apostoli.... 34
In diem circumcisionis Domini ad missam. 36
In caput anni.... 38
In apparitione Domini ad missam. 40
Yn allisione infantum. 43
In diem sancti Fructuosi episcopi. 46
In diem sancti Vincenti. 48
In catedra sancti Petri apostoli. 51
In dominico ante carnes tollendas. 53
De carnes tollendas. 56
Lectiones de quadragesime in prima ebdomada secunda feria ad nona. 59
Die IIII^a^ feria ad VIIII^a^ in I^a^ ebdomada. 61
VI^a^ feria ad VIIII^a^ in I^a^ ebdomada. 63
Die sabbato ad III^a^ in I^a^ ebdomada. 64
In I° dominico ad matutinum. 66
In primo dominico ad missam. 68
Item lectiones de secunda ebdomada de XL^a^. 77
IIII^a^ feria ad nona in secunda ebdomada. 78
VI^a^ feria ad nonam in secunda ebdomada quadragesime.... 80
Sabbato ad III^a^. 81
Oratio Danielis prophete (II° dominico ad matutinum). 83

Secundo dominico ad missam. ... 86
Item lectiones in tertia ebdomada. II^a feria ad VIIII^a... 92
IIII^a feria ad VIIII^a in III^a ebdomada. ... 94
VI^a feria in III^a ebdomada ad VIIII^a. ... 95
Sabbato ad III^a in tertia ebdomada. ... 96
In uicesima ad matutinum. ... 98
Mediante die festo ad missam. ... 104
Item lectiones de tradicione Domini. in primas ebdomada. secunda feria ad nonam. ... 109
III^a feria post uicesima ad nonam. ... 110
IIII^a feria ad VIIII^a. ... 112
V^a feria ad VIIII^a. ... 113
VI^a feria ad VIIII^a. ... 114
Sabbato ad III^a. ... 116
De Lazaro ad matutinum. ... 117
In dominico de Lazaro ad missam. ... 120
II^a feria ad nonam post Lazaro. ... 125
III^a feria post Lazaro. ... 126
IIII^a feria post Lazaro. ... 127
V^a feria in ebdomoda post Lazaro. ... 128
VI^a feria post Lazaro. ... 129
Sabbato ad III^a. ... 130
In ramos palmarum ad matutinum. ... 132
In ramos palmarum ad missam. ... 134
Item lectiones in ebdomada maiore. secunda feria ad nona. ... 138
III^a feria in ebdomada maiore. ... 140
IIII^a feria in ebdomada maiore. ... 141
In cena Domini ad matutinum. ... 143
Ad III^a in cena Domini.... 145
In cena Domini ad missam. ... 149
In cena Domini per titulos. ... 158
In parascephen. ... 159
Die sabbato per titulos.... 169
Item lectiones in uigilia pasce. ... 171
In hilaria pasche ad missam. ... 202
II^a feria pasce.... 205
III^a feria pasce. ... 207
IIII^a feria pasce. ... 211
In diem V^a feria pasce. ... 213
Die VI^a feria pasce.... 216

Die sabbato. ... 218
In dominico de octabas pasce. ... 221
In primo dominico post octabas pasce. ... 224
Secundo dominico post octabas. ... 229
In tertio dominico post octabas pasce. ... 232
In IIII° dominico post octabas. ... 235
In diem sancti Torquati uel sociorum eius. ... 238
In diem sanctae crucis. ... 240
In ascensione Domini ad missam. ... 242
In dominico post ascensione Domini.... 246
Die sabbato ad tertia ante penteconsten. ... 247
In diem sanctum pentecosten ad missam... 250
In diem sancti Adriani.... 253
In natiuitatem sancti Iohannis babtiste. ... 255
In diem sanctorum apostolorum Petri et Pauli.... 260
In diem sanctarum Iuste et Rufine. ... 262
In diem sanctorum Iusti et Pastoris. ... 264
In diem sanctorum Sixti episcopi et Laurenti arcidiaconi. ... 265
In diem sancti Cipriani aepiscopi. ... 267
In decollationem sancti Iohannis. ... 269
Item lectiones de sanctis. ... 271
Secundus de sanctis. ... 273
III de sanctis.... 275
Quartas de sanctis.... 276
V de sanctis. ... 278
De sanctis. ... 279
Item lectiones unius iusti. ... 280
De uno iusto. ... 281
De unius iusti.... 283
Unius iusti. ... 285
De uno iusto. ... 286
Item lectiones de uno confessore.... 288
De uno confessore.... 289
Item legendum de uirginibus. ... 290
De una uirgine. ... 291
De nubentibus... 293
De primitiis. ... 295
De decimis. ... 297
In ordinatione aepiscopi. ... 299
In ordinatione regis. ... 301

Legendum die sabbato quando sal adspargitur in templo nobo dicendus. 303
In sacratione uaselicae ad missam. 304
In restauratione baselice. 307
Item lectiones de letanias canonicas. In primo die ad III[a]. 309
(In primo die ad sextam.) 310
In primo die ad VIIII[a]. 311
Secundo die ad III[a]... 312
Ad sexta.... 313
Ad nonam. 314
Tertio die ad III[a]. 316
Ad sexta.... 316
Ad nonam. 318
Item lectiones pro sterelitate plubie. Primo die ad tertia.... 319
Ad sexta.... 319
Secundo die ad tertia. 320
Item lectiones letaniarum pro tribulatione et clade. 323
Item lectiones de dominicis quotidianos. Legendum in primo dominico ad missam.... 331
In secundo dominico. 334
III[o] dominico. 336
In IIII[o] dominico. 338
De quinto dominico. 340
(Sexto dominico). 343
VII[a]. 345
VIII[o].... 347
Lectio nonam.... 349
Decimus. 351
XI[o]. 354
XII[o]. 357
Tertiodecimus... 361
Quarto decimo dominico. 364
XV dominico. 366
Sexto X[o] dominico.... 369
XVII[o]... 372
Legendum octabo decimo. 374
Legendum nono decimo. 377
Legendum uicesimum 378
Vicesimum primum. 380
XXII[o]. 382

Vicesimo tertio. 383
Vicesimo quarto. 385
APPENDIX. ... ...
I. Formulae annunciandarum festivitatum... 391
II. Kalendarium Gotho-Hispanum. 393
III. Homiliae Toletanae. 406
IV. Capitula evangeliorum Neapolitana. 426
V. Lectiones ex epistolis Paulinis excerptae, quae in ecclesia Capuana saec. VI legebantur... 436
INDICES. ... ...

II. INDEX LOCORUM SCRIPTURAE SACRAE.

Geneseos.

I 1-II 6 171
II 7-III 173
V 31-VIII 21 178
XXI 1-8 36
XXII 1-18 186
XXVII 1-29 188
XXVIII 10-22 304

Exodi.

XII 1-42 190
XIII 18-XV 21 passim. . . 183
XIX 1-19 190
4-5 134

Levitici.

XXIII 5-8. 23-28. 39-41. . . 120

Numerorum.

XXIV 3-9 . 15-18. 40

Deuteronomii.

IV. V. VI. X. XI. XXVIII. XXX passim . . . 134
XXXI 28-XXXII 3. 44-45 . . 187

3 Regum.

VIII 34-40 319
XIX 3-15 56
XXI 1-29 28

4 Regum.

II 1-15 242

2 Paralipomenon.

XXXIV 1-4. 30-33. XXXV 1-19 194

Iob.

I 22. XXIV 14-25 . . . 143
XXX 13. 20-21. 23-24 . . . 130

Proverbiorum.

I 8-33 374
II 1-21 377
III 1-10 383
19-34 385
IV 18. 253
X 25-XI 4 278
XV 3-9 271
XXI 10-31 253

Sapientiae.

III 1-8 265
IV 7-15 283
V 1-5 279
V 16-19 273
IX 1-12 passim 301
8-11 303
17. X 4-6 11
X 10-14 34
17-21 264
XI 2-4 275
XIV 5-7. XVI 8 11
XVIII 1. 3-4. 7. XIX 9 . . . 276

Ecclesiastici.

XXXI 8-11 285
XXXII 27-XXXIII 1 280
XXXV 10-13 295
XXXVI 1-19 316
XXXIX 17-21 262
XLIV 20. 21 267
XLVII 1-2. 9-13 288
L 1-25 267
LI 1-4 289

Isaiae.

I 1-4. 24-26 109
16-19 59
II 1-5 1
IV 2-3 2
V 8-16 334
18-27 336
20. 23-27 110
VI 1-13 331
VII 10-16 17
IX 1-7 17
XI 27-31 338
XXVIII 16-17 3
XXIX 17-24 4
XXX 15-18 61
XXXII 1. 3-9. 15-18 51
17-42 372
XXXV 1-2 9
XLI 8-13 286
XLII 1-4 281
XLIII 1-7 48
XLVIII 12-15 343
16-21 340
XLIX 1-6 347
22-26 132
L 5-8 140
8-10 116
LI 1-3 345
LII 13-LIII 12 159
LIV 1-3 12
LV totum 177
6-7 . . . . . 63. 311
LVII 1-4. 13 138
LXI 1-5 247
LXIII 15-LXIV 9 325
LXVI 10-13 passim 349

Ieremiae.

I 4-19 255
III 2-14 64
12-14 314
14-23 357
20-22 77
V 20-VI 1 361
VI 16. 81
VII 1-7 53

VIII 4-6. 11 . . . . . . } 354
IX 3-5. 9-10. 23-24 . . } 354
7-9. 12 113
X 1-10 38
XII 7-10. 14-15. 113
XIV 1-9 319
17-22 321
XVIII 7-11 78
XX 11-12 158
XXIII 2-8 364
XXV 5 80
XXVI 13-15 141
XXIX 5-7 293
XXX 3. 7-17 366
18-XXXI 1 380
XXXI 2-7 291
10-14 369
15-20 43
27-28 382
31-34 351
XXXIII 1-4. 10-11 269
? ? 329

Threnorum. Hebr Vulg.

I 9-10. 12. 126
13. 18 129
16. 128
19-22 127
II 11-13. 18-19 322
III 1-20. 21. 24-31. 52-66 . 117
21-22 126
24. 129
25. 32 127
54-56 128

Ezechielis.

XXVIII 25-26 378
XXXIII 1-11 299
XXXVI 6-11 6
XXXVII 1-14 196

Danielis.

II totum 68
III 1-24. 46-48. 49-51 . . 198
91-100 46
IV totum 86
IX 4-19 83
X 1-XI 2 . . . . . } 104
XII 1-13 . . . . . . } 104

Osee.

IV 1-16 309
V 10 . . . . } 112
VII 33-16 . . . . . . } 112
XIII 4 . . . . } 112
XIV 2-10 66

Ioel.

I 1-II 13 327
II 12-13 92
15-17 94
15-18 310
21-32 250

Amos.

IV 6-V 15 324
V 14-15 96

Ionae.

III 3-10 323

Michaeae.

IV 1-3. 5-8. . . . . . } 14
V 2-5 . . . . } 14
VII 18-20 95

Habacuc.

I 2-4 . . . . } 125
II 4 . . . . } 125

Sophoniae.

I 1-II 3 312

Aggaei.

I 1-2. 5. 8-13 320

Zachariae.

II 13-III 5 149
VII 9-VIII 3. 316
X 1-3 321
XI 7-14 . . . . } 149
XIII 7-9 . . . . }

Malachiae.

III 1-4 7
7. 10-12 297

I Machabaeorum.

IV 36-58 307

Matthaei.

II 1-15 42
16-23 45
III 1-11 2
IV 1-11 58
18-23 335
V 1-12 239
13-16 279
17-26 333
43-48 384
44-VI 4 312
VI 19-29 387
VII 12-21 344
24-25 304
24-28 306
VIII 1-13 337
14-26 339
X 1-8 261
5-8 40
16-22 274
32-39 286
XI 2-15 5
25-30 289
XIII 33-35. 45-46 292
43. 47-50 280
XIV 1-14 270
XV 32-38 318
XVI 13-19 52
24-25 12
XVII 1-20 54
XVIII 18-20 . . . . . 47. 266
23-XIX 2 386
XIX 3-6 294
XX 20-28 144
XXI 1-9 7
32-42 296
XXIII 34-39 34
XXIV passim 277
3-36 341
37-44 287
45-47 281
XXV 1-13 263
14-23 282
31-46 272
XXVI 2-5 142
17 sq. passim. 151
XXVII passim 162
XXVIII 1-7 201
8-20 204
10-19 170

Marci.

I 1-8 8
35-44 346
V 21-34 348
VII 31-37 133
X 13-16 264
17-31 349
35-45 381
46-52 351
XII 38-44 298
XIII passim 277
XIV 3-11 142
12 sq. passim. 151

XV passim 162
XVI 1-7 207
15-20 246

Lucae.

I 5-25 257
26-38 15
39-45 257
46-55 15
56-80 257
II 1-20 19
21-40 37
III 1-18 10
IV 16-22 303
25-32 330
31-V 11 353
V 12-26 356
27-VI 10 359
VI 37-48 363
VII 1-16 365
11-16 379
X 38-42 13
XII 35-37 276
XIV 1. 12-14 378
XV 11-32 368
XVI 1-10 373
19-XVII 4 371
XVII 11-19 382
XVIII 10-14 376
XIX 12-19 284
XXI } passim 277
XXII } passim 151
XXIII } passim 162
XXIV 1-12 212
13-35 209
36-53 244

Ioannis.

I 1-14 60
15-29 62
29-34 63
35-51 65
II 1-11 294
12-23 77
III 1-17 241
22-36 79
IV 5-42 74
V 1-18 227
28-29 119
31-37 81
39-VI 2 82
VI 5-14 93
15-23 94
24-29 96
28-35 67
30-35 97
35-39 110
41-47 111
47-55 113
59-64 114
VII 1-10. 30 131
14-30 107
33-38 115
51-53. 58-59 119
43-VIII 2 139
VIII 15-20 103
46-51 140
IX 1-38 90
39-X 9 85
X 24-28 115
27-31 125
32-38 126
XI 1-52 121
55-XII 13 137
XII 24-26 50
27-36 148
44. 46-50 130
XIII-XVIII passim 151
XIII 33-XIV 13 231
XIV 23-31 249
XV 1-5 128

1-15 234
12-16 129
26-27 . . . . . } 252
XVI 12-15 . . . . . } 252
XVII 1-3. 11. 21-22. 24-26 } 252
XVIII 28-XIX passim . . . 162
XX 1-9 215
11-18 217
19-31 223
XXI 1-14 220
15-24 300
20-24 35

Actuum.

I 1-11 244
15-26 206
II 1-21 251
22-41 208
42-47 212
IV 32-V 11. 233
V 12-16 217
VI 1-VII 2. 51-VIII 4 . . 31
VIII 14-25 230
26-40 222
IX 1-22 226
32-42 236
X 25-43 214
XIII 26-39 219

Ep. Ad Romanos.

II 11-29 332
III 28-IV 8 375
V 1-5 274
5-10 377
6 . . . . } 161
VI 3-4 . . . . } 161
12-18 340
19-23 336
VII 14-25 384
VIII 22-27 295
28-39 275
X 8-13 288
XI 25-31 2
32-36 338
XII 1-16 343
16-21 346
XIII 1-8 302
10-14 349
XV 4-7 379
8-13 36
XVI 17-20 347

I ad Corinthios.

I 3-9 53
17-22 335
23. 160
III 1. 2. 7 264
8-17 305
16-17 304
16-23 352
IV 1-5 4
9-15 260
V 7 160
7-8 201
VI 12-20 356
VII 1-14 293
25-34 290
37-40 13
IX 7-17 297
X 14-XI 2 39
XI 23-32 150
XII 2-13 248
27-XIII 8 358
XV 1-11. 20-22 203

2 ad Corinthios.

IV 5-10 262
V 1-2 308
1-5 35
VI 2-10 57
11-VII 1 362

IX 6-13 266
X 17-XI 6 291
XI 16-31 49
XIII 7-11 365

Ad Galatas.

I 4 160
II 16-20 367
19-20 12
19-21 . . . . } 160
III 1 . . . . }
13-14 161
27-IV 7 15
IV 22-31 256
V 14-VI 2 370
VI 14.-17-18 12

Ad Ephesios.

I 3-8 279
16-23 382
III 14-17 308
IV 5-10 246
17-24 315
23-24 308
2 3-30 311
29-V 2 318
V 1-2 329
1-8 380

Ad Philippenses.

II 5-11 240
7-8 161
III 7-12 287
IV 4-7 9

Ad Colossenses.

I 24-29 281
II 14-15 161
III 1-3 170
4-11 6

1 ad Thessalonicenses.

V 14-23 8

2 ad Thessalonicenses.

I 3-12 271

1 ad Timotheum.

I 15-17 386
III 1-13 300
VI 11-14 290

2 ad Timotheum.

II 1-10 282
III 16-IV 8 284
IV 17-18 285

Ad Titum.

II 11-III 7 41

Ad Hebraeos.

I 1-12 18
II 9-18 44
14-15 161
IX 11-14. 16-20 161
X 32-38 254
XI 13-16 277
24-28. 36-40 269
33-34 278
XII 1-2 269
12-28 147

Iacobi.

I 2-12 59
13-21 61
22-25 63
26-27 64
II 1-5 77
21-III 13 73
III 14-18 107
IV 1-16 102

7-10 79
V 12-15 80
16-20 82

I Petri.

I 16-21 92
25-II 10 133
II 21-25 162
III 5-9 67
10-15 94
18 161
IV 7-11 95
13-19 118
V 1-5 51
6-11 97

2 Petri.

I 5-8 130
10-11 127
III 8-9 126

I Ioannis.

I 1-4 109
4-7 128
5-9 89
10-II 2 111
II 3-6 112
7-10 131
8-12 85
9-17 136
26-29 125
27-28 139
III 2-3 116
6-9 140
11-12 114
18-20 115
V 16-20 121

Iudae.

20-25 141

Apocalypseos.

I 1-18 202
9-10. 17-18. 169
II 1-7 205
8-11 207
12-17 213
18-29 216
III 1-16 218
7-13 211
IV 1-10 229
2-4. 10-11 246
VII 2-12 221
9-10 238
X 8-10 . . . . }
XI 1. 3. 4. 15 . . . . } 260
XIV 1-7 232
XIX 5-16 235
XXI 9-23 224
10. 9. . . . . }
XXII 1-5 . . . . } 240

III. INDEX RERUM.

Littera n *notas*, a *appendicem indicat.*

Actus Apostolorum a Pascha usque ad Pentecosten recitati 206.
Adriani (S.) dies 253.
Adventus. Quinque missae dominicales de adventu Domini I-9.
Aliturgicae feriae in Quadragesima 60 n.
Andreae apostoli festum II.
Anedoctorum Maredsolanorum origo et ratio I-II. XIII.
Anni caput 38.
Annuntiationes festivitatum in liturgia Toletana 391-2 a. 407. 409. 424.
Antifunarium pneummatum II.
Apocalypsis a Pascha usque ad Pentecosten recitata 202.
Apparitio Domini seu Epiphania 40.
Ascensio Domini 242.
Augustini (S.) sermones duo inediti 406 a. 407. 414.
Basilicae sacratio 304. restauratio 307. Aspersio salis pridie dedicationis fieri solita 303.
Caesarius (S.) ep. Arelatensis. Operum ipsius editio praeparatur I. Nonnullae ipsius homiliae apud Toletanos in missa recitatae 406 a.
Capuanus ordo Epistolarum 436 sq. a.
Catechumeni ante viginti dies Paschae nomina dant sacerdoti 98 n. Dominica Palmarum exorcismum et unctionem accipiunt 133 n. 423 a.
Cena Domini 143.
Circumcisio Domini 36.
Comicus liber Silensibus a Sancio datus II. describitur III. Comicus idem atque Comes seu Liber Comitis V. a vulgato mozarabico diversus omnino est VI. undecimo saeculo multo antiquiorem liturgiam exhibet VII. eam scilicet quae in Ecclesia Toletana sub S. Hildefonso recepta erat VIII. sq. Qua ratione edendus XII. Ad cathedralis cuiusdam ecclesiae usum scriptus fuisse videtur 176, 391 a.
Confessoribus (De) lectiones 288 sq
Crucis (S.) dies 240.
Cypriani (S.) ep. dies 267.
Decimis (De) legendum 297. 415 a. 424.
Dominicis (De) quotidianis lectiones 331 sq.
Dominicus (S.), abb. Silensis II.
Ecclesiastica lectio ante prophetiam in festo S. Stephani 20.
Ephphetationis ritus Dominica Palmarum ad matutinum 133 n. 411 a.
Episcopi ordinatio 299.
Esaiae locus in Epistola ad Hebraeos 45 n.

Evangelii decantandi ritus in Ecclesia Toletana 2 n.
Eugenii obitum Toleto 398 a.
Eulaliae virginis festum 12.
Eusebius Pseudo-Emiscnus 412 a. 425.
Faustus seu Faustinus Reiorum episcopus 406 a.
Felix (S.) martyr Gerundensis 415 a. 416.
Flabi aepiscopi obitum 396 a.
Fructuosi (S.) episcopi dies 46.
Hemptinne (R^mus D. Hild. de), abbas Maredsolensis, Anecdotorum edendorum auctor I.
Hilaria Paschae 202. 412 a.
Hildefonsi (S.) arch. Toletani liber De cognitione baptismi VIII. Liber homiliarum ab Hildefonso ordinatus 406 a. Sermones Hildefonso perperam attributi 407 a. 408.
Homiliae Toletanae 406 a. Duodecimo saeculo ineunte transcriptae ibid. fortasse ad usum ecclesiae Gerundensis 416 a.
Hymnorum (imnorum) liber monachis Silensibus datus II (nunc Brit. Mus. Addit. 30851).
Hymnus trium puerorum Apostolicae lectioni more Toletano praepositus, gallicano postpositus 201 n.
Ieiunium kalendis Ianuarii olim servatum 38 n. 392 a. 408. Sabbatum a ieiunio immune etiam in Quadragesima 64 n. Vigilia Pentecostes absque ieiunio 247.
Ierusalem olim dicta ecclesia matrix seu metropolitana 391 a. Conventus ad ecclesiam sanctam Ierusalem pro neophytis 392 a.
Indulgentiae preces apud Gotho-Hispanos 417 a.
Infantum allisio i. e. Innocentium passio post Epiphaniam celebrata 43.
Ioannis apostoli dies 34. Evangelium secundum Ioannem prima die Quadragesimae inchoatur deinceps legendum usque ad Pentecosten 60.
Ioannis Baptistae nativitas 255. Decollatio mense septembri 269 n.
Iuliani obitum Toleto 394 a. 396. Liber homiliarum a Iuliano compositus 406 a.
Iustae (SS.) et Rufinae dies 262.
Iusti (SS.) et Pastoris dies 264.
Iusti unius lectiones 280 sq. cf 416.
Kalendarium seu martyrologium gotho-hispanum 393 sq. a.
Latronis boni confessio a populo decantata 412 a. 423-4.
Laurenti (SS.) arcidiac. et Sixti ep. dies 265.
Lazarus. Dominica de Lazaro, i. e. secunda ante Pascha. 117. 120. 411 a.
Lectionarii praecipui Ecclesiae occidentalis V-VI.
Lectiones ex variis evangeliorum vel epistolarum locis conflatae 134. 142. 151. 160. 162.
Lectiones duodecim in vigilia Paschae recitatae 176.
Letaniae canonicae 309 sq. Quarta, quinta, et sexta feria dies letaniarum 392 a. 414.
Maior hebdomada ante Pascha 138.
Manuale II.
Mariae Virginis Deiparae festum

mense decembri celebratum 14. 391 a.
Martini (S.) episcopi sacratio 401.
Matutini coetus in Ecclesia Toletana singulis Dominicis Quadragesimae 66 n.
Mediante die festo. Eo nomine appellatur tertia Dominica ante Pascha 104.
Michaelis (S.) Arcangeli vel sociorum eius dedicatio 392 a.
Mozarabicum missale Baeticae provinciae morem refert VII.
Munnio abbas II.
Nativitas Domini 17. Annunciatur 392 a. 407 a.
Neapolitana evangeliorum capitula 426 sq. a.
Nubentibus (De) lectiones 293.
Orationum liber Silensibus datur II. Oratio dominica nonnisi post baptismum oratur 411 a.
Ordinum liber II. a Solesmensibus nostris proxime edendus III.
Paenitentibus specialiter aptatum evangelium de Lazaro a JESU suscitato 117 n. Pro iisdem solebant fideles rogare pontificem 121 n.
Palmae. Dominica in Ramos Palmarum 132. 134.
Parascephen 159.
Paschae hilaria 202. 412 a. Paschalis neophytorum celebritas ex octiduo ad triduum septimo iam saeculo coarctata 413 a.
Passionis Dominicae historia ex quattuor evangeliis conflata 151 n. 162.
Pastoris (SS.) et Iusti dies 264.
Pedes neophytorum loti in baptismo 423 a.
Pentecostes dies sanctus 250.
Petri apostoli Catedra 51. Petri et Pauli apostolorum dies 260. De Cathedra Petri sermo ineditus 409 a.
Petro Ermengaudi « episcopo de ciuitate Nimaso » epistola apocrypha a Salvatore missa 406 a. 422.
Positurae, i. e. sententiarum distinctiones in Lectionario Silensi adhibitae XIII. 1 n.
Primitiis (De) lectiones 295.
Prologus hymno trium puerorum praemissus 200.
Quadragesimae officia duo dominicalia praemissa: quorum unum dicitur « ante carnes tollendas », alterum « de carnes tollendas » 53. 56. Evangelium Transfigurationis Domini in omnibus fere liturgiis incipiente Quadragesima recitatum 54 n. Quadragesimae tempus secunda feria inchoatum 59. Feriae tertiae et quintae priorum trium hebdomadarum aliturgicae 60 n. Reliquis diebus ad nonam, sabbatis ad tertiam liturgia peragitur 64 n. Matutini coetus singulis Dominicis habentur 66 n. Evangeliorum ordo pulcherrimus in iisdem Dominicis 74 n. Lectiones dominicales ante statutae, quam missarum ferialium ordo disponeretur 77 n. 97 n. Ultimae tres hebdomadae « de tradicione Domini » appellantur 109.
Regis ordinatio 301.
Rufinae (SS.) et Iustae dies 262.
Sabbatum in Quadragesima perinde ac Dominica feriatum 64 n.

Laetare

Quando sabbatum non est, aut quando dies dominicus non est, sermo de lectione evangelica non redditur, iuxta Augustinum ibid.

Salbatoris (S.) 404 a.

Sancius de Tablatiello codices donat monachis Silensibus II.

Sanctorum festa in libro Comico paucissima VII. Lectiones de sanctis 271 sq. Sancti sacratio 392 a.

Scripturae versio in Libro Comico adhibita a Vulgata nostra discrepat in multis XII.

Sebastiani (S.) monasterium, idem ac Silense sive Exiliense II.

Sixti (SS.) ep. et Laurenti arcidiac. dies 265.

Socratis scholastici locus de Romanis tres tantum continuas hebdomadas ante Pascha, exceptis Sabbato et Dominico die, ieiunantibus 109 n.

Stephani (S.) levitae dies 28.

Symboli traditio Dominica Palmarum ad missam 134 n. Redditio in Caena Domini 145 n. Symbolum ecclesiae Toletanae 411 a.

Temporis spatium publicis precibus olim impensum 419-20 a.

Tituli. Officium per titulos in Cena Domini 158. Item sabbato sancto 169.

Toletanae liturgiae codices bene multi apud Silenses VIII. tota fere paeninsula olim recepti X etiam post occupatam a Sarracenis Hispaniam quum in ecclesiis tum in palatio in usu fuerunt XI.

Torquati (S.) vel sociorum eius dies 238.

Throni a Sedibus distincti 415 a.

Vicesima dicebatur tertia Dominica ante Pascha 98. In ea catechumeni nomina sacerdoti dabant ibid. not. Post vicesimam lectiones singulis diebus assignantur ibid. 411 a.

Victor (S.) Capuanus episcopus 436 a.

Vigilia Paschae duodecim lectiones leguntur 171-198. Dum secunda lectio recitatur, episcopus procedit ad fontes baptismum neophytis collaturus 176. Vigilia Pentecostes absque ieiunio 247.

Vincenti (S.) dies 48.

Virginibus (De) lectiones 290 sq.

Unctionis dies, Dominica Palmanarum 137 n. 139 n.

Wolter (R^{mus} D. Placidus), archiabbas Beuronensis, editionis operum S. Caesarii dandae hortator I. Ipsi dedicatur primus Anecdotorum tomus.

CORRIGENDA

Pag.		pro	lege
14	linea 16ª	lab oraueram	laboraueram
17	4ª linea	profondum	profundum
132	10ª linea	EGENDUM	LEGENDUM
408	ad f. 21ᵛ	Rogo nos	Rogo uos
	ibid.	Durlacenci	Durlacensi
413	ad f. 72ᵛ	coactatam	coarctatam

ol. 1
8987

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA

8987.